







JACOBI CRUCI

SUADA DELPHICA

Sive

ORATIONES LXIX

Varii Argumenti

Studiosæ Juventuti manuductio ad Artem Oratoriam



odami *Apud* Janssonio-Waesbergios. 1709.

Crucque, Jacques de

JACOBI CRUCI
SUADA DELPHICA

SIVE

ORATIONES LXVIII

Varii Argumenti,

STUDIOSÆ JUVENTUTI

Manuductio ad

ARTEM ORATORIAM.

Editio Nova


Revisa & emendata.



AMSTELODAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

CIↃ IↃCC IX.



Ornatissimis, Doctissimisque Viris,

DIONYSIO SPRANCHUSIO,

Et

DIONYSIO CRUCIO,

Illi in Ecclesia Delphensi, huic in ea, quæ est Noviomagi, Verbi divini Ministris fidelissimis,

J. CRUCIUS dedico, consecroque.



N rebus humanis nihil esse mente, ac ratione divinius, unanimi semper consensu, Sapientissimi judicarunt. Quin etiam Veterum nonnulli, cum expressam in ea Divinitatis imaginem animadverterent, admirabilem quandam esse humanæ mentis præstantiam, neque in iis omnibus quæ infra Lunam sunt, mente de ratione superius quidquam posse reperiri statuerunt. Ea genus humanum cætera quotquot sunt animantia longè superat, quamvis in aliis, ab eorum plerisque superetur. Vincit enim hominem celeritate cervus, taurus robore, lynces & aquilæ visu, apri auditu, canes & vultures odoratu. Sed mentis acrimonia aliis longè antecellit. Cujus ut variæ sunt dotes, ita non minima earum est ELOQUENTIA, *quæ conceptas animo rerum imagines, grandibus verbis, & minimè vulgari dicendi genere efferre apta est, & idonea, or-*

nata ingenuarum artium, ac disciplinaru splendido comitatu, quibus oratio tanqua modicè adspersa sale, suavissimè conditu. Hac via veteres illi quos admiramur Sa pientiæ Proceres, vulgo se exemerunt; hi se supra cæteros mortales extulerunt; hi gradientes, non modo floruerunt inter a quales suos, sed in omnem posteritatem, n men sibi, ac decus immortale pepererunt. E LOQUENTIA *enim paces componu tur, inter remotissimas gentes constituunt societates, fœdera feriuntur, amicitia qu condimentum vitæ est, nullo magis admin culo, nullo ferrumine validius quàm el quentia inter diffidentes consolidatur ac c alescit. In theatris, foro, curia, tribunali ca sas agere, cathedram conscendere, & ad p pulum verba facere, sententiam de public negotiis dicere, legationibus defungi, totu est* ELOQUENTIÆ. *Nullam vitæ hu manæ partem immunem sui esse patitur. Aulis Principum locum habet, & in Ca stris, & ubicunque consiliores geritur, dom foris triumphat Eloquentia. Sagum sibi, & Togam vendicat, lauros & trabeas, scept & fasces, & in rebus arduis Regni, aut R gis, militiæ aut pacis, lingua loquitur inde animi, & interpres consiliorum, inter pr sentes, & longè remotos, & quum armis n potest, verbis pugnat, & sine tumultu i ducias aut pacem, sine sanguine victorian sine cæde trophæa molitur.* Ideo olim ar

ſimo inter ſe vinculo jungi Mercurium, & Palladem, *Antiquitas voluit ſapientiæ magiſtra, quod ſine* ELOQUENTIA, prudentia *illa rerum humanarum Regina*, & *Civitatum Domina, atque Imperatrix, nulla ſit. Non aliter de ea olim judicarunt Viri magni*, & *ſummi illi dicendi magiſtri*, Cicero, Demoſthenes, & *ii qui Academiis*, & *Scholis unquam cum laude præfuerunt. De me liberè*, & *citra jactantiam hoc profitebor, in pretio ſemper à me habitam*, & *Juventuti ſub diſciplina mea, quà præceptis quà chriis*, & *orationum argumentis inſtillatam, ut primis iſtis dicendi tyrociniis animos ad eam excolendam accenderem* & *in hac voluntate perſeverabo, donec uſurpabo oculis* γλυκερὸν φάος ἠελίοιο. *Sed ut* Ixion *in fabulis pro* Junone *nubem, ita hodie multi pro Eloquentia amplectuntur inanem*, & *verboſam loquacitatem*, & *omiſſis rebus verba curant. Ergo non fucatam eloquentiam, non phaleratam*, & *ponderantem periodos, magni pendo, ſed ſimplicem, maſculam*, & *perſpicuam in qua emineant ſententiæ*, & *quæ ſponte naturali pulchritudine exurgat, nullo verborum lenocinio leviter incruſtata, ſed penetrans ſucci ac ſanguinis plena*, & *quæ gravitate ſua ſe ipſa commendat. Ut* Pythagoram *ajunt è modulo pedis, quanta mole corporis fuiſſet* Hercules *judicaſſe: ſic ego ex brevi, ſed nervoſa oratione, quæ ſublimem* & *floridam*

simul Romanæ dictionis elegantiam sp
de ingenii alicujus magnitudine judi
didici; Cretensium *exemplo quos* Plato
πολύνοιαν μᾶλλον, ἢ πολυλογίαν ἀσκῆσαι. *Ne*
nihilo. Ut enim in iis quæ possidentur
plurimi fiunt, quorum exigua moles est,
tium ingens: & ut in cibis ii maximè
dantur, qui plurimum succi habent: ita
ximi facienda Oratio, non jejuna illa, d
ta, famelica per humum repens, sed quæ
cunda, & facunda brevitate, multa &
gna complectitur, numerosè dicit & per
cuè sensa mentis evolvit, quo nullum m
elocutionis ornamentum est. Sub vestro
nomine Viri ornatissimi, quòd has exerc
tiunculas oratorias in lucem prodire vo
non est quod miremini, humanitas ve
impulit, & propensus in me animus, q
pari affectu nisi rependam, ingratitud
merito essem postulandus. De quo ut v
constet ἐνέχυρον *aliquod exstare volui in*
munere chartaceo. Favete modo, & la
rem hunc meum nomini vestro inscrip
sereno vultu suscipite, gratum vobis (ut
ro) futurum si non pretio suo, saltem A
ris in vos affectu, & propensa tribue
voluntate, quæ in ratione officiorum utr
que paginam facit. Valete & longum, l
virtute, & doctrina venerandi, Reip. li
rariæ, & Ecclesiæ bono vivite. Delphi
Kal. Jun. CIↃ. IↃC. LXXV.

INDEX ORATIONUM.

ORA-

JACOBI CRUCII
Suada Delphica sive Orationes.
ORATIO I.
In laudem Logicæ, recitata ab ISAACO SWANEVELDIO.


On minus graviter, quàm verè alibi Poëta:

Ἀργύριόν ἐστιν αἷμα, καὶ ψυχὴ βροτοῖς.

Pecunia anima & sanguis est mortalibus.

Tanta enim hodie multorum animos cepit dementia, ne dicam insania, ut posthabitis iis quæ unicè mentem adornant, & animam nobilitant, fluxis his, & caducis anxie corradendis incumbant; ac tum demum beatos se prædicant, si scrinia sua opibus, ac pecunia refundent; cætera scientiarum omnium, ac artium rudes, adeo ut stipites potius, ac trunci censeri debeant, quam homines, qui à brutis animantibus, nulla alia de causa, magis diffident, quàm rationis usu. Hanc cum præ aliis artibus, ac disciplinis maxime perficiat, & informet Logica, mirari satis nequeo, quî fiat, quod non majori ıam studio amplectantur homines, in eaque uni-e consequenda desudent, quæ artium omnium c disciplinarum *Domina* est, & mentis humanæ ıoderatrix. Hujus grassantis erroris contagio, cum ccurrere hac mea declamatiuncula, & dignitam, ac præstantiam *Logicæ*, à multorum superbo fastidio vindicare sit animus, vos rogo, Auditores, ut : de nobili hac materia apud vos dicentem, so- ! vestra attentione, ac benevolentia complecti d dedignemini. Theseum ferunt Ariadnes ope, in

pe-

ıııııı ıntactum relinquit : Divina c
& humana : Disputat de Deo, ejusqu
in Mundi hujus regimine : inquirit
buta, sapientiam, justitiam, bonitat
tentiam : Disputat de Angelis, de ho
ma, de cœlo, & vario siderum, ac st
su, de prima rerum naturalium mat
mentis, plantis, metallis, mineralibu
animalium, de virtutibus, & vitiis, d
morbis, eorumque remediis. Nihil
de quo non illa εἰς ἔσχατα accuratissi
tissime, & enucleato indicio differat,
nis incudem revocet, tanquam sedul
fessa veritatis omnis indagatrix ; nen
ctus à circumfu'o aëre lumen accipit
Logica. Quid? Annon tota circa intel
bilissimam illam animæ facultatem,
tur, ut illum tanquam Magistra regat,
Quid obsecro vos in philosophia, qu
pœdia, addo, quid in tota, & univers
quanta quanta est, sine hac feliciter,
ctu præstari potest? Nihil. Si ad sci
alias contendat. hæc ianua est ...

opónit. Dicat *Empedocles*, *angustas esse sensuum as*, invia Logicæ nulla est via. Omnia perrumt, omnia penetrat & suis pretiis momenta reim ponderat; hæc cæcitatis humanæ nebulas disllit, & solida rerum cognitione mentes imbuit. icat denique *Socrates* omnium mortalium, Apolnis Oraculo, sapientissimus, *se unum scire quod hil sciret*, hæc dat scientiam. Atque ut sol ortu io tanquum magnus ille mundi oculus, obscussima quævis loca illustrat: Ita hæc artes omnes. t ut viatores qui in exteras regiones, & terras ngè à patria dissitas tendunt, & peregrinantur, isi ducem habeant, à via facile aberrant, & in deia feruntur & præcipitia: Sic liberalium ingenioım lucubrationes, labores, studia à scopo suo & ne facile deflectunt, nisi *Logicam* ducem habeant, nquam filum Ariadnes, in magno illo, & inexicabili artium labyrintho. Quid multa? Nesciens ogicam, etsi scire aliquid videatur, nescit tamen um rationem sui sciti nesciat. Hinc est, Auditoes, quod Hipponensis ille Ecclesiæ olim Antites, *Logicam* vocat *disciplinam disciplinarum*, quia ıæc illa est (inquit) quæ docet docere, & quæ locet discere. In hac se ipsam ratio demonstrat, tque aperit, quæ sit, quid velit, quid valeat. Sine ıac nihil aut cogitare prudentèr, aut disputari cute, aut certe definiri ac statui potest. Verbo: uod naviganti est specula, aut pharus, scribæ caamus, Geometræ circinus, & norma, infanti serıerastra: id Philosopho, Theologo, Jurisconsulto, k Medico, est LOGICA. Sine qua omnes discilinæ, & artes velut Ariadneo filo destitutæ, *Errabunda legunt dubio vestigia gressu.*

Sed ne titulis quibusdam videar gloriari, Logiæ ponderemus utilitatem. Nulla est disciplina, uæ magis excitet, juvet, acuat ingenium hominis, *Logica*. Nulla ars quæ judicium hominis ad solide percipiendum, quid verum, quid falsum, *quid ordinatum*, quid verò confusum sit, dexte-

bis ingenerat Logica, dubitationum
ptima medica. Hinc sublata dubita
gicæ medicinam, constantia in veri
ab ea seducaris. Logica facit, ut or
& scribas, quæ rectè cogitasti. Hæc
discas, quod alter te benè docet. H
mnis generis erudita colloquia, & co
nuductio. Hæc sola facit, ut possis i
quarum disciplinarum scientiam ti
Hæc velut è tenebris in lucem, verit
hit. Nam veritas non nisi abscondi
Logicæ beneficio emergit tandem, &
prodit quæ diu latuit. Illa est, quæ h
dit judiciosum, & promptum in re
scendis: quæ errantes in viam reducit
rum omnium fraudes detegit, nodo
argutias eorum, qui in disputando n
quærunt, sed victoriam, eludit, ridet
difflat, quasi ventus folia, & utut ἄπ
δ@, καὶ πολύσχιδες, magnamque v
præ se ferat, adeo ut illi qui sibi vid
haud raro decipiantur, illa nunquam

xit, idem de Logica dici possit, eam videlicet sapere solam, præ reliquis disciplinis.

Sed regerentes hic mihi audire videor; Alias quoque utiles esse artes & scientias. Sunt, Auditores, nec inficior, imò utilissimæ. Ut suus est stellis honos, sua lux, etiamsi à Solis splendore, & claritate vincuntur. Sed vestram fidem! unde illa utilitas, nisi à Logica? quæ indagine quadam inveniendi argumentorum locos circumdat, & captam ὡς ἔπος εἰπεῖν, veritatem adducit, & in scenam omnium oculis intuendam, producit. Hæc est quæ judicandi rationem tradit, & de quavis materia disputandi modum. Definiendum est aliquid? Huc accurras oportet. Et quid, obsecro vos Auditores, præstantius, quid utilius in tota Philosophia, hac ipsa definitione inveniri potest, aut excogitari, quæ rerum naturam ita declarat, ut nihil sine hac scire, omnia vero ejus beneficio cognoscere queas. Unde magnifica illa apud Aristotelem definitionis elogia: πάντα, inquit, ἐπιστήμη ἐν ὁρισμῷ· & alibi, ὁρισμὸς ἐστὶ τῆς οὐσίας γνώρισμα· Amplius: ἕκαστον γνωρίζομεν δι᾽ ὁρισμοῦ. Ex quo facile intelligi potest, nullam dari scientiam in quacunque etiam disciplina, quam non debeamus definitioni, quæ rebus lucem fœnerat, & sine qua docti in rerum cognitione, talpæ sunt. Dividendum est aliquid? discere hinc modum oportet. Ratiocinandum est? hæc tibi Syllogismos, enthymemata, inductiones, soritas, dilemmata abundè subministrat. Declamandum? hæc tibi methodum præscribit. Resolvendus aliquis per analysin author? Hæc sola artem, quam Oratores tam studiose tegunt, detegit, & omnibus quasi levato velo conspiciendam præbet, ad imitationem eorum, qui vel in Oratoria, vel aliis olim artibus excelluere. O res præclaras, ardentissimo studio, summaque animi contentione dignissimas!

Sed quo longius in altum provehor, Auditores, eo *mihi amplior*, & patentior dicendi quasi campus.

pus oſtenditur. Quare ne diutius attentione veſtra abuti videar, abrumpo. Audiviſtis quàm utilis, quàm neceſſaria ſit homini ad doctrinæ, & eruditionis apicem adſpiranti hæc ſcientiarum omnium, & artium Regina *Logica*: quod breviter quidem & compendiario à me factum. Sed ex ungue leonem. Et ut Pythagoram ajunt è modulo pedis, quanta corporis mole fuiſſet Hercules, judicaſſe: ſic & vos ex hac oratiuncula facile de Logicæ dignitate, ac præſtantia judicare poteſtis. Qua deſtituti quoties impingunt eruditi, & ſub Veritatis ſupparo falſum ſibi obtrudi ſinunt ab hac ſcientia imparati? Hæc enim cæteris non tantum diſciplinis longe palmam præripit, ſed & alias illuſtrat, informat, perficit. Adeò, ut totius Philoſophiæ non ſolum manus dici poſſit, ſed τὸ ὅλον, & τὸ πᾶν. nempe quod reliqua ad eam ſe habeant, ut ſingula ad omnia, & partes ad *TOTUM*. Quid reſtat? niſi ut illam ambabus (quod ajunt) ulnis amplectamini, vos præſertim adoleſcentes, optimis parentibus in ſpem Patriæ & Eccleſiæ nati, eruditionis Candidati, & ſcholæ hujus Seminaria non ingloria, qui vos totos ſtudiis devoviſtis. O ſapientem vere, qui hic ſapit. Qui ad hanc ſegetem venit, manipulos frugum colligit, & in uſum ſuum recondit. Rideo enim & jure, illos præmature ſciolos, qui linguarum aliqua cognitiuncula ſibi placentes, ſpreto philoſophiæ præſertim *Logicæ* ſtudio χερσὶν ἀνίπτοις & cæco quodam impetu, ad ſublimiora ſapientiæ adyta, puta Theologiæ aut Juriſprudentiæ, ita properant, ut vix Ladas aliquis, aut cum Pegaſo ſuo Perſeus; & tum demum egregios ſe credunt Theologos, aut Juriſconſultos, ſi ſuperficiariâ aliqua cognitione imbuti, cætera ignorantiſſimi, primoribus (quod ajunt) labris, Biblia, aut Juſtinianum delibarint. Male.

Nam ut roſei quidam colores, recenti opere, ac arte belli, ac vivi, cum ſenio expalleſcunt: ſic ingenia illa præcocia, quibus cerebrum omne eſt in

lin-

lingua, tandem exſiccantur, ac deficiunt. Et ut qui fontem in origine ſui ſecat, flumina exhaurit, & quidquid à fonte fœcunditatis affluit agris, quos macie ſua paulatim emori ſenties, ac quaſi fatiſcere: ita qui ab hoc ſtudiorum ſcopo aberrant, ſublimiorem quam intendunt doctrinam emacerant, ſterilitatem inducunt, ſperatam in ſemine ſuo meſſem ſoffocant, atque adeo à radice ſuccidunt: cum omnis ſolidioris literaturæ adeps, ac melior ſuccus, à ſtudio Logicæ tanquam à matutino rore, & imbre defluat. Moleſtiæ hic omnes, ſi quæ ſe offerunt devorandæ. Invia virtuti nulla eſt via: ſic nulla diligentiæ, & labori, qui omnia vincit improbus. Veſtra res agitur: *vobis*, ut ille ait Comicus ſenex, *ſeritis, vobis occatis, vobis eiſdem metitis, vobis denique iſte pariet lætitiam labos.* Hæc videlicet aurea iſta vellera, hi theſauri ab ingenua omni Juventute petendi, hæ opes, hæ gemmæ, quæ omnibus aliis facultatibus, & poſſeſſionibus anteferendæ. Digniſſimæ quarum gratia ſudetur. Eruditionem autem amare vos ſcio, quod ipſa in ſe philtrum habeat efficaciſſimum. Sed ut natura gemmas altiſſime recondidit, tanquam ſubtrahat: vilia paſſim obvia ſunt: ita quæ optima, non niſi ſummo ſtudio eruuntur. Non alia, Studioſi, ad doctrinam via eſt, non alia ad honores. Hanc inſtitere, quotquot in excelſo illo famæ Theatro, unquam collocati. Philoſophorum Principem *Ariſtotelem*, quo dubito rerum ſcientia, an ſcriptorum copia, clarior quis unquam extiterit, ita in ſtudiis deſudaſſe teſtatur *Antiquitas*, ut quotieſcunque decumberet, in manus ceperit globum æneum, pelvi ſuppoſita, ut cadentis in pelvim globi ſono excitaretur. *Cleanthem* quæſtu hauriendæ aquæ, nocturno tempore, inopia ſua ſuſtentata, diurno *Chryſippi* præceptis audiendis, & percipiendis, operam dediſſe. Navigaſſe in Ægyptum laubabili curioſitate, anxiaque ſollicitudine, *Democritum*, ut melius philoſopharetur. Solonem peregrina-

rum in Asia, Pythagoram in Italia, ut ex dive
sis variarum gentium placitis quæ optima esse
colligerent, collecta ad usum suum transferren
unde præmia virtutis, & ornamenta litteraturæ
manare consueverunt. Exempla hæc, quibus pl
na est *Antiquitas*, juventuti æmulanda, nec com
mittendum ut minor nunc, quàm olim Majorun
in literis proficiendi sit ardor. Macti ergo, m
cti inquam animis Adolescentes, & in hoc æta
tis vere, felici auspicio agrum ingenii vestri colit
fertilem si quid judico bonarum frugum, si co
feratur, & in eum conjiciantur cum institutior
aliena, tum propria industria, solidioris doctrin
semina: Fruamimi occasione, quæ sese nunc offe
non reditura amplius, si negligatur, & aures v
stras sepe feriat, imo mentem, laudata illa vox: π
λυτελέςατον ἀνάλωμα χρόνος. Nam ut in fluvi
unda undam perpetuo pellit, nec unquam revoc
elapsam: Sic in tempore, dies diem, nec repar
amissam. Et ut à currente flumine tantum qu
habet, quantum haurit: ita ex annis semper eunt
bus, nihil accipiet nisi quod in res duraturas co
locarit. Pulchra hic si usquam parsimonia, imò te
nacitas, & avaritia, contra nihil temporis jactu
turpius: cujus serio multi, sed serò nimis deplo
rant damna, omni æstimatione majora. Dixi.

ORATIO II.

In laudem Rhetoricæ, recitata à

JOHANNE LOSECATIO.

QUemadmodum olim Julius Cæsar, cum Hisp
niam Juris dicundi causa perambulans, apu
Gades, animadversa in Templo Herculis, Ale
xandri Magni imagine, ingemuisse dicitur: &
quasi pertæsus ignaviam suam, quod ea ætat
(agebat autem trigesimum annum) qua jam Ale
xande

xander Magnus totum pene orbem terrarum subegisset, nihil laude dignum, laudis tamen avarus, præstitisset, missionem continuo efflagitasse, ad captandas quamprimum majorum rerum occasiones. Ita ego, cum oculos in eos converto, qui antehac, nec [illegible] pridem in frequentissima hac doctissimorum corona verba facere, & in palæstram hanc oratoriam descendere non dubitarunt, in qua profectus sui in eloquentia, specimina darent non contemnenda, non possum quin ad conspectum pene eorum erubescam, quod illis tam eximia, tam præclara tentantibus, ego hactenus latuerim, nec dignum quidquam præstiterim, quod aures doctorum, & publica hæc subsellia mereatur: sed nec propterea animum despondeo. Contrà subdit mihi stimulum & calcar hæc commilitonum meorum parhesia, & laudabilis audacia, ut Julii Cæsaris exemplum imitatus, ad eam quoque quam consecuti sunt laudem, pari passu contendam. Cogitanti autem mihi, de quo potissimum argumento declamarem, occurrit inter alia, artium, ac disciplinarum nobilissima RHETORICA; in cujus laudes nunc ire in animum induxi. Marcum ajunt Antonium Peripatetico Phormioni gravem imprudentiæ notam inussisse, quod rei militaris scientiam explicaret, audiente Annibale: & Julius Cæsar admirari solebat eorum ora qui in scena gestum agerent, spectante Roscio. Quod si videbor & ego fortasse minus aut prudens, aut pudens, qui cum tot hic adsint viri doctrina insignes, tot in eloquentiæ studio Demosthenes, Cicerones, Roscii, tenuitatem meam experiri hic audeam; cum tamen indubitati favoris vestri aura ad dicendum impellar, inconcinna profecto hæc orationis meæ structura, in mora mihi non erit, ut ab instituto dimovear. Ad vestram enim benevolentiam, tanquam ad sacram aliquam arcem supplex accurro, ut sub Achillæo benignitatis vestræ clypeo in-

[redacted]

intrepide lateam: Quod si me favore comp
haud dedignemini, nullo temporis spatio, 1
loci intercapedine, hujus unquam in me be
cii vestri gratia, animo meo exolescet.

Certe si artis, si disciplinæ alicujus pretiu
dignitas, si præstantia, qua inter alias eminet,
tienda est, quis adeo ab omni ratione, & ab c
sensu est derelictus, qui hanc longe aliis palr
præripere non videat, & tantum inter nobil
scientias efferre caput,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Eximie olim summus ille dicendi mag
Tullius; *Pudeat*, inquit, *illos qui ita se in liter*
didicerunt, ut nihil habeant quod in communem usum
ferant. Docti hodie multi audiunt, pauci diser
eloquentes. Sine qua eloquentia, quid eru
nostra, quid litteratura? nisi inerudita loquac
imo mera balbuties, mera infantia. Puerilis c
pe illa est & muta rerum cognitio, quæ eloq
tia destituta, pauca vix commata, sine titub
ne, fœdaque stribiligine, profari potest. It
Auditores. Totam ætatem nisi exerceas, ba
ties occupat: & nisi loqui puer orsus sit, etia
senectute puer erit. Irrito voto scientias disci
priusquam linguas, & animi exuimus squal
quàm oris. Ut sermonis iste thyrsus sine pru
tia non penetrat: sic absque sermone, pru
tia, illa rerum humanarum magistra, illa ci
tum domina, atque imperatrix obmutescit, &
pet. Non alia de causa, inviolabili, & sacro
nexu in unum velut numen coalescere *Mercu*
Minervamque, Antiquitas voluit: rata sine facu
sapientiam, prudentiamque nullam esse. An
siam hanc, regina RHETORICA, candi
suis benigne ac copiose subministrat. Quan
semel degustavit subactioris judicii palato, sat
ri ea nequit: sed ejus dulcedine quasi delibu
curis omnibus aliis se submovet, solus in
cura. Ut enim ferrum trahitur à magn

heliotropium à ſole: ſic ab illa, ingenia diſcendi cupida. Creſcit eruditio? creſcit & ejus augendæ magis ardor: ut vel hoc ipſo, Palladia hæc *Suadæ* fercula ab aliis differant, quæ ventris & gulæ propria ſunt, quod illorum nos capiat non ſatietas ſolum, ſed nauſea interdum, & faſtidium. Hæc deſiderium ſui, quo magis frueris, acuunt, novamque ſemper inducunt famem, nunquam ſatietatem. Adeo ut quod alibi de Ereſichtone olim fabulatus eſt ingenioſiſſimus vates, verius huc flecti poſſit, qui pleno querens jejunia ventre, epulas quæſivit in epulis: nos eloquentiam in eloquentia. In cujus penetrare adyta ut voti magis eſt, quam ſpei, ita mentis noſtræ famem, intrata magis acuit, & irritat. Quæ tamen, quo longius progredimur, eo impenſius placet, & minus moleſta eſt,

Studio fallente laborem.

Viderunt hoc olim Romani, qui cum artes omnes ſumme excolerent, nihil ſe egiſſe admodum exiſtimabant, niſi de re qualibet ornate & aptè dicere didiciſſent. Ariſtoteles, Philoſophorum ille princeps, eam horis promeridianis docuit in Peripato. Cicero eloquentiæ illud miraculum, licet proprietatem Romanæ linguæ ſimul cum lacte materno, puriſſimo ſeculo, ex ipſo latinitatis penu hauſerit, aliunde tamen divinum illum ſuum ſermonem, poſteris omnibus tam admirabilem, deprompſit, & alia longe quam latina exercitatione auxit, & aluit. Ille enim quo inter alios excelluit ſermo, non in Italia natus, ſed è Græcorum ſcholis, in Italiam tranſlatus, fecit ut ſola Ciceronis Oratio, præ reliquis omnibus Romanis, qui illo ætate aut ſuperiores, aut pares fuere, ſub Regibus, & Decemviris, non colore ſolum nativo pure tincta, ſed magnifico verborum ornatu, Atticarum Venerum ſucco plenè imbuta & librata ſententiarum pondere, tantum emineret,

inter summos illius temporis Oratores, quantum

inter ignes
Luna minores.

Sed quid Ciceronem loquor? Tantus artis Oratoriæ, tantus consequendæ eloquentiæ ardor doctissimorum virorum animos incessit, ut non paucas eos lustrasse provincias, novos adiisse populos, maria transfretasse neminem latere possit, qui vel à limine tantum historias salutavit, ut eos qui nobilem hanc artem profitebantur, & quos ex libris noverant, coram quoque audirent. Sic Pythagoras Memphyticos vates adiit, Plato Ægyptum, eamque Italiæ partem, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit: ut, qui Athenis summa cum laude sapientiam profitebatur, & cujus eruditionem publica subsellia personabant, foris, à peregrinis disceret, quæ domi sibi deesse credebat. Ad Titum Livium, eloquentissimum illum virum, & historicorum Latinorum facile principem, ex ultimis Hispaniæ, & Galliæ finibus, quosdam venisse memoriæ proditum est: & quos ad sui contemplationem Roma non traxerat, unius hominis eloquentia pertraxit. Apollonius Philosophorum non è minimis, intravit Persas, Albanos, Schytas, Massagetas, pertransivit Caucasum, florentissima Indiæ regna perlustravit, & tandem trajecto amne Phison, Brachmanas adiit, ut Hiarcham ibi, virum disertissimum de motu Cœli, ac siderum, inter paucos discipulos docentem, ac facunde disserentem audiret. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Arabes, Palæstinos, reversus Alexandriam, recepit se in Æthiopiam, & ad Gymnosophistas. Tanto nempe flagrabat desiderio vir altæ mentis, adeundi, & audiendi eos, à quibus & disertior redire posset, & melior. Videtis Auditores, quid illa artium Domina RHETORICA possit (quæ unica scr-

ſermonem noſtrum à barbarie, & vocum ſtribiligine, tanquam à ferrugine ferrum vindicat) ut etiam longè diſſitos, ut jam audiviſtis, potenter ad ſe trahat, non è trivio ſolum homines, ſed & ſapientiſſimos, quocumque illi terrarum, gentium, & locorum vixerint unquam, aut fuerint. Nec mehercule injuria. Vultis enim RHETORICÆ utilitatem, in Republica producam? Agite fiat. Sed quantus ſe mihi dicenti aperit campus, quanta eam deprædicandi copia. Hæc illa eſt Auditores quæ omnium ſtudia allicit, aures tenet, animos mulcet; à qua ſi quis abhorrere ſe dicat, parum abſit, quin ipſe ſe ne hominem quidem eſſe fateatur. Hæc illa eſt quæ vages initio homines, & ferarum more in montibus, teſquis, antris, ſilvis, latitantes, ſine lege, ſine Rege, ſine Deo, & nives, grandines, ventos, cœlique inclementian, beſtiarum pellibus non tam arcentes, quàm tolerantes, hujuſmodi inquam homines blanda olim Orationis ſuæ ſuada demulſit, conciliavit, & ad melioris vitæ cultum Cimmeriis quaſi tenebris erutos, & barbariæ ſqualoribus exutos, traduxit. Religionem erga Deum, pietatem erga parentes, erga omnes juſtitiam, & humanitatem invexit: illa quæ domos primum, & familias, poſtea pagos, & vicos, mox etiam urbes, poſtremo regna ipſa, & imperia, arctiſſimis animorum vinculis, & concordia ſtabilivit. Hoc Tragœdi, Comœdi, Satyrici, hoc hiſtoriarum monumenta, hoc Poëtarum, & Philoſophorum ſcripta uno ore teſtantur. Tua hæc laus eſt, *Eloquentia.* Tu quamlibet in partem arbitratu tuo flectis audientium animos, eoſque pulchritudinis tuæ ſplendore obſtupefactos quibuſdam velut habenis. numeroſæ orationis regis, conſolaris mœrentes, afflictos excitas, jacentes erigis, ſceleratis exitio es, innocentibus præſidio, improbis terrori, probis ornamento. Nihil tibi de iſta laude Romulus, nihil Numa Pompilius, Nihil Servius

Tullius, nihil sapientes illi legislatores Græci, Lycurgus, Solon, nihil Romani Decemviri decerpunt. Fuerint sapientes, fuerint virtute, & prudentia conspicui, tamen sine ope tua, sapientiam vere profiteri, nec alios in officio continere, nec ipsi regnare feliciter potuerunt. Tu hominum conciliatrix; Tu urbium, ac Rerumpublicarum conservatrix; Tu legum anima; tu propagatrix. Tibi hanc laudem defert Marcus ille Crassus apud Ciceronem, concedit Scævola, tribuunt Sulpitius & Cotta. Te sequimur, te veneramur, tibi uni fasces submittimus, quicunque operam nostram Reipubl. Ecclesiæ, Scholis devovimus. Quibus enim aut viribus, aut armis, Ecclesiarum antistites religionem, pietatem, concordiam hominum animis instillant? Non hic tubarum clangores, non litui, non tympana, non strepitus armorum, non ferocientium hominum clamores inconditi audiuntur; sed eloquentiæ vox omni armorum vi longe potentior. Qua qui armati sunt, hominum animis, & conscientiis imperitant, errorum monstra, tanquam Hercules redivivi domant, dejiciunt, necant, vitia proscribunt, virtutem inculcant, & aberrantes reducunt in viam rectam. Fulmina illa Auditores, & flumina eloquentiæ, vobis ob oculos ponite, Ambrosios, Lactantios, Chrysostomos, Hieronymos, Cyprianos. Hac arte instructi, quam diserti illi, & facunde ad populum conciones habuere? quot ignorantiæ, & superstitionis tenebris immersos eloquentia sua ab interitu revocarunt? quot animas Deo lucrati sunt? quanto studio, & ardore pietatem omnibus inculcarunt?

Sed ad Principes venio, & Reges. Hic quid dicam Auditores? Non est profecto satis, solio Regem aut sceptro, & diademate conspicuum esse, ac formidabilem. Præclarissimum, & firmissimum est linguæ purpuræque præsidium. Assidet Themidi Minerva, ut in Republica, cum Justitiâ

ſedeat eloquentia quæ cœlo poſſit deducere Lunam, & Regum flectere ſupercilia. Magiſtratum authoritate præditum eſſe, & imperio, magnum eſt, ſed longe majus ſi eloquentia. Hac Periclem illum, cujus in labris perſuadendi Deam ſeſſitaſſe dictum eſt, fulminare, tonare, permiſcere Græciam Comici veteres tradiderunt. Hac Cicero fretus, Catilinæ conſpirationem in patriam repreſſit, & furores ejus, ac nefariè in Rempublicam inita conſilia diſſipavit. Hac, rogatus ſuperavit armatos, ut vel inimicorum confeſſione, omnibus triumphis majorem adeptus gloriam videretur. Sic dum bellis aſſerenda fuit Græcia, prolatandi fines, arcendi Macedones & Perſæ, viguêre Oratores maximi. Scilicet dicendi ſplendide, acriter, & acute neceſſitatem ipſis impoſuit, defendendi imperii neceſſitas. Sed pergo. Quis in foro, quis pro tribunali, quis in curiâ, legum tuebitur authoritatem, quis clientium, quis pupillorum, quis oppreſſorum cauſam, quis innocentiam defendet? aut apud exteros, in terris longè remotis, principis voluntatem, legatus aperiet, ſi eloquentia, aut RHETORICÆ præſidio deſtitutus ſit? Ac ne Imperatores ipſos hic prætercam, & belli duces, quomodo illi conſiliis, & armis res magnas moliri, moderari, exequi poterunt, niſi hac arte polleant? cum acri ac vehementi Imperatoris concione erecti, & accenſi militum animi ardua quæque tentare, & ſumma experiri non detrectent; & in præſentiſſima vitæ diſcrimina præcipites ſe dare, parati ſint. Non ſic tubarum clangores, equorum hinnitus, armorum micantium, & rutilantium ſplendor, non ſic litui, non tympana, maſculum militis animum ad pugnam acuunt, quemadmodum hortatrix ad virtutem, & gloriam oratio, diſerte, & μαλὰ ῥητορικῶς, intrepidas, & Martiales animas ad adverſa pericula erigit, & accendit. Illa ſtrages generoſe ſolatur, vulneribus medicinam addit, *cicatricibus callum* obducit, pulverem

non

non indecorum oftentat, fudores detergit, vires reparat, inftillat, alit. Adeo admirabilis quædam, ac prope divina vis eft eloquentiæ, meritoque fapientiffimus Poëta fcripfit Euripides, nihil effe quod ferro, quin idem Oratione confici poffit. Viderunt hoc omni ævo ftrenui belli duces. Non alia de caufa Cæfar territos Germanorum adfpectu Romanos, trepidantes, non folum oratione fua erexit, fed tantos eis fola voce addidit animos, ut victores tandem exftiterint. Quid Alexander nomine & re vere Magnus, cum relicta Macedonia trajeciffet in Afiam, exigua militum manu bellum illaturus, potentiffimo Perfarum regi Dario? numquam pene prælium iniiffe, memoriæ proditum eft, quin ante ad fuos verba fecerit, mucronibus acumen, gladiis aciem, corporibus robur, animis vitam addendo; unde ardorem milites, à concione, inter bellorum furores, & tubarum ftrepitus, gladiis elatis, ac radiantibus fignificabant. Vultis exemplum Auditores? Primam illam, obfecro vos, Alexandri cum Dario primum pugnaturi ad milites orationem, mecum expendite. Quid illa gravius, quid acrius effe poteft, ad concitandos militum animos? quid efficacius, quid validius ad perrumpendas acies, & phalanges hoftium? *Ante prima*, ut fere moris ejus erat (Hiftorici verba funt) *figna ibat, identidem manu fuos inhibens, ne fufpenfi, acrius ob nimiam feftinationem concitato fpiritu capefferent bellum. Cumque agmen obequitaret varia oratione aut cujufque animis aptum erat, milites allocutus eft. Macedones tot bellorum in Europa victores ad fubigendam Afiam, atque ultima Orientis, non ipfius magis quam fuo ductu profectos inveterata virtutis admonuit. Illos terrarum orbis liberatores, emenfofque olim Herculis, & Liberi patris terminos, non Perfis modo, fed etiam omnibus gentibus impofituros jugum. Macedonum Bactra, & Indos fore: minima effe quæ nunc intueretur; fed omnia victoria parari. Non præruptis petris Illyricorum, & Thracia fa-*

nis, sterilem laborem fore, spolia totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus. Totam aciem suo pavore fluctuantem, umbonibus posse propelli. Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater invocabatur, domitaque nuper Bœotia, & urbis in ea nobilissima, ad solum dirutæ species repræsentabatur animis: jam Granicum amnem, jam tot urbes aut expugnatas, aut in fidem acceptas, omnia quæ post tergum erant strata, & pedibus ipsorum subjecta memorabat. Et hæc ad Macedones. Græcos adiens, in memoriam revocabat, *ab iis gentibus illata Græciæ bella, Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam terramque populantium, ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent. Dein Deûm Templa ruinis & ignibus esse deleta: Urbes eorum expugnatas, fœdera humani divinique juris violata referebat. Illyricos vero, & Thracas rapto vivere assuetos, aciem hostium, auro purpuraque fulgentem, intueri jubebat, prædam, non arma gestantem. Irent & imbellibus fœminis aurum vi eriperent. Aspera montium suorum juga, nudosque colles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis, agrisque mutarent.* Quis hujus tam acris, tam generosæ, tam magnanimæ Orationis ad milites tandem eventus? Non me Auditores, sed historiam audite, aut potius Curtium in sua nunquam satis laudata historia. Quid ille? *Qui Darium*, inquit, *vehebant equi confossi hastis, & dolore efferati jugum quatere, & Regem curru excutere cœperant: cum ille veritus ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit, & in equum qui ad hoc sequebatur, imponitur, insignibus quoque Imperii ne fugam proderent indecore abjectis. Tum vero cæteri dissipantur metu, & qua cuique patebat ad fugam via erumpunt, arma jacientes, quæ Paulo ante ad tutelam corporum sumpserant: Sed omnium oculos, animosque in semet converterant captiva mater, conjunxque Darii. Illa non majestate solum, sed etiam ætate venerabilis: hæc forma pulchritudine. Quin & in gremio anus avia jacebant adultæ virgines duæ, non suo tantum, sed illius mærore etiam confectæ. Ingens circa eam no-*

bilium.

bilium fœminarum turba, laceratis crinibus abscissaque veste pristini decoris immemores Reginas, dominasque veris quondam, tunc alienis nominibus vocabant. Ac ne totius exercitus sortem quis meliorem fuisse credat quam Darii, *in acie cæsa sunt Persarum peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum.* Tanta vis eloquentiæ Auditores, ut arte suâ Martem ipsum acuat, stimulet, fascinet, & pugnanti lauream imponat.

Sed ne attentione vestrâ, & patientiâ longius abuti videar, hic anchoram figo, & ut finiam, ad vos me converto Commilitones. Audivistis quid RHETORICA eximia illa dicendi magistra possit in animis principum: quid in societate humanâ, ad tutelam Rerumpublicarum, gentium, populorum: quantos eloquentiâ suâ aculeos figat, quam acriter illa percellat pectora etiam adamantina, & obfirmatos hominum animos, ut qui armis domari nequeant, domentur eloquentiâ, & in gyrum rationis, quovis ferro potentius compellantur. Audivisti magnos in eâ olim consequendâ desudasse viros, & non alia magis compendiariâ viâ quemquam grassari ad honores, & dignitatum apices. Quæ quò illustriora sunt, eò diligentius excolenda; nec committendum ut socordia vestra in neglectum veniant, aut contemptum Regina illa, & domina disciplinarum. Aliò vos ætas vocat, aliò parentum vota, aliò PATRIA, cui nati. Quid enim istis turpius, aut abjectius, qui torporem ac desidiam amplexi vitam blandiente inertia transigunt, quiq; ut Phæaces illi Homerici posthabitis nobilioribus studiis *mensam & cithara strepitum dulcesque choreas Stragulaque, & molles curant post balnea lectos.* Hæc Eloquentiæ nunquam satis laudandæ documenta non solum vobis contemplanda sunt ut ea memoriæ mandetis, & scientia comprehendatis ad pompam, atque ostentationem: quemadmodum nummis utimur ad numerandum: sed assidua meditatione

per-

perficiendum est, ut inolescant animo, ut permanent ad imos sensus, ut vertantur in succum & in sanguinem, ut in actum educantur, & ad patriæ decus atque ornamentum proficiant. Olim trophæa Miltiadis excitabant è somno magnum illum Græciæ ducem Themistoclem: vos eloquentiæ studium & amor. Ἅλωτα γίνεται ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα. Nec satis esse putate, nasci, & cæcam hanc naturam in tenebris suis torpere. Ἀβίωτον καὶ πάνυ θανάτῳ ὅμοιον existimo esse eam vitam, quæ absque ingenii cultu traducitur. Quid quod, ut fructus, ut plurimum agrestes, & feros gignit arbor, citra insitionis curam? & agri si non colantur, carduos proferunt & vepres, culti verò omnis generis frumenta: sic homo nisi naturam, nobile illud Dei depositum detersa linguæ scabritie, doctrina excolat, tanquam rudis, & indigesta moles, & informis massa, in magno hoc Mundi palatio versatur, dum hominis usurpat nomen, conditionem negligit. Nemo difficultatem mihi hic regerat. Quid enim usquam terrarum pulchrum extitit, quod citra laborem comparatur? Quidquid obvium, & promptum est evilescit, ac mox contemnitur. Ardua in honore sunt, ac pretio. Arduum quoque ad Musas, & asperum est iter non rosis, non violis constratum. Sudandum hic Commilitones, & certandum strenue in hac palæstra, & quæ se offerunt adamantino proposito, & forti animo, devorandæ molestiæ Demosthenem, summum illum dicendi magistrarum, & Oratorum principem, quo nemo unquam laboriosius, nemo per plura reluctantis naturæ obstacula, ad culmen reptavit eloquentiæ, plus olei, quam vini consumpsisse ferunt, omnesque artifices χειρόβιας antelucana longe industria superasse. Quid? mentem illam vobis à communi omnium parente DEO datam, multo qualibet veste pretiosiorem, situ ac sordibus obsolescere, & quasi rubigine obduci patiemini? Reipublicæ vos ingenium debere,

cogi-

Ex tali gente ortus hic heros, majoribus nempe Abrahamo, Isaaco & Jacobo: Viris pietate, & morum vitæ sanctimonia conspicuis, & nunquam sine honore, ac summa veneratione nominandis. Inter quos veluti gemma supereminet ille omnium credentium pater Abrahamus, cujus in immolando filio obedientia satis deprædicari nequit. His oriundus, mirum non est, si eorum exemplo, & vestigiis insistens, tantos in virtute progressus fecerit. Clara etenim majorum vita generosam imitandi necessitatem posteris, serisque nepotibus imponere creditur.

Hoc animo Athenienses, & Romani rerum Domini, statuas publicas egregiis viris erexerunt, ut incitamenta essent aliis ad ea æmulanda, propter quæ essent collocatæ. Patria illi fuit Tarsus, quæ prima nascentem gremio in sinu excepit, sic appellata (si Josepho fides) à Tarso nepote Japhet. Urbs Ciliciæ clarissima, & regionis totius caput quæ ad amœnissimam Cydni ripam sita, omnibusque naturæ deliciis, omni jucunditate & copia cunctarum rerum affluens, longe tum Atticam, tum Alexandrinam scholam, quæ ad Nili ostia in populosissimis mœnibus constituta erat, iis rebus superavit. Hujus conditorem esse volunt Strabo, & alii, Perseum Jovis, & Danaës filium. *De qua*, ut de re non prorsus dissimili nobilissimus Historicorum, *Satius est tacere, quam pauca dicere.* Quantum verò faciat ad indolem & ingenium, natale solum, nemo credo negabit qui Platonis illud legerit, qui moriturus dicitur Diis immortalibus egisse gratias, quod Græcus natus, & non Barbarus: quod Athenis, & non Thebis. Nascentibus, si quidem locus, nescio quos impetus, viresque inspirat, quibus apti redduntur homines ad res præclaras capessendas, nonnunquam inepti. Haud aliter ac fructus, qui pro terrarum varietate, nunc exuta feritate dulcescunt, nunc vero amarescunt. Ægypti & Afri callidi

quidem, & subtiles habentur: at imbelles, quod de Asiaticis quoque prodidit Philosophus in Politicis. Schytæ contra bellicosi & strenui, sed hebetes, & obtusa gestantes pectora: unde quæsitum à Medicorum principe, cur Græcia infinitos Philosophos produxerit? Schytia verò unum Anacharsin? Quid; quod Themistocles summus imperator, ac belli dux, patriam ad nobilitatem quoque plurimum facere crediderit. Cum paululum adolevisset, Tarso à parentibus Hierosolymam missus, sub Gamalielis viri prudentissimi disciplina fuit, ut ab ipsis ætatis incunabulis, literarum studiis imbueretur. Pio mehercule, ac laudabili parentum instituto! Nam ut speculum, sic ingenium est: & ut argilla, ita juventus, quam capit imaginem, reddit; & dum ætas hæc mollis, & quasi cerea, signa melioris doctrinæ, & monitorum facile admittit. Quare ut membra infantis statim ab ipsis natalibus fingenda sunt, ut recta adolescant, non distorta; ita etiam, jam inde ab initio indoles ejus formanda est, principiisque ipsis invigilandum, à quibus tanquam à fundamentis, universa educationis fabrica pendet. Factum in Paulo, Auditores. Nam nactus juventæ suæ formatorem egregium, & in studiis Doctorem indefessum, quantos in iis progressus fecerit, testantur passim ipsius scripta, ingeniique monumenta:

——————— *quæ nec ventura silebunt*
Lustra nec ignotâ rapiet sub nube Vetustas.

Sedulo enim, ac serio trivisse eum Poëtas, vel ex eo apparet, quod non raro eorum meminit, & data occasione scriptis suis inspergit. Nam in epistola ad Titum, versum Epimenidis citat: in Actis Apostolicis, Arati hemistichium: in priori ad Corinthios Menandri jambum. Sciebat enim vir altæ mentis, ex Poësi; quam disciplinarum omnium interpretem, ducem, reginam esse docta olim judicavit Antiquitas, penitioris sapientiæ arcana copiosè depromi. Adeò ut hanc odisse oport-

teat qui ignorat reliquas, aut qui ignorat hanc, nescire omnes. Quam enim aliam fuisse causam arbitramur cur cum de singulis disciplinis agat paganæ sapientiæ fons Plato, poësin τὸ ὅλον vocat? quàm quod reliqua ad eam se habeant, ut singula ad omnia, & partes ad totum. Sed ut ad mores ejus veniam, consideremus, qualem sese gesserit: an vita doctrinæ ejus, ac eruditioni responderit? Quid enim præclara illa multarum rerum scientia, si non ad gloriam Dei, sed ejus contumeliam, non ad suam & proximi salutem, sed ad perniciem, illam convertat? nihil sanè. Quid ergo? Verbi Dei fuit observantissimus, numinis divini cultor assiduus. Adhæc quanta illi, δεῖ γὰρ τ' ἀληθῆ λέγειν, in animo probitas! quanta in sermone majestas, quanta in ore eloquentia, ut ex tribus illis Augustini votis unum hoc fuerit, ut Paulum è cathedra publicè docentem audire potuisset. Quanta quoque in actionibus ejus supra quam dici potest, integritas & candor, in alloquio comitas, in moribus suavitas? quanta in vita pietatis cura, quantus veritatis Euangelicæ propagandæ zelus, puritatis conservandæ ardor? Religionis asserendæ fides? Quanta in maximis Ecclesiæ negotiis administrandis, altitudo animi, prudentia, dexteritas, in convertendis gentilibus μακροθυμία, lenitas, mansuetudo?

Sed regerentes hic mihi audire videor., vix ac ne vix laudem ullam mereri, qui tanto animi affectu, tanto odio Ecclesiam Christi persecutus est, & in eam sæviit haud aliter, quàm lupus in oves. Nam *spirans* (Sacræ Scripturæ verba sunt) *minas ac cædem adversus discipulos Domini, petiit à Pontifice epistolas perferendas Damascum ad Synagogas, ut si quos invenisset hujus secta tum viros tum mulieres, vinctos abduceret Hierosolymam.* Esto: nemo enim id ibit inficias. Sed errori id tribuendum, & ignorantiæ. Quæ si crimen non tollit, saltem mollit. Unde etiam Deus pro immensa sua misericordia,

ejus misertus est, eumque in gratiam recepit, καὶ ὑπερεπλεόνασε ἡ χάρις τοῦ Κυρίου, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησεν ἐν ἀπιστίᾳ, cum cælitus, & ἀπὸ μηχανῆς ei Christus apparuisset in via Damasci. Repetite quæso mecum & si placet expendite quam se obsequiosum, & docilem, quam se morigerum præbuerit. Non reluctatus est, non restitit, non latebras quæsivit, non effugia, non pertinaciter, non mordicus errorem suum defendit, ut olim Scribæ & Pharisæi & etiamnum hodie nonnulli, qui aures veritati tam protervè obturant, & mentem erroribus obsessam rationi præcludunt, ut citius clavam de manu Herculis extorseris, quàm eos redigas in veritatis semitam, & officii gyrum. Talis certè non fuit. Sed illo divinæ vocis Oraculo, tanquam penetrabili quodam jaculo usque ad ipsam animæ medullam transfixus ac transverberatus totus ad Christum & corpore & animo transiens, cessit veritati, tantoque arsit desiderio Deo serviendi, ut ilicò paruerit: Quid vis inquit faciam? quasi diceret, dic quid à me fieri velis, & da mihi quæ jubes, & jube quæ vis. O obedientiam admirabilem! ô promptitudinem animi, omnium literis, & linguis prædicandam! Laudabile est vincere alios, sed multò laudabilius seipsum. Vicit autem seipsum Paulus, Christo Servatori suo morem gerendo, adeoque mores suos immutavit, ut ex lupo repente factus sit ovis, ex filio iræ, filius Dei, ex persecutore Ecclesiæ, acerrimus ejusdem defensor, ac propugnator.

Sistite hic paululum, Auditores, tela donorum ingenii ejus nondum pertexta est. Quantus fuerit in ipso Apostolatu, qualemque se in eo præbuerit, nondum intellexistis. Si dixero in iis, paria eum potuisse facere, cum primis ac summis Christi Apostolis, rem non auxero. Cujus enim tantum est flumen ingenii, cui tanta dicendi vis, tantaque copia quæ pietatem, candorem, fidelitatem, in obeundo munere constantiam, amorem erga

proximum, & patientiam illius in omnibus ærumnis, non dicam exornare, ſed dicendo complecti poſſit? Dignæ ſane virtutes tanto Dei legato! Quò enim aliquis in digniore munere conſtitutus eſt, eò magis anniti debet, ut virtutibus munus ſuum adornet & ſubinde illud ore tritum expendat; Σπάρτην ἣν ἔλαχες ταύτην κόσμει. *Spartam quam nactus es, hanc orna.* Factum. Quanta enim cura, quanta vigilantia, adhæc quanta eloquentia, veritatem ſibi concreditam aſſeruerit & vindicarit, vel duæ ejus ſolummodò Epiſtolæ luculenter demonſtrant: quarum alteram Romanis, Galatis alteram inſcripſit. Cum enim talem in his epiſtolis cauſam ipſe defendat, quæ victoriam per ſeſe meretur, etſi ornatus nullus accedat, qui tamen in oratione ejus tori, qui lacerti? quàm concludit acutè, quam ſolidè, quàm nervosè refutat? quàm argute craſſos quorundam errores perſtringit? Fulminare, tonare, permiſcere Græciam pro concione, Periclem ſolitum fuiſſe legimus. Magna profecto laus oratoris illius temporis eloquentiſſimi. Id enim ſignificare opinor voluerunt, tanta cum gravitate Periclem dixiſſe, ut ſumma cum delectatione, & voluptate etiam aculeos in animis Auditorum relinqueret. Utramque virtutem etiam Divi Pauli in ſcriptis animadvertere licet. Quàm enim, Deum immortalem! coram Agrippa, Feſto, Felice cauſam ſuam egit præclarè? Quàm graviter, quàm acriter hanc quam profitetur doctrinam aſſerit! nec Euangelium aliud eſſe ullum, etiam ſi de cœlo Angelus aliquis deſcenderet, aſſeverat? Quam ſplendidè & magnificè, ſed oſtentatione omni remota, Pſeudapoſtolorum fraudes detegit, ſuam ipſius autoritatem tuetur, nec ab homine ullo, nec per hominem, verum à Chriſto ipſo vocatum ſe eſſe contendit! Quanta cum παῤῥησίᾳ orationiſque acrimonia iram Dei delinquentibus denunciat, ut Elymæ mago, Hymenæo, Phileto, Demæ, &

as iis imminentes comminatur! Quanta li-
ıte Antiochiæ collegam suum, Petrum Apo-
m, non recto pede incedentem, reprehendit!
ıta animi mansuetudine promissiones de
sto ejusque regno, de delictorum venia, de
æterna, & animorum beatitudine propo-
fractos consternatosque erigit, aberrantes &
illuc incertis opinionum fluctibus agitatos,
cit, torpentes excitat, currentibus calcar ad-
ignorantibus scripturam enodat, non priva-
in angulo aliquo Judææ, aut urbis Hieroso-
æ, sed nusquam fere non gentium. Docuit e-
in Macedonia, Pamphylia, Syria, Cilicia, A-
a, Galatia, Phrygia, & in locis aliis quam plu-
is. Quo tempore, cum Æschine pugnavit De-
thenes, ad judicium istud, concursus è tota
:cia factus esse dicitur. Nihil enim tam aut vi-
lum, aut audiendum esse judicabatur, quàm
rum summorum Oratorum contentio. At quis
ı Augustino non optaret accurrere, ut hunc sum-
n Oratorem, non de re levicula, utpote coro-
aurea, de qua cum Demosthene Æschini lis
, sed longe gravissimis, ac salutem nostram
:tantibus rebus, dicentem audiret?
Mirari vos video Auditores, magni hujus viri,
Herois in munere suo obeundo, diligentiam,
ım, fidelitatem, bene est. Sed miramini quo-
ejus frugalitatem, ac temperantiam. Egre-
, & vere Patrum quidam Cl. Alexandrinus,
*πυδαι@ ὀλιγοδὲης. Vir bonus, & honestus paucis
get.* Exemplum in Paulo, nam ne cuiquam
:ri esset, nulli etiam offendiculo, arte sua ma-
ıria parcè, ac duriter vixit, & in hac rerum an-
tia, quam augusto fuit animo, quàm genero-
veram magnitudinem metiens non spatiis, &
fundiis terrarum, ac regionum, sed horum o-
ium contemptu: quia ditior est qui divitias
rnit quam qui possidet, & verè ille magnus,
:m *nulla res minorem* facit. Miramini ejus

sobrietatem? sed magis vitæ ejus (quod raræ sed
magnæ laudis) sanctimoniam, quæ tanta fuit ut
pares forte habere potuerit, at non superiores.
Neque enim satis esse putavit veritatem sibi de-
mandatam tueri, quà voce, quà calamo, nisi vitæ
suæ exemplo, & morum probitate & modestia,
eam quoque adversus impostores omnes, ac sy-
cophantas stabiliret. Τότε γὰρ ἀνύει διδάσκαλος
ὅταν ἀφ' ὧν πράττει παι-
δεύῃ. Alioquin, quid nisi cithara similes sunt, quæ sonos
edit, nec ipsa eos audit? sic illi egregia monita, & doctri-
nas, ipsi ab iis expertes. At propterea idem illis vi-
tio verti possit, quod olim objectum est Athe-
niensibus, eos scire quæ recta sunt, sed non fa-
cere, & fortia loqui malle, quàm factis exequi.
Imo quid aliud est docere pietatem, quam tamen
ipse non colas, quam eandem Auditoribus suspe-
ctam reddere, aut propriis verbis fidem adimere.
Non ita Paulus. Ecclesiam enim Christi dies no-
ctesque docuit, quà publicè, quà privatim, hor-
tando, increpando, instando εὐκαίρως, ἀκαίρως,
non doctrina solum, sed morum integritate, &
vitæ innocentia. Sciebat quippe *longum esse iter per
præcepta, breve & efficax per exempla.* Jam quid de
patientia ejus in adversis? quid de constantia di-
cam? ullus enim unquam Apostolorum gravior
certamina sustinuit? tetriora monstra expugnavit
majores victorias reportavit, periculosiora itiner
confecit noctu, diu, per nemora, per silvas, te
qua, solitudines, frigora, nives? In periculis
nim fuit in mari, in periculis inter latrones,
periculis inter falsos fratres, in periculis inter E
clesiæ Christi persecutores, quorum plures qua
octoginta in necem ejus conjuraverant. Habi
fuit seditiosus, turbulentus, sacrilegus, furiosu
lapidatus, cæsus, bestiis objectus fuit. Mu
commemoro, sed plura omitto. Omitto e
eum ab hostibus veritatis circumventum
sportam de muro urbis Damasci demissu

ılum subterfugisse. Omitto eum fame, siti, :e, rerum omnium inopia, vigiliisque fuisse ctum, aliaque quam plurima quæ vobis :ores cogitanda relinquo: adeo ut *Herculi* le-fuerit certamen cum *Caco*, *Cerbero*, *Leone*, & ı *Lernaa*. At quo animo quæso ista omnia lit? Magno sanè, & infracto: quia nihil illi fuit, nihil antiquius quàm pro Christo, & ina ejus Euangelica contumeliis affici, plagis ındi, vulnerari, morte multari. Nam doctri-elestis veritatem sanguine suo obsignare tan-non dubitavit. Decimo enim quarto anno nis à leone illo immanissimo, & tyranno-quos terra sustinuit, crudelissimo obtrunca-in Christo beatissime obiit, qui Christo vi-. Καὶ τὸν ἀγῶνα καλὸν ἠγώνισται, τὸν δρόμον εκε, τὴν πίστιν τετήρηκε· λοιπὸν, ἀπόκειται αὐ-τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει αὐτῷ ὁ · ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής. Beata]uæ tali morte finiit: beata mors quæ tali principium dedit!

ne attentione vestra Auditores, & benevo-ı abuti videar, Orationis meæ vela contraho, : anchoram figo. Audivistis viri gentem, pa-s, patriam: Audivistis educationem, vitam, s, quot & quanta in obeundo munere susti-t pericula, quàm strenuus fuerit veritatis as-, quàm infracto animo mortem obierit, & Euangelicæ doctrinam sanguine suo obsigna-Quid restat? nisi ut quisque nostrum Christi rem, & non satis laudandum veritatis anti-ı sibi imitandum proponat quà fide, quà ous.

ò tandem emenso vitæ suæ curriculo, cum ı, beatitudinis illius in cœlo hæreditatem quatur, quæ nullis temporum spatiis circum-, & quam nemo cogitatione assequi, nemo e complecti potest. Dixi.

ORATIO IV.

Habita à

JACOBO GROENEWEGI

In vituperium Regis Achabi.

NOn minus eximiè, quàm verè Poëta;

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Nam quò quis altius tiara, sceptro, purpura pra alios eminet, eò magis graviusque delinqı Dum quæ habet vitia, haud raro tanquam per con gium, in subditos suos, & in populum transfun Regnorum, ac Rerumpublicarum commune n lum! nec hujus tantum ævi. Sic enim fuit, si Annales eamus, & veterum replicemus mo menta, ab orbe nato. Ut inter alios, ne long abeam, videre est in impio illo Rege Achabo, vitiis suis, ac perditissimis moribus, non se t tum, & purpuratos suos infecit, polluit, corru sed eam pessimo suo exemplo, in populum de labem, ut multis apostasiæ, & defectionis à D causa exstiterit.

Dignus itaque mihi visus, qui suis coloribus pingatur: quo alii quàm perniciosa sit generi l mano Principum tyrannorum impietas, pers ciant; & ab ea tanquam à scopulo sibi cavea qui Reipubl. habenas moderantur.

In qua suscipienda provincia quanquam ter tatem meam, & infantiam non invitus agnos fretus tamen humanitate vestra, ac benevolen publicum hunc dicendi locum conscendere n dubitavi, ut qualiscunque styli mei aciem str gam in eum, qui præter sceptrum, & regium d dema, nihil habuit Principe, & Rege dignun

Ut ab origine ejus incipiam, duxit illam à g te omnium quæ unquam exstiterunt ingratissir nempe Israëlitica. Quot enim, quantisque e

Deus affecit beneficiis? quantis eam cumulavit victoriis, & triumphis? Quàm miraculosæ ejus liberationes? Educta enim potentissima Dei manu, e domo servitutis per mare rubrum, & ducta in desertum ibique quadraginta annorum spatio, alta inter tesqua, & solitudines, non pane ordinario, sed Angelorum, tandem debellatis hostibus, in terram Canaan, lacte & melle abundantem introducta est. Sed ô nefariam populi ingratitudinem! Quoties enim in Mosen magnum illum Prophetam, quoties in fratrem ejus Aharonem insurrexerunt, quoties in Deum ipsum rebelles, & omnium quæ ab eo acceperant beneficiorum immemores? Si ergo ex ingrata gente ortum esse, alicui dedecori est, certe potest, non nisi verti vitio, Achabo, ex ea gente hominem traxisse originem, quæ protervia, incredulitate, idololatria, turpi denique defectione, & apostasia, nullas non longe gentes à tergo reliquit. Patrem ejus si considerare sit animus, qui filio suo bono exemplo, & vitæ sanctimonia, morumque integritate, prælucere debuisset, projectæ impietatis hominem, perditissimisque moribus fuisse, certum est. Fuit enim ille Homri, homo venalis animæ, & bipedum, quos sol vidit, & terra sustinuit nequissimus. Hic ille est, Auditores, qui condidit urbem Samariam, eamque habitandam dedit impiis, qui nec Abrahæ, nec Mosis, sed Jeroboami vestigia sequebantur. Quid mirum?

——— *componitur orbis*
Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita Regentis.

Quia hæc fere est conditio Principum, ut quicquid faciant præcipere videantur.

Sub Principe aleatore passim luditur alea: sub bellicoso, bellaturiunt omnes; sub commessatore & prodigo, luxu diffluunt; sub libidinoso, libidinosi fiunt, in quos imperium exercet. Vitia *enim quæ concipit*, illicò velut per contagium, in *civitatem propagat*, plusque exemplo, quam

peccandi licentia nocet, adeo ut in corporibus graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur; ſic qui à Principe.

Sed pergo ad educationem: nam illius cognoſcendæ deſiderio vos teneri video. Hujus quanquam S. Scriptura non meminit, tamen peſſime eum educatum fuiſſe evincunt, imò clamant, vita, mores, & plusquam execranda ejus facinora; quæ ſi recenſere omnia examuſſim mihi eſſet animus,

Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Ne miramini, Auditores. Tantum ſcilicet poteſt educatio, ut nulla malignitas ſit, quam non aſſidua virtutis exercitatio corrigat, & inſtitutio. Ab hac enim mens lumen accipit, haud ſecus ac viſus à circumfuſo aëre. Et ut in ſemente poſita ſpes meſſis eſt, ita totius reliquæ vitæ exſpectatio ab educatione pueritiæ pendet. Generoſa indoles ſi accedat, recta inſtitutio magno bono eſt patriæ, ſin neglecta ad vitia degeneret, ingens adfert malum, imo quid exſpectandum tandem ab ea aliud quàm profunda vitiorum abyſſus, & horrenda barbaries? Viderunt hoc olim Principes in literis viri, Plato, Plutarchus, Xenophon. Ideò nulli rei majorem impendi curam voluerunt, quàm puerorum inſtitutioni, more Matrum quæ membra infantis ſtatim ab ipſis natalibus fingunt ut recta adoleſcant, non diſtorta. Quid? an non arbores ſi negligantur, in gyros eunt, & curvamina? Ager ſi cultura abſit, nonne mox carduis ac tribulis inhorreſcit? At equus natura ſternax, & intractabilis, admiſſo ſemel fræno, nonne tolutim incedit, & vel ad nutum ſeſſoris paret, & virgæ umbram? Adeò *a teneris aſſueſcere multum eſt*, naturamque rebellem, recta educatione, velut rationis fræno compeſci. Aut minus diſciplina, & labor, in formandis puerorum ingeniis poterit, quàm in brutis induſtria. Quod incicures beſtiæ cultu manſueſcunt: ſic pecoris generoſi pullus ingenio hu*manitatis docetur*, exuere feritatem, &

Blan-

Blandis parere Magistri
Vocibus.

Cur non temera quoque puerorum ingenia, si liberaliter educantur? Sed educationem hanc neglexit pater, quia filium sibi similem habere voluit. *Redit nempe ad auctorem genus, Stirpemque invisam degener sanguis refert*, ut inquit Tragicus. Hinc factum, Auditores, ut patria vestigia premens, & licentiæ omnis, ac impietati laxata fibula, se omnigenis vitiis immerserit. Nam ut primum ætatem virilem attigit factusque est juris sui, ac mancipii, ilicò male agere cœpit. Patre enim defuncto, & regio diademate, per hæreditatem ad se devoluto, regnavit Samariæ duos & viginti annos, totoque illo temporis spatio ita se gessit, ut monstrum potius hominis, quàm hominem fuisse dixeris: 1 Reg. 16. 30. Quid multa? Nihil in illo animadverti potuit præter libidinem, crudelitatem, idololatriam.

Ex his tot impiis flagitiis conflatus Achabus nihil unquam præstitit liberale, nihil ingenuum. Ac ne quis ex affectu me loqui arbitretur, producam, si vultis, præfractæ ejus impietatis non exigua specimina, & documenta non obscura. Quid? Annon eam plus nimio convincit idololatria, quam perpetuo amplexus est? nonne cultus, quem Baali exhibuit, cum aram exstruxit, festa, sacrificia, victimas destinavit, sacerdotes constituit penè innumeros, cum tamen Deus vel centies prohibuisset, ne fictitios deos veneraretur, coleret, adoraret; sed ut deos hujusmodi exstirparet, statuasque eorum, & imagines perfringeret.

Certè si qua pietatis scintilla in eo fuisset, Baalis cultum cum videret, fictitium tantum esse numen, & invocantibus se nullam præstare opem, ut nec sacerdotibus suis, gladiis ac cultris ad sanguinem se lancinantibus, an non eo abunde commoveri debuisset, ut potius Deo creatori cœli, & terræ, præstita obedientia, ad meliorem mentem

rediret? Adhæc si vel semunciam sani cordis habuisset, & in seriam aliquando descendisset cogitationem earum pœnarum, quas antecessores ejus ob scelera sua, justo Dei judicio in se pertraxerant, aliqua saltem potuisset anteactæ vitæ suæ pœnitudine duci: sed pervicaci & obfirmato ad hæc fuit animo. Tantum scilicet potest effrænis morum licentia, & extremum malorum IMPIETAS. Quæ ubi dominari cœpit, & levato quasi velo, fractisque pudoris omnis, ac honesti repagulis, ferream semel frontem induit, nulla amplius ratione compesci potest, aut sufflaminari.

Sed fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Hîc factum Auditores; & inclinatis semel in vitium animis, nulla ruina deformis est. Sed ut unde digressa est, redeat oratio. Convincit eum quoque fœdus, quod cum impio Benhadad, 1 Reg. 20. 34. contra Dei mandatum inivit. Quid mirum? *Pares cum paribus*, ut est in verbo, *facile congregantur*; *nihilque magis amicitiam* etiam improborum *conciliat, quam animorum, & morum similitudo.* Crudelis fuit Benhadad, crudelis quoque Achab. Vultis exemplum? In quo sodes luculentius, quam in Nabotho, viro innocentissimo? Cum enim illi negasset vineam suam, tristitiam & animi ægritudinem simulans, lectum petiit, inque eo decumbens, à cibo abstinuit, & potu, 1 Reg. 21. 4. Quid Jesabel uxor ejus? Xantippe dicam, an una furiarum Megæra, aut Thisiphone? Cubiculum ejus ingressa eum ita affata est: *Hoccine imperare est, & regni Israëlitici habenas moderari? surge, cape cibum, læto & hilari esto animo, ego tibi Nabothi vineam in manus tradam.* Dictum factum. Nam falsis subornatis testibus Nabothum lapidibus obrui jussit, tanquam blasphemum, & reum læsæ Majestatis divinæ & humanæ, atque ita sub speciosa, & plausibili obtentu cædem sanguinemque sitiens, vineam ejus ad se pertraxit.

O facinus indignum! nam quid magis impium? quid immanius? quid belluinæ naturæ convenientius? quid crudelius & a natura humana alienius fingi aut excogitari possit non video. Siccine Regem se decet gerere erga subditum, siccine patronum erga clientem? minime gentium. Ille enim cum esset Rex, & in throno, regioque solio collocatus, nonne miseris, & afflictis asylum esse, & oppressam innocentiam defendere ac tueri debuisset? Quid enim jura, quid leges, quid Regina illa virtutum JUSTITIA nisi exerceatur? sine qua vivere inter nos, id est, in Societate non licet: nam vinclum est, &, ut sic loquar, coagulum: solve, dissipamur, & ut feræ solitariæ vagamur Imo ea remota quid regna sunt, quid principatus nisi magna latrocinia? & conclamatæ nequitiæ latibula? Quæ nequissimorum hominum in iis audacia? quæ scelerum omnium impunitas? qui furor, quæ ferri flammæque sævities, quæ cædes, quæ lanienæ? Suavior contra dari non potest, in Republica harmonia, quàm si lex Regi succinat, & Rex legi. Ab eo enim ita prorsus omnia judicari oportet ut lex ipsa, si loqui posset judicaret, atque ita legem & Regem inter se conspirare, ut sit lex quasi anima Regis, & Rex quasi vox legis. Quæ honestarum actionum & virtutum omnium meta est, & quæ per universum Naturæ corpus diffusa, gentes, ac populos regit, & sine qua, nec humana societas, nec ipse mundus stare potest. Sed ut ægro capite omnia corporis membra laborant, & per συμπάθειαν in mali trahuntur consensum: sic sub vitioso principe, vitiari, & corrumpi necesse est eos in quos dominatur: ut vel exemplo ejus deteriores fiant, aut sub violento ejus imperio gemant, suspirent, pereant. Videtis, Auditores, ne longius abeam in Achabo. Sed ne in istius solum vita, orationem meam occupari existimetis, ad conjugem ejus me converto. Uxorem duxit

quis sceptro propior, & solio regio, hoc r
est. Talium bracteata felicitas est, & non ab
lis illis, quibus in scæna, personam Agamer
nis, aut Priami gerentibus, sceptra at t tiaræ
riguntur, ut elati ad tempus, & cothurnati
dant, sed post unum alterumve actum exuen
ad staturam suam redeant.

Idem hic. Regnent, minentur, imperent.
na hæc mox sanguine diffluet, & volventur i
purpureæ, aureæque vestes, ubi reducta ho
isto die, fabulæ quam agunt, cortina, cadun
in solido stare visi, & ut grande ædificium, i
sua desidunt. Tyrannis si seræ, non tamen
veniunt pœnæ: sicca morte non pereunt, nec
sanguine, qui sanguinem aliorum fundere
fuerunt. Ideo Thales interrogatus, *τί δύσκολ
τε θεάμενος, γέροντα, ἔφη τύραννον.*

Regibus omnibus, ac Principibus docume
ut Deum, Regum omnium Regem, debitis
noribus persequantur, nec unquam committ
ut impietate sua, idololatria, tyrannide, ing
tudine, Cyclopico denique numinis contem
in eum insurgant, cui sceptra sua debent &
perii fasceis, ne quas ille in se justissimas pert
pœnas, in eas quoque tandem incurrant. I
*lento quidem & plumbeo pede Divina vindicta prœ
sed tarditatem supplicii gravitate compensat.* Dixi

ORATIO V.

In laudem linguæ Hebrææ,

Recitata à

JOHANNE BEKIO.

CUm omnes mihi singulari quadam ac ex
laude digni videntur, qui in capessendis
bus, & disciplinis operam, & industriam f
collocant; tum ii præcipuè, qui cæteris or

bus posthabitis, ad divinarum rerum intelligentiam, studia sua, & labores convertunt. Nam si eorum omnium quæ in hoc Universo cernuntur, unumquodque naturali perficiendi sui desiderio tenetur; & animus noster ad similitudinem divinitatis effictus; tantò perfectior est, quantò propius ad illud, ex quo ducit originem, exemplar accedit: dubitari profectò non potest, quin illa sit omnium præstantissima facultas, quæ quoad fieri potest, mortalitatem nostram, quantum illius imbecillitas patitur, divinæ naturæ, arctissimo vinculo, & Herculeo quasi nodo devincit. Ad illius facultatis cognitionem hodie nemo non aspirat. Sed pauci illam (audebo dicere) ea qua par est soliditate consequuntur, dum neglecta tutissima ad eam pervenienda via, nescio quo superbo fastidio, ea contemnunt, & aspernantur, sine quibus in sacro hoc, & nobili studio, nec ὀρθοποδεῖν, nec versari feliciter; & cum fructu queunt. Inter quæ linguam Hebræam omnium linguarum principem, omnium judicem, omnium maximam, omnium antiquissimam, omnium matrem de principatu contendere, neminem credo esse qui ambigat. Quæ causa est cur de illius laudibus, hodierno die dicere demandatum mihi est, ab eo, cujus apud me plurimum valet, & valere debet authoritas, non ut eas sigillatim percenserem, & orationis meæ tela pertexerem (quod & imperare mihi iniquum esset, & suscipere temerarium) sed ut ex earum multitudine, pauca quædam seligerem, de quibus, ex publico hoc loco, vobis audientibus verba facerem. Qua de re, cum mecum initio ageretur, cogitavi sæpenumerò, animique incertus, non semel mecum expendi, an suscipi hæc Provincia à me debuerit, cui sustinendæ imparem me esse haud invitus agnosco; eamque refugere in animo non semel habui, veritus, ne idem mihi contingeret, quod olim non è ple-

be

quamuni, subdidit mihi animum h
tis vestræ recordatio, qua nixus,
possum animi demissione contendo
tem meam vestro favore, ac silenti
gnemini, quo mea oratio his velut
vecta ventis, quem sibi proposuit p
consequatur.

Solet verò inprimis, de rerum, si
das suscepimus, origine, & antiquit
tanto in majore pretio sit quod lau
plura retrò secula numeret. Equide
rei dignitatem commendet, nihil d
Hebræa sit, oportet, ut quæ neque
neque à Cadmo, neque à Phœnicib
ptiis, neque à Simonide; sed vel à
tradit Eusebius, vel ab Abrahamo
Philoni (vel ut altius ascendam) à li
Josepho fides, originem suam trahi
vel hinc colligi possit, quam plane
& à veritate alienum, quod quidam
Esram invenisse Hebræas literas. Nec
tentia longè abest. Plinius, literas has
toribus vendicans...

re est inepte sciolos, qui non verentur barbaras non sugillare tantum, sed & er rejicere: atque ut sibi non videntur , ita cœco ac præpostero Græcarum litstudio, Herodoti, Euripidis, & Homeri n scriptis Propheticis longè anteporertè Josephus quem non immeritò, ob gravitatem, tum elegantiam, Græcum . appellant, negat Græcas literas ante ætatem extitisse. At quid horum ætas Sethi, Enochi, & Abrahæ ætatem comJam quò antiquior est Hebræa, hoc & præ marium obtinere, & digniorem longè tar.

nim Optimi Maximi oracula hujus lininiculo, ad humanas olim aures perveeo etiam tempore, quo neque Grajum, atinum nomen in orbe esset, nec ulla aliauarum initia, nulla vestigia, ita ut Antilaude celebritatem & gloriam suam aommendet. Admirari ea solent homines, ræstantium artificum officinis prodiere. davit Vetustas, quod à Lysippo scul- Apelle pictum, à Praxitele fictum, à Pet. Demosthene dictum esset. Et non sub- non dicam admiratio solum, sed & adesiderium ejus linguæ, quæ linguarum mater est? & quæ nervosa sua brevitate upidos allicit, invitat, trahit. Nam ut in ossidentur ea plurimi fiunt, quorum exi- æ est, pretium ingens, ut aurum, ut gemut in cibis ii maximè laudantur, qui mietrimenti habent, plurimum succi: ita facienda oratio, quæ paucissimis verbis omplectitur. Talis præ aliis linguis ombræa. Cujus si dignitatem spectes, si ne- , si usum, omnia ut in ea summa sunt, ie nos moveant oportet. Dignitas certe *iæ, quæ potest* esse major, quàm quod ab

ipsis.

ipsis Mundi primordiis originem ducat, & nata sit cum orbe nato? Quod prima generis humani lingua, quod lingua Dei, lingua Angelorum, lingua Prophetarum? Necessitatem pono in magnitudine, & amplitudine hujus doni, usum in materia, quæ si aliquid ad linguæ hujus præstantiam confert, quid præstantius censeri potest eo, quod in ipsius Dei cognitionem nos adducit? quod æternæ salutis consequendæ rationem præmonstrat? Quod Deo summo omnium bonorum fonti, & autori nos conciliat? ô studium vere dignum! ô industriam omni laude, & prædicatione majorem! qua homo id consequitur, ut sine interprete, eadem lingua cum Deo, cum Angelis, cum Patriarchis, cum Prophetis, diserte possit colloqui, & Dei mentem ex lingua Dei ἀκεραίως hominibus interpretari. Quisquamne est, qui alias omnes si in unum conferantur, scientias cum hac, quia ista tam eximia, tam sublimia, tam divina traduntur, ullo modo comparandas putet?

Viderunt hoc Majorum seculo, & nostro, Viri magni; nec aliam fuisse causam arbitror, cur tanto labore, ac industria in linguæ hujus studio desudarint, inque ea ita excelluerint, ut vel hujus solius nomine doctorum omnium meruerint suffragia. Conrado enim illo Pellicano quid doctius, & Hebræa supellectile instructius? hujus discipulus Munsterus, vir indefessi laboris bone Deus! qualis & quantus fuit? Quid ille rerum Hebræarum non evolvit, excussit, penetravit? ut vel ad nomina librorum, eorumque encomia recensenda, libro pene sit opus. Victurum unquam speramus, qui melius de sacro hoc studio mereri, & strenuè magis harum litterarum gloriam tutari queat? Ita sacrarium quoddam hujus linguæ mihi esse videtur, & scientiæ exoticæ quoddam pelagus. Quales quoque olim fuere viri illi æterna memoria dignissimi, Reuchlini, Merceri, Vatabli, Pagnini, Montani, & non ita pridem, Mornæi,

Ju-

Marnixii, Drusii, Buxtorffii, quorum homina in albo æternitatis sunt: Nec non s ille Scaliger, quem ultimum in scenam o., quod tanquam aquila in nubibus, & orrati Imperator, ac eruditionis princeps, s palmam præripere videatur, ita in Heion ad stuporem, sed miraculum doctus. :sidiis instructi, quid subit mirari; si tam r, tam solidè, tam doctè Scripturam 'enosi Spiritus Sancti mentem, si Propheta:ylum, si phrasin tanta judicii ἀκριβείᾳ :erpretati? eoque Patribus ipsis (verbo absit) longe hac in parte sint præferendi, qui Hebrææ peritia destituti (Hieronymum linguem, & Epiphanium πεντάγλωσσον ») solœcismis haud levibus, in sacrarum litn explicatione commissis, in errores se, s, dedere. In quos incidere & omnes eos : est, quos hodie supina ignavia, & supernguæ fastidium sacro hoc studio prohibet, t quidvis ignorare malint, quàm huic dihorulas aliquot elargiri, atque intermòliteras refugere. Cani Æsopico similes qui ies rerum captant neglecta re. Næ illi qui sacra stola ambulant, & triarii audiunt in, doctrinæque laudem sibi propriam esse, longè multos nostri ordinis homines,) ô , & profundum hic agnosco Sathanæ strai!) à tergo relinquunt, majoremque illi a conferunt, ad prolatandos errores, quàm propagandam veritatem. Malè mehercule. tinam serio nostra hic saperet Juventus! tum demum ego profecisse multum judim illi studium hujus linguæ placere cœpit. m cœlum, & micantia ista astra cum intueb iis ad puram, & inaccessam lucem ducic à nativa & facili hujus linguæ simplicitauthorem illius, fontem, Deum. Et quemadn sine luce cerni, multò minus discerni

ne-

nequeunt colores: ita nisi in Sacris facem præferat hæc lingua, quæ fœta mysteriis, & arcanis Sapientiæ, quid solidi, ne dicam certi, statui potest in reconditis illis divinæ Sapientiæ adytis? Quis genium Prophetarum, quis Spiritus Sancti stilum, dictionem, phrasin capiet? quis mentem? Quis verè, & ex intimo sensu, Scripturam interpretari, quis rimari? si illi barbara est, nec eam suis lustrat oculis, sed alienis, velut per transennam, humanæ versionis? ô lynceos & sagaces sacrarum litterarum interpretes! ô egregios populi mystas! ne dicam fucos ad aliena pabula, & veteri hebræo verbo: נש יאם וגשם אין

Itane in Divinis ignorantiæ nostræ temeritas ludere audeat? Non alia nobis salutaris illius veritatis indagandæ cura, non alia animarum? Siccine ut ursos & bubalos, annulo in nares immisso, circumduci nos patimur? Nam si illi qui in terras longè remotas cogitant, peregrini sermonis ignari, alienas regiones malè possint sine duce peragrare. Quæ sodes Deum immortalem! illorum est incogitantia (ne quid gravius dicam) qui dum ad Canaan illam cælestem tendunt ipsi, & alios ducunt, hujus tamen linguam ignorant, ejusque discendæ tædia, & labores defugiunt?

Sine qua (iterum dico) friget lectio omnis Sacræ Scripturæ, nec plus mihi sapere videntur iis qui aut alienis maxillis edunt, aut contemptis fontibus, turbidas rivulorum aquas hauriunt avide, ac bibunt. Amplius. Sine his adminiculis Scripturam explicare, & pro dignitate sensum ejus eloqui, juxta puto, ac sine alis volare. Hæc enim sunt futuro Theologo fundamenta ad altioris facultatis cognitionem omnino necessaria: hæc remigia, atque alæ, sine quibus ad majora diviniora illius Sapientiæ cacumina evolare perquam difficile est. Vidistis cœcos istos qui in triviis, aut ostiatim, cum stipem petunt, alienis oculis aut fide oberrant, nec tam eunt, quàm sequuntur: Simillimos

istimate, qui ex interpretatione sapiunt. dent, aliorum hoc debent oculis, & quæ habent, ab iis emendicare coguntur, qui l etiam agant, nativam Scripturæ in stylo am, & rerum in ea sublimitatem, καὶ δει- rasso versionis suæ penicillo non satis ad- : sed puræ ejus simplicitati nubem ob-

itius longè peccant, & venia digniores à literas nesciunt quia nunquam eas di- obtulit occasio. Habent enim perfugium ntiæ suæ patrocinium, quod alieno remi- gerant. Sed in tanta luce temporum, tanto m splendore, quæ passim in Academiis, is docentur, cæcutire adhuc homines, tot- iis litteris proficiendi adminiculis, sacrum ium torpore, imò à plerisque contemni, sacramento se Ecclesiis devinxerunt, non olùm, sed & perfidiæ crimen est, nulla a- ne expiandum, quàm si non ante Theo- uæ summa Academiæ, & simul Religionis . est) nec sacris concionibus initientur, contempta, aut neglecta hac litteratura, is sui progressus dederint specimina. Nam am plebeji cum vident, nihil præter colo- aspiciunt, nullo autem modo penetrant, unt essentiam : Ita Sacræ Scripturæ authen- ritatem hi tales quidem agnoscunt, at in- jus sensum non assequuntur, quia ut her- lam non adoptivæ, sed innatæ sunt : ita hic , & arcana in versione verba; hic fructus, nam partem imperceptibiles illis qui He- gnorant. Spiritus Sanctus enim, qui non ateriam, sed & verba suis amanuensibus it, ejusmodi characteres majestatis, gravi- ἐνεργείας, huic authentico textui impres- s nulla interpretatio satis valeat exprime- l, quod aquæ in fonte suo aliter, aliter in iunt; & metalla illa opulentissima sunt,

quo-

quam vobis præmoni...,
præstantiam audivistis, ambabus (qu...
ulnis amplectimini: in eam incumbit...
vobis familiarem reddite. Auctorem ejus
bonorum nempe omnium fontem Deum
is antiquitatem longissima multarum a...
intercapedine insignem, audivistis necessi...
, utilitatem, tot doctissimorum studia, lucubr...
es, consilia, monita, luculenter demonstra...
...um virorum premere vestigia, non minim...
...fecto laus est. Hos vobis imitandos proponi...
ut animi magistris, in sacro hoc, & laudat...
...dio; huc animos, huc curas convertite; jung...
...ctes diebus, noctibus dies, & eruditionis d...
...rio incensi, omnes voluptatum illecebras
...nem laboris asperitatem præ sacra hac litera...
...ntemnite. Et si venatores in nivibus sub
...igido pernoctant, famem, sitim, vigilias fe...
...m apris, ursis, aliisque indomitæ feritati...
...ialibus de vita sæpenumero decernunt ac
...nt. Vos si quanto illi ad prædam, tanto...
...rinam ardore feramini, nullam vobis ne a...
...difficultatem obstare patiami...
... negotiato...

l avertat: δύσκολα γὰρ τὰ καλά. Et fundamen-
s semel jactis, quod non annos, non menses,
d septimanas tantum aliquot exigit, à diligenti,
discendi cupido, crescet indies nobilis hujus
idii amor, cum amore delectatio, cum delecta-
ne proficiendi ardor, & φιλομαθία, cum φιλο-
αθία progressus, & cum progressu solida, & e-
cleata Scripturarum interpretatio, quæ quam
ieologo necessaria sit, notius est, quàm ut in
r hac re prolixius dissertare sit opus.

ORATIO VI.

In laudem linguæ Græcæ, habita ab ESAIA COERTENIO

AGesilaum illustrissimum illum Spartanorum
Regem dixisse ferunt, tunc cum ex cursu
rum strenue gestarum in Asia, domum à lega-
s revocatus esset, omnibus se triumphis meri-
anteponere obedientiam Patriæ debitam: &
gravissimâ deliberatione apud Thucididem, Ar-
idamus inquit hanc esse Patriæ disciplinam, ut
res studeant non subterfugere, aut eludere le-
s, sed his sine ullâ tergiversatione morem ge-
re. Ita & mihi arbitror esse honestum „ ut D.
ectoris, qui mihi hanc dicendi provinciam im-
suit, voluntati non invitus obtemperem, &
xta laudabilem Scholæ nostræ morem, ex pu-
ico hoc loco ad vos verba faciam. Multa fateor
e ab hoc instituto deterrere potuerunt, impri-
is tenuitatis meæ conscientia, & quod rudis ad-
ic, parumque in dicendo exercitatus, nihil quod
ribus vestris dignum sit, & expectationi vestræ
spondeat, à me adferri possit: tamen cum cer-
mihi persuadeam, vos majorem ponere in obe-
entiâ laudem, quàm in eloquentiâ, haud gra-
tè, hac quoque in parte, Gymnasii hujus legi-

haud dedignemini.

Ut qui fontem in origine sui secat, exhaurit, & quidquid à fonte fœcundit fluit agris, quos macie suâ paulatim em nimus, ac quasi fatiscere: ita mihi longè diorum suorum scopo aberrare videntur, miori quam intendunt doctrinæ sterilitate cere, speratamque in semine suo messem re, atque adeo à radice succidere, qui hanc quam laudandam suscepi superbe fa & aspernantur: cum omnis solidioris li adeps, ac melior succus, ab ejus studio, t à matutino rore, & imbre diffluat. Nam hujus præstantiam recto judicii oculo æsti quid hâc unâ splendidius? quidve ad di capessendas utilius, ac magis necessarium pe quâ velut Delphico gladio ad omnia, que uti conveniat. Latina enim eruditio cit cissimum manca est, nec illam recipit solis sam Atticis Venerem Apud Latinos rivuli dam sunt, & lacunæ lutulentæ: apud Græ tes purissimi, & flumina aurum volventi

inde, & facunde repræsentat. Quæ enim vis illi, : quæ dictio? quantum etiam inserit? Neminem rte unquam jejunum dimittit, nunquam gratiam, & leporum expertem. Illam qui serio co- at, non in Patria sua, sed in ipsa Græcia, cum agnis illis viris, quorum sapientiâ, ac eruditio- : non minus, quàm virtute suâ, Populus Roma- is incrementum cepit, quotidie versari videntur. ignant cum Homero, rusticantur cum Hesiodo, nant cum Anacreonte, plorant cum Euripide, im Aristophane rident, in cœlum assurgunt cum ndaro. In Theocrito autem, Moscho, & Bio- :, verbis nullis dici, nullâ exprimi oratione po- ft, quantum rustice procacem illam Musam, im simplicitate, & suavitate linguæ maximâ njunctam, depereant. Donec tandem more Ro- anorum, ad privatum in scribendo usum, atque l imitationem, quidquid ibi legunt, conferant, uberrima tum rerum tum verborum fruge, pa- :re, ac imbuere sermonem suum incipiant. Quid irum? cum omnis doctrinæ elegantia, omnis gnitio digna hominis ingenui studio, verbo, iicquid usquam est politiorum disciplinarum illis aliis quam Græcorum libris, ac literis con- ieatur. Viderunt hoc olim Poëtæ, magni illi oientiæ magistri. Vidit Maro qui non aliâ de ısâ, ex Homero magnam Æneidos suæ partem nssumpsit: quàm verò feliciter Georgica sua, Hesiodi imitationem composuerit. Bucolica ti successu ad Theocriti expresserit facilitatem, itici omnes uno ore testantur. Vidit & hoc ıquentiæ illud miraculum CICERO, qui licet ›prietatem Romanæ linguæ, simul cum lacte :terno purissimo seculo, ex ipso Latinitatis pe- hauserit, aliunde tamen divinum illum suum nonem majoribus incognitum, posteris omni- ; tam admirabilem, deprompsit, & aliâ lon- quam Latinâ exercitatione & auxit, & aluit. : enim *quo inter* alios excelluit sermo,

ne corroborata, tantum emineret inter illius temporis Oratores,

Quantum lenta solent inter viburna C

Quis enim sententiis illo aut acutior brior? quis verbis aut ornatior, aut ele quis invectivis acrior? Docere vis? non al rone probat vel efficacius, vel apertius. nemo illo facundior, nemo qui Audito mos rapiat magis, aut stimulet. Copia nusquam supellex uberior: tori hic, ac q rens lacinia dictionum. Sublimitatem? sublimior, nusquam altior. Insigni omn literas amœniores amant, documento quam committant, ut Græci illi sapient unquam apud se in despectum veniant, maximè interest, his Musis Græcanicis Nam si ipsa Latinitas florentissima suâ ipso puræ, id est Romanæ locutionis cer MA, domicilio Imperii, in ipso Cicero nium suffragiis uberrimo, & inexhausto fonte, ad summum perfectionis apicem, cà linguâ non assurrexit, quæ illa sodes tia est, in solâ Latinâ quærere, quod C

declamare solitus, linguas sibi reipsa utilius exemplo prudentissimè conjunxit, & sijungendas injunxit, non in Philosophiâ sosed & in ipsâ etiam dicendi exercitatione, t earum studium, & amor nostris unquam exolescat, aut aliqua in contemptum vequæ summam laudem merentur. Sacra eara, & quæcunque altioris notæ studia sunt, cris nituntur, his deliciis ornantur. Quæ obsecro vos, lingua plures vel scientias, nè vivendi præcepta tradidit, & ad posteritransmisit? Amplius: Quotaquæque plures, clarissimos, in omni disciplinarum genere res exhibuit? non in Græcia tantum, sed Italia ipsa, & media Româ, regina orbis, ilio Legum, & gymnasio literarum. Ubi rum lingua ipsa propemodum Latina vulfuit: & in ea viri magni, & celeberrimi scripserunt: ut Ælianus, cujus quamquam n nunquam egressus sit, Græcæ exstant hi: item Plutarchus, Strabo, Dionysius, Aps, Diodorus, & innumeri alii, qui Romæ unt, illicque scripta sua Græco sermone eunt: quemadmodum in Syria, & Ægypto hus, & Philo Judæi, Græco quàm nativo aluerunt. Et ut rem verbo complectar, quæ m lingua est, quæ disciplina, quæ huic Co non duxerit? & indidem ceu è publico quomercatu doctrinæ, scientiæque supellectilem compararit? aut potius tanquam ex uberrimo s Sapientiæ fonte rivos non deduxerit? Hic elegantiæ, hic literarum promptuarium, um Orbis, eruditionis emporium, & Musaac Gratiarum omnium augustissimum lam Sacrarium fuit. Et ut Homerus ille inæ paganæ fons, de Oceano canit:

ἐξ οὗ (inquit) ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
αἱ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα πάντα νάουσι.

ex hac lingua, veluti quodam bonorum o-

que solas prope professi sint, nullas ignorasse vere dici possunt, nominisque sui famam, quandiu hic mundus stabit, perennitati consecrasse.

Horum (ut tandem Adolescentes, ad vos mea se convertat Oratio) horum, inquam, vestigia premite, hos spectate, hos intuemini, & ad eam laudem vestra industria exæquandam contendite. Quam sine hoc subsidio, (aut vehementer fallor) nemo unquam consequetur. Cavete tanquam scopulum, consuetudinem eorum qui cruda studia, ac immatura, in Rempublicam, in Forum, in Ecclesiam protrudunt. Amate Græcas literas, omnium ingenuarum artium, omnium scientiarum liberalium altrices unicas, ac vindices. Ubi enim quæso istam egregiam indolem, quam in plerisque vestrum videmus; ubi istud ingenium ad omnia summa natum, ubi istam partem ætatis ad concipienda literaturæ semina omnium aptissimam aut honestius, aut fructuosius, collocare potestis? Hæc enim remigia sunt, atque alæ sine quibus ad majora illa scientiarum cacumina evolare perquam difficile est. Quid? non tanti vobis est Plato, non Aristoteles, quo homine Græcorum nemo plura novit, non ipsa denique Sapientia, ut illius linguam addiscatis? Plurisne vobis erunt interpretes? Pluris vobis desidia, eruditionis omnis, ac doctrinæ profligatrix? Aut eruditionem esse creditis verba, & voces; ut ligna lucum? Catonem imitamini, qui esse maluit, quàm videri. Doctrinam amatis? non oscitando, & pandiculando; sed agendo, sudando, vigilando, acquiritur. Non de nihilo, Musas Poëtæ in arduo montis sedem suam habere fabulati sunt, & labores, sudores, vigilias, ad earum artium excubare voluit Antiquitas sapientiæ magistra. Scribunt enim viri prudentissimi, non alia lege, & conditione obtineri. Hâc viâ Veteres illi quos admiramur ac suspicimus sapientiæ proceres, vulgo sese exemerunt: hâc se supra cæteros mortales extulerunt; hâc gradien-

dientes non modo floruerunt inter æquales suos, sed in omnem posteritatem nomen sibi ac decus immortale pepererunt. Græci enim qua alia ratione evaserunt toto Orbe tam laudabiles, quàm quod cæteras quas illi barbaras vocabant, nationes omnes doctrinâ, & ingenio anteirent? Unde tantum nomen, *Qua sidus currit utrumque* sortitæ sunt Athenæ? nempe quod haberent eximios literatura ac sapientia viros. Vos viam hanc insistite, & quæ summus ille naturæ Parens doctrinæ semina in vos contulit, fovete, colite, maturate, nihil enim est, quod non assidua meditatio facillimum reddat. Quò emenso tandem feliciter studiorum cursu, operam vestram Patriæ, ac Reipublicæ, cui crescitis, devotum eatis, & communi amicorum applausu, parentum gratulatione, bonorum denique omnium voto, non civium solùm partes sustineatis, sed & boni Magistratus. Nam & vos ex eo ligno estis, unde tales fabricantur Mercurii. Animum meum videtis, quem pleno modio in vos effundo: vos fruimini, & me amate. Dixi.

ORATIO VII.

Quo probatur adversus Judæos, Jesum Mariæ filium esse promissum mundi Messiam,

Habita à

JOHANNE LOEDINGIO.

QUæ tria plerisque ad dicendum paratis metum incutere solent, ea mihi hodierno die animum addunt universa. Sive enim ipsa Orationis materia, quam habendam suscepi, ponderis aliquid habet, & momenti, de Christo Servatore dicendum est: Sive Auditorum conditio, apud viros humanissimos dicendum est: Sive denique du-

centis qualitas, adolescenti dicendum. De Christo verba facere, si quis difficile censet, & operosum, cum illo quidem non pugno, mihi tamen ipsi gratulor, tale oblatum mihi hodie dicendi argumentum, in quo materia nemini deesse potest. Quæ enim ad dicendum uberior, ad meditandum utilior, ad studia nostra accommodatior; huic verò loco convenientior, in quo ab ineunte ætate, prima Religionis Christianæ fundamenta, & vera salutis in Christo consequendæ ratio Juventuti instillari solent? de illa porro apud vos dicentem extimescere, esset id hominis, parum humanitatem vestram experti, & insignis illius benevolentiæ, quâ dicentes ex hoc loco complecti consuevistis, prorsus ignari. Qui enim non summâ animi propensione, de Christo dicentem audiatis, qui Christianam Religionem jam pridem amplexi, unicam eam & solam profitemini, nec in alio quàm in Christi nomine servari quenquam, vobis exploratissimum est. Adolescentem denique me apud vos dicere, ideò me minus sollicitum habet, quod sciam non solum non invideri solere huic ætati; sed etiam faveri, & videam à vobis Juventutem hujus Scholæ, ad optima, & præstantissima quæque honorificâ præsentiâ vestrâ, & applausu, haud parum concitari. Quamobrem consuetudine magis, quàm quod ita necessarium judicem, Auditores humanissimi, à vobis quâ possum animi demissione contendo, ut mihi causam Christi, contra Judæos agenti, & salutarem nobis tot jam retrò seculis adventum, qualicunque Oratione asserenti, exigui temporis usuram, & attentionem largiri, ne dedignemini. Et ut sine longis verborum ambagibus in arcem causæ penetrem, & libere id quod sentio eloquar, posthabitis Judæorum deliriis, qui Messiam promissum olim Patribus, exspectant adhuc, & desiderii penè tædio contabescunt: nos Christiani in meliori longè Scholâ edocti, advenisse eum jampridem credimus, & palam

profi-

profitemur, Scripturarum quæ apud utrosque valere debet, authoritate nixi. Quæ ut nobilis hujus controversiæ arbitræ sunt: ita adventus ejus signa ἀναμφισβήτητα, nec non tempus, locum, modum, aliasque circumstantias, non obscurè commonstrant. Insignis locus est apud Mosem capite 49. Geneseos, ubi inter cygnæas illas voces, quas Jacobus Patriarcha edidit, paulò post moriturus, has quoque Dei spiritu afflatus, protulit. *Non recedet sceptrum à Juda, & Legislator è medio pedum ejus, donec venerit Siloh*, Gen. 49. 10. Hanc prophetiam quis sanæ mentis non videt impletam esse in Christo? qui in ea nasciturus incidit tempora, queis si unquam ablatum à Judæis est sceptrum. Romani enim redactâ sub potestatem suam Judæâ, Herodem Antipatri Idumæi, id est exteri filium, Regem constituunt, qui ut facilius rerum potiretur, splendidiores quosque, ex tribu Juda enecat, Archiva, & Genealogias confundit, aut comburit: adeo ut nemo hodie Judæus (ipsorum conscientiam testór) genealogiam suam proferre certo possit: Sacerdotes pro arbitrio, nullo legis, nullo tribuum discrimine creat: Sanhedrin denique, id est septuaginta & duos Senatores, ex domo Juda, Regibus assidere solitos, è medio tollit, inque eorum locum exteros substituit: imo quod monstrosum plane, & prodigiosum, ne proprio quidem filio parcit, ut Messiæ adventum intercludat. Ac ne quis forte hanc aliquot dierum, aut annorum eclipsin, ac deliquium fuisse arbitretur, ab eo tempore, quod suprà mille & sexcentos annos excurrit, nullum apud Judæos, Judæum extitisse docent Annales, docet experientia, qui vel in minimo Orbis terrarum angulo, ullum exercuit imperium: adeo ut vel in hunc diem adhuc, sine Lege, Republicâ, Sacerdote, Judice, nullis genealogiis, turbatis ac disjectis tabulis, incertisque tribubus vivant, contemti apud omnes, & exosi. Addamus, quod ab eo tempore, apud Judæos,

verius dici, aut credi queunt? Conciones enim ejus quo spectant, nisi ad remissionem peccatorum, ad regnum cœleste? Discipuli quidem importunè, *Domine quando restituturus es regnum Israëlis?* Luc. 17. 20. imaginantes sibi imperium aliquod Cyri, aut Alexandri, & in eo honores, dignitates, triumphos, spolia. Sed ad hæc quid Jesus? de Regno cœlorum respondet: *Imò*, inquit, *minimus erit, qui maximus esse voluerit, ducemini ante magistratus*: ubi jam imperia? *vexabimini, ligabimini, crucifigemini*, Lucæ 12. 11. ubi jam triumphi? *faciam ut intelligatis quot & quanta meo nomine pati oporteat*, Actor. 9: 16. ubi jam spolia? ubi dividundæ bello subactæ provinciæ? interim *beati eritis, qui hæc omnia meo nomine patiemini, & qui perseverabit usque ad finem servabitur*, Matth. 10. 22. Hæc doctrina ejus Auditores: & quis sibi ab eâ splendidum quid, quid augustum polliceatur! Cujus prima lex est, abnegare se ipsum, odisse patrem, matrem, consanguineos, benedicere iis, qui nobis maledicunt, bona, fortunas, opes contemnere, vitam denique non periclitari solum, sed perdere Christi causâ. Quid dissentaneum magis rationi humanæ? quid à sensu communi (οὐ γὰρ ἔργον λέγειν τὸ χειρότερον) quid à natura magis alienum? & tamen doctrinæ hujus adeò despectæ, atque odiosæ tanta fuit vis, tanta efficacia, ut viginti plus minus annorum spatio, Orbem universum Christianis repleverit. Quin & ipsa Imperia, quæ de venturo Christo nihil audiverant, ad obsequium Jesu convertuntur, & prædicationi Euangelii obsecundant, antequam nomen, saltem nominis causam intelligant. Illi ipsi denique Imperatores, sub quibus dira omnia passus est, convitia, sarcasmos, torturas, verbera, mortem denique ipsam, eamque maximè ignominiosam, honores ei divinos, & templa, sacella, aras meditantur. Hic quid dicam Auditores? Certè divina hic esse omnia, & supra sortem humanam

alios Esaias: *Ecce*, inquit, *Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus* ועמנואל Esai. 7. 14. Euangelium, Mariam matrem ejus, virginem asserit. Prædixerunt nasciturum in oppido Bethleëm, & quidem inopinatò. Factum. Aliquot à nativitate diebus, narrant Euangelistæ, Jesum in Templum allatum fuisse, Luc. 2. 25. Deo secundum legem offerendum, atque ibi Simeonem virum pietate, ac vitæ innocentiâ insignem à Spiritu Sancto admonitum, non visurum mortem, antequam Messiam Domini vidisset. Jesum adhuc infantulum ulnis amplexum erupisse in has voces: *Oculi mei viderunt salutem tuam.* Jam antequam sese patefaceret Messias, præcursorem pollicentur Prophetæ. Inter alios Malachias: *Ecce*, inquit, *ego mitto legatum meum, & verret viam ante faciem meam, & statim veniet ad Templum suum Dominator, quem vos quæritis*, Mal. 3. 1. Hæc Prophetia in nullo alio impleta, quàm in Christo. Nam paulò antequam prodiret in publicum Jesus, Præcursoris munus obiit Johannes Baptista, tanto cum populi applausu, tanto concursu, ut Procerum omnium odia, & invidiam in se pertraheret. Sed quod admiratione dignum, non ita multo post, hic qui populi vota, & studia in se unum converterat, Jesu adveniente, & quidem ignoto, cedit ultrò, & fasceis submittit digniori: adeò ut magni illius Magistri, prodeunte Jesu, nusquam discipuli compareant, omnibus ad Jesum, instinctu ejus, & hortatu, certatim confluentibus: quia non sibi illos instituerat, sed Christo. Cujus si vitam consideremus, quid nisi umbrarum Veteris Testamenti est corpus, & eorum omnium, quæ de Messia prædicta sunt olim, substantia vera, & effectus? Expendite quæso mecum, quis adventus Messiæ finis? certè non alius, quàm humani generis salus. Quæ regni ejus natura? non aliud quoque quam sanctum, & spiritale. Hæc si ad Jesum referas, in quem melius convenient, & de quo

mysterium, Deus manifestatus est in carne, 1. Tim. 3. 16. quem & in actis Apostolicis Ecclesiam suo sanguine redemisse affirmat, Act. 20. 28. O coecam ergo, & plus quàm coecam, & impiam Judæorum gentem! O pertinacem! quæ in tam claro lumine, Solem justitiæ Dn. JESUM CHRISTUM pro vero olim promisso sibi Messia non agnoscit. Ille enim est semen illud mulieris, promissum in Paradiso, ille semen illud Abrahæ, in quo omnes gentes benedictum iri prædixerat: ille filius Davidis, ut affirmat Apostolus in epistola ad Romanos, Rom. 1. 1. Qui ut nasci, sic mori, & pati etiam pro nobis voluit. Et de passione ejus, ac morte, quàm præclare, quàm eximie propheta Esaias, adeo ut Euangelista potius, quàm Propheta esse videatur, ita ad amussim omnia commemorat, non tanquam futura, sed præsentia. Nam de Christo loquens: *Non forma ei neque decor; despectus fuit, & contemptus inter viros: verè languores nostros ipse tulit, & vulneratus est propter prævaricationes nostras: omnes nos sicut oves erravimus, sed JEHOVA conjecit in eum iniquitates omnium nostrum, quamvis iniquitatem non fecerit, nec dolus fuerit in ore ejus.* Quis in hoc textu non videt carcerem, dolores, vulnera & mortem *JESV*? Quis non humilitatem ejus, & innocentiam? carceres inquam nobis in libertatem versos? dolores in gaudium? vulnera, in clementiam, & medicinam animæ? mortem in vitam? Justitiam denique in justificationem? Supplicium in remissionem?

Scio hic multa nobis à Judæis regeri, quibus testimonia, & loca Scripturæ tam peremptoria eludant, & fucum faciant veritati. Sed inter alia, nihil est, quo magis offendi solent, quàm humiliatione Christi, carneis hisce oculis despicabili. Ecquis verò, inquiunt, *JESVM* eo habitu Christum aut Messiam esse, unquam suspicatus esset? Imò ejus, qui humiliandus veniebat, qui crucifigendus

gendus exſpectabatur, quis aptior, quis convenientior habitus eſſe debuit dum major homine Divinitatis opera per carnem edidit? Exſpectarunt magnificum: promittebatur pauper. Prælia meditantem, & pugnas, victoriis, ac triumphis inſignem: prædixerant Prophetæ convitiis, plagis, & verberibus excipiendum, Matth. 26. 27. Magno comitatu: aſino vectus Hieroſolymam ingreditur. Luxu, & opibus diffluentem: panis vero ejus aceto maceratus, calix amaritudine permixtus. Finxerunt ſibi aut pacem Salomonis, aut Alexandri victorias: Sed venit ut iram Dei placaret, noſque ei reconciliaret; ut Sathanam armis exueret, & Judæos cum Gentibus ſociaret. Horum adventuum uter quæſo, tum ad gloriam Dei, tum ad Meſſiæ decus, facit magis? Mundum certè Meſſias imperio ſuo ſubjicere debuit. Sed utrum glorioſius erit, utrum divinam ejus Majeſtatem, & potentiam patefaciet magis, ſi imperio accinctus, an ſi omni ope humanâ deſtitutus, munus ſuum perfecerit? Si pœnarum, ſi ſuppliciorum metu, an ſola Verbi ſui prædicatione, homines ſibi tributarios fecerit? Splendidius triumphabundus, an cruci affixus? Vivus an mortuus? hoſtes cædens, an ultrò cedens? Res ipſa loquitur Auditores, & quid opus lucernâ Diogenis, ubi ſol meridianus? Dicamus igitur, non potuiſſe Divinitatem ſuam ſplendidiorem reddere, quàm in adventu ſuo vili, & contemtibili: virtutem, quàm in infirmitate ſuâ, & ἀῤῥωςίᾳ potentiam, quàm in debilitate: gloriam, quam in contemptu: æternitatem, quàm in morte: reſurrectionem, quàm in ſepulchro: omnipræſentiam, quàm in abſentiâ. Et ſi aliter ad nos veniſſet, gloriæ partem homo ſibi vendicaſſet, & quò potentior, eò levior victoria foret, & quò in oculis hominum ſplendidior, eò Divinitas ejus minus emicuiſſet: ac eo etiam tum Judæi, tum Ethnici & remotiores à culpà, & propiores veniæ, & excuſationi fuiſſent. Eant nunc,

&

& humilitatem ejus quantum lubet, obtendant, hanc unam traducant, sugillent, rodant: nos nos Christiani eam colimus, veneramur, amplectimur, & in hâc summâ Christi humiliatione, Majestatem ejus suspicimus, Divinitatem adoramus. Nam si natus eo die, loco, modo, stirpe, parentibus, quibus dilucidè, disertè, præcisè, multis ante seculis, multis ante seculorum decadibus, à Prophetis erat designatum, quæ nec homo per se nosse poterat, nec ulla creatura aut docere, aut addiscere, quis quæso dubitare jure potest, aut debet, quin illi præcones fuerint verè θεόπνευστοι qui Regem mundi, in Mundum adventantem, prænunciarint? Et CHRISTUM, non alium, verum illum esse Messiam, qui prophetias illas suo adventu impleverit? Cujus quidem ortus, & nativitas ut ut primâ fronte alicui obscura, & ignobilis videri possit, si matrem pauperculam famâ obscuram, opibus tenuem, fabro nuptam, si præsepe, si fascias, si locum & occasionem nascendi consideres: at non item, quin longè aliter videbitur, si eundem qui sic natus est, Deum fuisse cogites, natum ex virgine, loco & tempore jam ante designatis à Prophetis, eundemque ab Angelis Pastoribus euangelizatum, tum à Magis ut Regem Judæorum adoratum, atque ob id ab Herode martyrio destinatum, & Angelo monitore in Ægyptum ablegatum, moxque à morte Regis inde revocatum quo omnes de se & in se typos adimpleret. Nam si natus ex Virgine, si natus in stabulo, depositus in præsepi, vilibus pannis, & fasciis involutus, ut infans vagiit. Angelos habuit Nativitatis suæ præcones, & nuncios: Si esuriit, millia aliquot hominum paucis panibus, ac pisciculis saturavit. Si sitiit: aquas vivas siti restinguendæ propinavit. Si defessus à viâ: defessos mole, ac pondere peccatorum ad se vocavit, & refecturum promisit. Si vectigal solvit: didrachma pisci imperavit. Si obmutuit ut agnus, libertatem loquen-

di

di nobis dedit, apud Patrem. Si spinis coronatus; Reges, & Imperatores ad genua sua prostratos habet, & ad ipsius pedes diademata ultro abjicientes, dæmonas ipsos vinctos, & revinctos, frænatos, & obmutefactos. Quæ hic Auditores elucet in singulis Majestas, quæ Sapientia, & quam omnia Mysteriis fœta? Si denique obiit, & spiritum emisit: potestatem resumendi habuit. Si morte ignominiosâ, at quot & quanta in ea Divinitatis signa se prodidêre, ruptura Aulæi, inaudita ante, & invisa Solis obscuratio, & terræ motus? Totidem in summâ humiliatione Majestatis ejus argumenta. Unde enim illa? nisi à virtute plus quam humanâ, plus quam Angelicâ, plus quam quæ in creaturam ullam, in creaturas simul omnes cadere possit.

Hunc ergo, ut finem dicendi faciam Auditores, tanquam unicum MESSIAM amplectamur, omnemque in eo fiduciam repositam habeamus. Nihil nos ab ejus professione deflectat, nihil deterreat.

Non si terra mari miscebitur, & mare Cælo.

Quid enim Christi cognitione dignius? quid salutarius? Dignius? *in eo* enim *absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ.* Salutarius? *Hæc* enim *vita æterna, ut te cognoscant esse illum solum verum Deum, & quem misisti JESUM CHRISTUM.* Hæc cura igitur curis omnibus longè antistet, Christum cognoscere, cognitum amplecti, amplexum venerari: Huic soli vivere, huic mori. Humana enim hæc quid sunt, nisi jactationes, & fluctus? in quibus nihil firmum est nisi ad anchoram ea alliges veræ Pietatis, quæ magis corde quam ore; factisque magis exerceri debet, quam verbis. Donec tandem emenso vitæ curriculo, nos æternæ illius beatitudinis consortes faciat, quæ nullis temporum spatiis circumscribi, & quam nemo mente assequi, nemo cogitatione complecti potest. Dixi.

ORATIO VIII.

Parænetica ad Studioſos, ut in ſtudiis, devoratis omnibus moleſtiis, conſtanter perſeverent,

Habita à

JACOBO NISA.

Midam ajunt, illum Phrygiæ Regem pecunioſiſſimum, quod Bacchum hoſpitio excepiſſet, à Diis immortalibus impetraſſe, ut quidquid vellet optaret, optatumque referret quod peteret. Optaſſe autem illum, quâ erat πλεονεξία, & immenſâ auri cupidine, ut quidquid attigiſſet, in aurum illicò verteretur. Stultum mehercule votum, & ea quæ ſecuta eſt, pœna digniſſimum! Nam cum cibus, & potus manibus attrectatus, & ori ingeſtus, in aurum protinus converteretur, ſenſit tandem homo fatuus, medias inter opes inops, quàm imprudenter optaſſet; petiitque à Libero patre, ut munus illud quantumvis ſpecioſum, ſibi adimeret. Iſtud verò Caligulæ quale eſt, quem identidem cædes, famem, peſtem, incendia, terræ motus, inundationes optaſſe, queri etiam ſolitum fuiſſe, memoriæ proditum eſt, quod non calamitate aliqua inaudita tempora ſua inſignirentur. Quanto laudabiliora Auguſti, & Tiberii Impp. vota extiterunt? quorum ille Scipionis fortitudinem, & Cæſaris fortunam à Diis contendit: hic tantiſper ut viveret, optavit, dum Reipubl. ac Patriæ ſuæ prodeſſe poſſet. Verum hos poſt ſe omnes longo intervallo relinquere mihi videntur illi, qui vota ſua aliò convertunt, quibuſque nihil adeò cordi eſt, & curæ, quàm ut in ſtudiorum ſuorum curſu ad doctrinæ, & eruditionis faſtigium enitantur.

Quo

Quo nihil ego in rebus humanis dignius esse censeo, nihil præclarius. Illa enim est, quæ mentem perficit, judicium format, ingenium acuit, & quantò brutis longè præstat, animalium nobilissimum, homo: tantò hominem homine ipso præstantiorem facit. Illa est, & quidem sola, quæ adolescentiam alit, senectutem oblectat, secundas res ornat, adversis perfugium, ac solatium præbet, delectat domi, non impedit foris, ubivis terrarum nos comitatur, & vel cum naufragio enatat. Sed quia multos cottidie video, studiorum difficultate, à laudabili illo consequendæ eruditionis proposito deterreri, haud abs re me facturum putavi, si qualicunque hac mea Oratiuncula manum cunctantibus porrigerem, & multorum hac in parte tarditatem stimularem. Vos interim Auditores, qua possum animi submissione, obnixè rogatos volo, ut favore vestro, & solita in eos, qui ex hoc loco declamare solent, benevolentia dicentem complecti dignemini, ut si forte in obvias navicula mea Syrtes, minus secundis Euris impulsa, illiserit, æquitatis vestræ remigio, & cynosura, naufragii periculo integra emergat.

Aristoteles Philosophorum ille princeps crasso cuidam, & obesæ naris homini percontanti: *quid esset discriminis inter doctos, & indoctos*, non inscite respondit, *quod inter viventes, & mortuos*; haud obscurè innuens, qui corporum modò vita fruerentur, quam habemus cum pecudum genere communem, & externis tantum oculis Solem intuerentur, quem acutius longe cernunt aquilæ: animis verò quibus lucem, ac vitam donat literatura, nihil cernerent, eos ne hominis quidem appellatione dignos, & mortuos esse verius, quàm vivos, minimoque intervallo à lapideis differre signis: hoc nomine etiam inferiores quod statuæ sic delectant oculos, ut nemini noceant. At illi si vivunt, vivunt tantum, & aura omnis doctrinæ vacui, æthereâ solum vescuntur, qua & asini, tan-

maximis difficultatem propoſuit Deus, nec alia ad doctrinam via eſt. Quid? Eruditionem citrà laborem parari, quis cenſet? diſciplinas oſcitantibus in ora delabi? venire in ſinum dormientibus?

Errat. Laudis Herculeæ fundamentum labor fuit. Nec alio fine prudentiſſimis Lycurgi conſiliis, ac legibus olim inſtituta Spartanorum gymnica certamina, palæſtræ, ſaltátiones Pyrrhicæ, currus Achaïci, labores Iſthmici. Nulla quoque re magis Ulyſſes, quàm labore cognoſcitur, quantalibet prudentia fingatur. Si otioſus fuiſſet, latuiſſet. Labor Romuleos duces, Scipiadas, Camillos, Fabios, Curios, Fabricios, Metellos, aliaque periculis nota nomina in excelſum Famæ theatrum extulit.

Labori cuncta venalia ſunt: &

Ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι.

Opes iſtas vulgares aurum, gemmas, argentum nonnunquam largiuntur ignavis, & immerentibus; ſed quæ veræ ſunt Opes voluerunt parari laboribus. Ut gemmas Natura altiſſime recondidit ſic quæ ſunt optima, non niſi ſummo ſtudio eruuntur: & ut una hirundo non facit ver: ſic nec una dies eruditionem. Latiſſimum eſt ſcientiæ ſpatium, latius ignorantiæ. Nulli præcluſa doctrinæ via eſt, omnibus patet, omnes invitat. Sed ſudandum hic ſi uſquam, & certandum ſtrenuè in hac palæſtra. Ingenium ut ferrum eſt, ſplendeſcet, ſi utaris: rubiginem contrahet, ſi recondas. Fateor quidem ad doctrinam capeſſendam plurimum momenti naturam habere: Sed ingenium ſæpe labor vicit: & naturam induſtria: hæderæ hac in parte imitatrix, quæ cum imbecillior ſit, quam ut ſuis ſe viribus erigere & ſuſtentare poſſit, altioribus ſeſe pampinis, & ulmis involvit, involuta arctius ſe aſtringit, atque hoc modo per amplexum ab infimis ad ſuprema arrepit. Soli natura, ſi cultura deficiat, ſterileſcit: quantoque melior

terra

terra, tanto deterior fit neglectu. Contrà solum quod per duritiem, ligones vix admittit, aut aratri dentem, subactum jam, illicò fructuum ubertate luxuriat. Exempla vultis adducam? intuemini mihi Ciceronem, Demosthenem, Platonem, Aristotelem, & alios penè innumeros, quorum mentionem facit Antiquitas: quos non illi labores, quas non vigilias, lucubrationes, incommoda perpessi sunt? quas non devorarunt molestias? quas denique non susceperunt peregrinationes: alii in Græciam, alii in Ægyptum, alii in Italiam, ut doctiores tandem redirent? Ita est Auditores. Ambrosiam hanc qui vel tantillum delibavit, satiari ea nequit: quia mentis nostræ famem gustata semel magis acuit, & irritat, & quò altius in nos descendit, eò (ita me Musæ ament) impensius placet, & minus molesta est. Quod si cui hoc fortè mirum videtur, prodeat in medium Chrysippus, seculi sui decus, qui studiis intentus, tanta sæpe voluptate perfruebatur, ut extrà se raptum, & velut exstaticum, cibi eum, & potus caperet oblivio. Prodeat Mathematicorum Coryphæus, & solertissimus ille Orbium cælestium scrutator, Archimedes, qui in Urbis suæ Syracusanæ direptione, ita affixus erat libris, ita defixus in studiis, ut prius hostilis gladii cuspidem corpore exceperit, quàm urbem in hostium potestatem venisse sentiret. O animum literarum amantem! O industriam hominis indefessam! O factum omni laude, prædicatione, monumentisque decorandum! diripiebatur Urbs ea tempestate opulentissima, effusi per vias milites, ut in quemque inciderant, sine ullo ætatis, sexus, ordinis discrimine obvios contrucidabant, undique gladiorum radiantium fulgor perstringebat oculos: undique armorum sonitus, tubarum clangor, equorum fremitus, cadentium tectorum fragor audiebatur: puerorum ejulatibus, mulierum lamentis, morientium singultibus, ac suspiriis, militum clamoribus, priva-

ta, publicaque omnia, circumsonabant: ipsa Urbs penè dimota, & convulsa sedibus suis, suorum civium in cæde ac sanguine natabat, cum unius hominis mens, in media civitate, dulci literarum illicio, ne patriam quidem Urbem captam esse, nec hostem stricto gladio, effractis musæi foribus, cervici suæ imminere sentiret. Prodeat denique Solon, ex septem Græciæ sapientibus unus, qui cum in lectulo, morti proximus decumberet, inaudissetque assidentes amicos, de re quapiam submissè, ne ipsi molestiam pararent, disputantes, ille caput sustulit, & flexit ad audiendum: Interrogatusque, Quo fine tunc aut fructu? nobilem illam vocem edidit, *Ut, cum istud sciero, doctior moriar.*

O discendi cupiditas! quid non efficis, ubi semel generosa ingenia occupasti? & quid in vita, aut ejus flore faciendum, cum ille hæc in morte? tenebatur homo sapientissimus, gravissima vi morbi, dejectus pene, & attritus jam vicinitate mortis, ab omnibus pene corporis partibus sensus abscesserat, egregius ille animus, mox liber ab angusto corporis tugurio, exilire cupiebat, cum quidquid supererat virium eò contulit, ut deficiente fere lingua, vocibusque interruptis, suum doctrinæ, cognitionisque desiderium indicaret. Quid mirum? Nam ut apes ad mellificium, aves ad volatum, aranei ad texendas telas, formicæ ad grana frumenti congerenda tacito quodam naturæ instinctu ducuntur, ita homines quasi genio quodam, atque animi impetu ad rerum scientiam propendere, & ad eam tanquam ad Jasonis prædam, & ad Colchicum thesaurum ferri videmus.

Sed ut altius provehar, nec literarum deliciis solum, & amœnitati immorari videar. Quid? compendiosiorem ullam existimamus esse viam ad honores, quàm per literaturam? Non arbitror, Illa enim est quæ homines etiam obscurissimos, *umbraticos*, tenebriones ante, & humili loco na-

tos,

tos, nobilitat, & in famæ theatrum producit. Illa quæ contemptos antè & abjectos, ad summas dignitates evectos, in augusto honoris solio collocat, & favorem Regum, ac Principum, benevolentiam populi & applausum, vel ringente invidia, demeretur. Exempla obvia sunt, Auditores, & in omni ævo. Socratem Sophronisco patre marmorario, & matre obstetrice natum, commemorant. Hìc tamen admiranda sua in divinis & humanis scientia, ad tantum famæ & laudis fastigium assurrexit; ut nullus unquam extiterit, non solum hominis consensu, sed & Apollinis Oraculo, hoc viro sapientior. Euripidem quis ignorat non generis quidem splendore (matrem enim habuit olera venditantem) sed doctrinæ præstantia & ingenii monumentis ita inclaruisse, ut nominis sui famam æternitati consecrarit: Demosthenis verò patrem, cultrorum venditorem extitisse, memoriæ proditum est. Et quis hoc Oratore tamen disertior? quis eloquentior? ut vel hinc facile intelligi possit, veram gloriam non in opibus, & spoliis Pluti patris: sed in doctrina, sed in eruditione positam esse. Quid Æschinem tympanistriæ filium? quid Epictetum, moris philosophiæ principem, quondam servum? quid Pindarum tibicinis filium? quid Anacharsin gente Barbarum, & crasso Schytarum aere; atque ex verveeum patria oriundum? quid Demadem, olim piscatorem? quid denique Lucianum lapicidam? quid innumerabiles alios in scenam producam? quorum ignorata nunc essent nomina, & æterno oblivionis tumulo recondita, nisi pennato hoc literarum curru, evecti se ostendissent per ævum, & scriptis suis famam ab interitu vendicassent.

Hæc igitur, hæc inquam exempla, quorum pleni omnes sunt libri, plenæ Sapientium voces, plena Scriptorum vetustas, Juventuti Musarum Sacris initiatæ, & *virtutis* purpura tinctæ, æmulandæ,

nec committendum, ut minor nunc quàm olim Majorum in litteris proficiendi ſit ardor. Sed nimis multa fortaſſis de re minime dubia. Quis enim neſcit, nihil eſſe tam excelſum, tam ſplendidum, tantaque laude dignum, quod cum doctrina comparari poſſit? Itaque ut portum ſubeam, & vela Orationis meæ contraham, monet me, Auditores, inſignis veſtra humanitas, & patientia, qua ne diutius abutar, hîc pedem figo, illud prius à vobis commilitones mei, quo poſſum animi affectu contendens, ut mea non in aures tantum veſtras, ſed in animos deſcendat Oratio: cumque vos ad omnem laudis cumulum natura genuerit, ratio formarit, voluntas & ſtudium accenderit, ne patiamini tantas dotes ulla negligentiæ labe deformari. Expendite quæſo mecum, quid valeat Eruditio, quem præbeat uſum. Et ſi qua vos cepit unquam gloriæ, atque æterni nominis cupiditas, ſi ſtudium virtutis, ac honoris, ſi clariſſimorum virorum exempla vos movent, ſi doctrinæ vos præmia alliciunt, ſi honores, ſi purpura, ſi trabea, ſi infula, date, date quæſo animum ad ſtudia, litteras colite, eruditionem ſectamini. Alios vulgaria atque obſoleta delectent, vos recondita hæc Sacra Muſarum: illos humilia, vos ſublimia: illos vilia, & abjecta, vos ardua: illos deterreat difficultas, vos acuat, vos exſtimulet: illos frangat, vos reficiat labor. Videtis Athletas? oculi ſemper illis in metam: ſic vobis mens in eruditionem, & in eum cenſum, quem ex Patriæ ruinis ſecum aſportavit magnanimus Bias: non aliam quærite ſtudiorum veſtrorum, & laborum palmam. Cætera enim quæ fortunæ arbitrio tum dantur, tum eripiuntur, fluxa omnia ſunt, & lubrica; nec tam egregium exiſtimo, illa habere, quàm contemnere, ad quæ non rarò generis humani cœca cupiditas obſtupeſcit. Quid enim ſtirps, Patria, genus? quid forma, ætas, ingenium, quid honores? quid aurum illud quod tantopere admiramur? aut aurea

rea ista Colchorum vellera, quæ laboriosissima veterum Græcorum navigatione olim quæsita? Quid Colossi, quid marmora, quid Mausolæa? Fumus sane, & funus sunt rerum mortalium omnia, & in ancipiti hac mutatione temporum, abeunt, abeunt, inquam, nec eximere nos queunt, aut nostra, mortalitatis lege. Sola hîc fama perennat, virtutis, & bonarum artium studiis comparata. Et hæ propriæ hominis sunt opes quæ non furto eripi, non incendio absumi, non naufragio absorberi possunt; quæ in pectore, & animi scrinio struuntur, non in arca: quippe quæ usu augeri solent, non minui, meliores fieri, non deteri, non senescere, non contingere malis ut opes: non ignavis, & immeritis ut honores; non etiam avocare homines à virtute, sed instruere: imò parata semper esse præsidia, & compendia: quæ nos tandem vita hac gloriosè defunctos, ad vitam meliorem comitantur, quam vobis omnibus, & mihi adprecor, opto, voveo. Dixi.

ORATIO IX.

In Senectutem, habita à

PETRO DUSSENIO.

CUm multa præclarè, summaque omnium cum laude ab *Heraclito* dicta, factaque sunt, tum haud scio quicquam ne sit præclarius eo, quod in seriam descendens contemplationem miseriæ humanæ, in lachrymas indesinenter erupisse dicitur. Nec mehercule injuria. Et enim cum nihil in hoc Universo firmum sit ac perpetuum, nihil quod non crebris fortunæ mutationibus obnoxium sit, quis tam natura ferus, ferreusque inveniri potest, qui si cogitare de his incipiat, à lachrymis temperare sibi queat, animumque non *identidem* tristitia, atque ægritudine conficiat?

ciat? Non mihi Auditores, inpræsentiarum omnes ad amussim miserias, ac calamitates recensere decretum, quæ hominem aut circumstant, aut incurrunt, senum tantum in mentem conditio veniat. Ecquid obsecro vos, in ea ætate non ingratum, triste, luctuosum? quæ Sapientium judicio, morborum omnium & ægritudinum sentina est, & vitiorum officina? quam ut omnes optant, ita nemo consecutus, ea gaudet. Optima cum expectatur, onerosa sibi, aliis molesta est. Adeo ut qui olim omnibus eam votis expetebat, jam imago sui tantum, aut cadaver vivum, inter homines oberret. Ut enim ex amphora primum, quod est sincerissimum effluit, gravissimum quodque, turbidumque subsidit: sic in ætate illa decrepita, meliora prætervolant, deteriora succedunt. Ea quid tristius excogitari possit, non video, quæ hominem à rebus strenuè gerendis avocat. Et quem mihi dabitis Auditores, cui vel minima tantum inest virtutis militaris strictura (eos enim hîc, *queis læva in parte mamilla nil salit*, missos facio) qui eam non meritò exhorrescat, si quam semper reformidavit, imminentem sibi sentiat? aut aliqua tantum ejus subeat cogitatio, fore ut peream præclara ejus obliterentur facinora, & perpetuo involuta silentio, in oblivionem veniant? Quemadmodum iis, quibus angina præcluduntur fauces, cum alios edentes conspiciunt, accenditur in iis cibi sumendi appetitus, sed frustra: sic Senibus, cum aliorum res gestas audiunt, simulque, quid in adolescentia ipsi, quid in adulta ætate præclari gesserint, recordantur, *subit* quidem *ira cadentem ulcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas*: sed vetat similis imbecillitas, & querula valetudo, vetant tremulæ manus, ægritudines, morbi, deliquia animi, vetat corporis senio attriti languor & μαλακία: ut vere in senes ad unum omnes quadret illu *Hecubæ* ad maritum *Priamum*, in enervi & decr pita senecta, *Trojam* captam irrito conatu, frustra defendere volentem:

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.

Quod si forte cuiquam dubium videri posset, res ipsa palam clamitat, audiat enim *Entellum* jam senem, apud *Virgilium* profligatæ ætatis suæ deplorantem incommoda. Quid ille?

——*Gelidus*, inquit, *tardante senecta*
Sanguis hebet, frigentque effœta in corpore vires.
Si mihi quæ quondam fuerat, quæque improbus ille
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa,
Haud equidem pretio inductus, pulchroque juvenco
Venissem.

At in Juvenibus contrà,

—— *integer ævi*
Sanguis adest, solidæque suo stant corpore vires.

Magna spirare, audere, moliri, integræ ætatis est, non attritæ, non fractæ: sublimia, & ardua suscipere vegeti corporis est, non decrepiti, non humo affixi, & vel minimo impulsu nutantis, ut illud in capularibus illis seniculis, & silicerniis videre est. Uno atque altero exemplo Auditores res fiat illustrior. Intuemini mihi magnum illum belli ducem *Alexandrum*, qui nescio an quemquam rei militaris peritia, an vigilantia, & animi fortitudine unquam parem, ne dicam superiorem habuerit. Quo vitæ suæ tempore, expeditionem in *Asiam* confecit? Orientem pene totum sub potestatem suam redegit? ingentes regionum tractus, immensa terrarum latè patentium spatia, flumina, montes, insulas, quæ interventu suo maria distinguunt, Imperio suo adjecit? Hæc tam splendida, & pene stupenda, in senio ne aggressus est, misera valetudine, evirato corpusculo, & ætate decrepita? minimè gentium. Alia longe tot tantaque facinora exigunt vitæ tempora, aliam animi fortitudinem, alium mentis vigorem, aliam manum, aliam pedum agilitatem. Specimina si vultis eorum quæ dico. En vobis in hoc ipso *Alexandro*. Qui cum collatis signis (ut reliqua prætercam) & exercitu haud nu-

illia inte... & qu... ex pe... interie...
atuor solum, & duo ex pe... quinquaginta interie...
ta omninò, & centum quinquaginta victoriam, o
, equitum centum consecutus est victoriam, sed
impendio eam consecutus terror exstitit, sed
a tantum totius Orientis terror exstitit, ut filiam su
tissimum Monarcham eo adegit, ut filiam su
conjugem, & Imperii partem in dotem illi
erre non dubitaverit. *Scipiones* hîc, aut *Ca*
Marcellos, *Æmilios*, *Coriolanos*, aliaque non
ria nomina, ordine hîc in theatrum induc
mihi esset animus, quis tandem foret dicen
Unus, unus Auditores, in medium prodea
qui nobis erit instar omnium, ingenii eju
ptitudinem, & acrimoniam quis satis
deprædicet? scribere & legere simul, di
audire; Epistolas magnarum rerum qua
riter Amanuensibus dictare, aut si nihi
ptenas, solitum accepimus. Idem si
quinquagies dimicavit: solus *Marcu*
transgressus, qui undequadragies p
hoste inierat *Cæsari* propria fuit & p
...ntia: Idem & magnanimitatis se
... comparari non possit ali
...bilis invicti ar
Pom

dicam curſibus, ſed victoriis illuſtratæ ſunt. Domuit enim gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundanteis: ita ut nullius tantum ſit flumen ingenii, tanta dicendi vis, tantaque copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare res ejus geſtas poſſit. At qua ætate, tot tantaque ab eo edita facinora, tot pugnata bella, tot reportatæ victoriæ? non ſenili certè, non decrepita, ſed vegeta integra, illibata, quæ montium cacumina, perpetuis obſita nivibus ſuperare, vias adire invias, & ſqualentia ſolitudine loca, teſqua, nemora penetrare potuit, nec Ducis ſolum, ſed & militis officio fungi. In utrumque enim paratus, ſeu imperare, ſeu manum, ſi opus, conſerere, certæque potius occumbere morti, quàm à propoſita ſibi victoria, fruſtrari.

Sed ut à profanis ad Sacra mea tranſeat Oratio. *David* fratrum ſuorum natu minimus, puer adhuc & inberbis, magnum illum & formidabilem *Goliathum* adoriri ſuſtinuit, non gladio inſtructus, aut haſta, ſed lapillis tantum aliquot & funda. Impar certè congreſſus, ſi gigantem cum nano, *Polyphemum* cum homuncione, militem exercitatum cum Adoleſcentulo compares. Sed quanta animi fortitudine, quanta fiducia μονομαχίαν illam ſubiit? quanto ſucceſſu, portentum illud hominis, viribus ſuis, plus nimio fidentis, dejecit, faſtum compeſcuit, & in uno *Philiſtæo* debellato, multa hominum millia profligavit? 1. Sam. 17. adeò ut non minus in eum, quam in Romanum illum Imperatorem quadrarit Cæſareum illud Apophthegma; *Veni, vidi, vici.* Ac ne forte viribus eum ſolum eminuiſſe putetis, tanta in eo fuit ab ineunte ætate prudentia, tanta doctrinæ & ſcientiæ præſtantia, ut doctores omnes ſuos, & quidem Senes longè à tergo reliquerit Pſal. 119. 99, 100. Exhaurire coner Oceanum, ſi exemplorum quæram in ſacra pagina finem,

Turmatim enim nobis hic occurrunt rariores illi Sapientiæ Principes, & magni divinioris doctrinæ, qua excelluerunt, *Atlantes*: quorum laudibus recensendis si immorer, tempus me citius, quam materia deficeret. Quis enim *Salomone* adhuc adolescente, qui exercitatissimos etiam senes consilii maturitate superavit, sapientior? apparuit inter alia, in ea quam tulit sententia, de filiolo mortuo, duarum matrum, inter se litigantium? 1. Reg. 3. 12. Quis *Daniele* Propheta, in explicandis somniis sagacior? Quis *Paulo*, magno illo Doctore gentium, eloquentior? quis eo potentius movere Auditorum animos? quis strenuius veritatem asserere potuit? quis errores convellere? Quis denique *Timotheo*, à puero sacris litteris imbuto, salutis mysteria, & cœlestis doctrinæ oracula enucleare aptior? & qua sodes ætate? non decrepita, & vergente ad occasum, sed vegeta & juvenili. Tantus, tantus est, Auditores, hujus ætatis vigor, solertia, sagacitas, quæ collata cum senio

τίσον διαφέρει

ὅσον ὐρανό ἐς' ἀπὸ γάιης;

tantoque se hæc integra & florida effert, supra decrepitam illam & attritam, quanto supra imas, maximeque depressas convalles, editissimorum, cœloque, ut poëtæ loquuntur, minantium montium cacumina.

Expendite quæso mecum senectutis incommoda. Animi dotes, mentis acies, ingenium, memoria, judicium, quæ in ætate juvenili omnia vigent, in senio claudicant, torpent, languent, & inveterata in dies contabescunt. In animo non ea generositas, prudentia, fortitudo, quæ ante fuit: in mente caligo mera & amentia, ingenium delirio proximum, & rebus arduis aggrediendis ineptum: memoria fluxa & labilis, quæ audita, lecta, meditata transmittit, ut cribrum aquas, ut ex amne Lethæo senes longa bibisse videantur oblivia! adhæc judicium hebetatum, fractum, iners.

Quo fit ut nec sibi senex, nec aliis utilis esse queat. Quia in hoc fatiscentis ætatis deliquio lucro vivit, & (ut verba Comici mea faciam)

Terra odium ambulat, animal semireptile.
Et nil sapiens, tanti est, quanti fungus putridus.

Quæ causa, credo, Romanos impulit, cur leges annarias tulerint in senes & decrepitos, eosque omnibus muneribus publicis abdicarint tanquam emeritos: quia videbant obesse magis, quam prodesse Reipublicæ, nec magni quidquam sperari posse ab iis, quorum virtutes in vitia degenerarunt. Quid enim senibus magis est querulum, morosum, suspicax? quid iis importunius, aut imperiosius? quis supra quam sat est tenacior, sordidior, & ad rem attentior? *Eresichtones* esse dixeris, & totidem *Evcliones*: quis iracundior, quis animi impotentior, & vindictæ cupidior? ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθέντες, si diceres fas. Similes navi, quæ sine clavo medio mari, huc illucque jactata fertur, ventis, & undis ludibrium: sic illi affectibus suis violenter abrepti, nihil circumspectè agunt, nihil considerate. Quia in iis imbecillitas judicii, & in sensibus Euripus. Septies in die mutant. Raro altum aut honestum spirant; sunt in vanis aut vilibus curis. Jam quæ corporis in senibus habitudo? non me Auditores sed Poëtam audite, graphicè, & suis coloribus depingentem senectam; ut nullus eam melius Apelles.

——*Quàm*, inquit, *continuis, & quantis longa senectus*
Plena malis: deformem & tetrum ante omnia (*vultum*
Dissimilemque sui: deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas, & taleis aspice rugas,
Quales umbriferos, ubi pandit Tabraca saltus.
In vetula scalpit jam mater simia bucca.
Plurima sunt Juvenum discrimina, pulchrior illi
Hoc, atque ille alio: multum hic robustior illo,
Una senum facies, cum voce trementia membra,

Et jam læve caput, madidique infantia nasi:
Frangendus misero gingiva panis inermi:
Usque adeò gravis uxor, gnatisque sibique,
Ut captatori moveat fastidia Cosso.
Non eadem vini, atque cibi, torpente palato
Gaudia.
Præterea minimus gelido jam in corpore sanguis
Febre calet sola: circumsilit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomina quæra.
Promptius expediam, quot amaverit Oppia mœcho
Quot Themiso ægros Autumno occiderit uno,
Quot Basius socios, quot circumscripserit Hirr.
Pupillos.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambo
Perdidit ille oculos, & luscis invidet: hujus
Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad que
Ore volat pleno mater jejuna: sed omni
Membrorum damno major dementia: quæ nec
Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnavit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit.

Ita est Auditores. Repuerascunt senes, cum tate crescit delirium, & gravitate, ac prudent virili posita, ad vitia redeunt, & mores pueroru quibus omne Judicium in pretio est, pueros mant, puerorum consortio delectantur, pueris p omnia similes victu, imbecillitate, morum inco stantia: inconspecti denique, improvidi, deger res Mundi incolæ, & in medio Orbe cum sin quæ in eodem gerantur, quæ gesta sint, non p spiciunt, non intelligunt, libenter miseri, q sint minus miseri. sed levia hæc sunt. Senect si consideres, quid nisi morborum omnium, ægritudinum sentina est? imò ipsa, si Comico des, senecta morbus, quis dies in ea lætus, aut h ra, cui non denæ aliæ succedunt tristitiæ plenæ, doloris? Sicut in mari etiam extra tempestates,

procellas, fluctus, semper & undæ: Ita in tristi hoc vitæ senilis salo, turbæ semper, & motus; semper alia ex aliis mala, gravedo capitis, aut hemicrania, oculorum rubor, & lippitudo, aurium surditas haud absimilis eorum qui ad *Nili* cataractas habitant, capillorum defluvium, linguæ balbuties, & titubantia, manuum tremor, cordis palpitatio, lienteria, carnifex calculus, morbus colicus, podagra, virium dejectio, tota denique corporis καχεξία. Quis mortalium, si recto judicii oculo rem æstimet, tales beatos judicet qui afflictum, ægrum, mutilum morbis corpusculum trahunt, sarcinam, & vehiculum imbecillitatis? quis non contra miseros, qui tot tantisque indies miseriis conflictantur? Accedit malorum omnium pessimum, quod morti proximi sint, & tanquam viva cadavera, macie & squallore confecta, alterum pedem habeant in cymba *Charontis*. Philosophum interrogatum quid esset vita? cubiculum ingressum ajunt, & illicò egressum, hoc actu tanquam penicillo egregiè depingentem humanæ vitæ non fragilitatem solum, sed οὐδένειαν. Certè si hæc omnium mortalium sors est, quantò magis eorum qui tanquam mortis victimæ, diem illum quo vivunt, quid ajo? imò punctum illud temporis, in quo versantur, cum morte dividunt. Nam ut adolescentibus mors in insidiis est, sic senibus in januis: quia similes igni qui sua sponte, nulla vi adhibitâ, consumptus extinguitur, & pomis quæ ex arboribus natura decidunt. Quid enim vita eorum aliud, quàm continuum mori, dum magnis passibus, & concitato gradu, ad metam tendunt, & vitæ finem? qui longè abesse non potest tam afflictâ valetudine, tam attrito, & dejecto corpusculo. Similes iis, qui damnati capitis, singulis pene horis, lictores exspectant, rapiendi ad supplicium, nec aliud habet ætas illa, quo se fulciat, nisi adsit vitæ innocenter actæ recordatio, ac spes vitæ melioris.

Scio, Auditores, non omnes hanc ætatem contingere, sed ut in agris fruges satas, alias crescere, florere, maturescere, meti videmus: alias in herbam surgere, aut in aristam, & in ea perire: alias vix natas atque è terræ sinu prodeuntes concidere: sic homines. In quoscunque tamen senecta incurrit, monitos volo, ut patienter eam ferant. Optimum enim malorum antidotum est Patientia, &

Levius, ut inquit Poëta, *fit patientia*
Quidquid corrigere est nefas.

Vos itaque Adolescentes, & Juvenes, ut finem dicendi faciam, Senectam in via illa vernantis ævi lubrica, vobis meditandam proponite, ut si non effugere, protollere saltem eam, & remorari possitis. Et fiet, si sobrietatem ametis, si temperantiam; Luxuriosa enim Juventus effœtum corpus tradit senectuti, & plures occidit gula, quàm gladius. Et hanc Studiosi pestem velis equisque, quod ajunt, non fugeretis, hanc non detestaremini, quæ vos ab omnibus societatis humanæ officiis excludit, libertate exuit, & mancipia reddit tot dominorum, quot vitiorum? in promptu exempla sunt. *Alexandrum* tot prælia, tot itinera, tot hiemes, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, sed intemperantia bibendi, & ille Herculanus scyphus concidit. *Hannibalem* indomitum illum navibus atque *Alpibus* virum enervarunt vina, & fomenta *Campaniæ*, & qui armis vinci non potuit, à vitiis victus in potestatem fortunæ venit. *Marcum Antonium*, magnum virum, & ingenii nobilis, quæ alia res perdidit, quàm ebrietas? qui si sobrii fuissent, non diutius solum vivere, sed & prospera frui valetudine potuissent, vel in extremam senectam. Vetustas, curvas quasdam esse animas, memoriæ prodidit, quæ in cœlum nunquam suspiciunt, sed in terram semper cogitationes defigunt. Mittamus fabulas. Intemperantes, curvæ istæ sunt animæ, quæ in corporis voluptates demersæ, nec Solem unquam vident,

nec

nec Lunam. Quid mirum? nihil illi altum, nihil magnificum, ac divinum suscipere possunt, qui pecudum ritu suas omnes cogitationes abjecerunt, in rem tam humilem, tam contemptam, Voluptatem. Et hoc credo, quod *Valerio Maximo* memorabile illud expressit dictum, quo docuit luxuriæ, & libidinis vitiis nihil fœdius, nihil damnosius esse: quippe quibus virtus atteritur, actiones honestæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter, & corporis vires expugnantur, adeò ut nescias ab hostibus ne, an ab illis capi, perniciosius habendum sit, Dixi.

ORATIO X.

Pro senectute, habita à

JOHANNE COSTERO.

SApientis Hebræi aurea verè sententia est:
Prov. 25. 11.

תַּפּוּחֵי זָהָב בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף
דָּבָר דָּבֻר עַל־אָפְנָיו׃

Vel ut mala aurea in figuris argenteis, est verbum dictum commode. Et Plutarchi in *Phocione* laudata similitudo est: ὡς ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει, οὕτω λόγου δεινότης πολλὰ σημαίνειν ἀπ᾽ ὀλίγων. *Quemadmodum numismatis præstantia tantò major, quantò in minore massa, plus valoris continet: Sic orationis illius vis, & acumen majus est, quæ plurima paucis significat.* Optassem Antagonistæ meo hæc venissent in mentem verba, tanta profectò dicendi licentia, stili sui dentem stringere non sustinuisset in Senectutem. Qua nihil ego unquam majori honore dignum esse censeo, si pietate, & prudentia, si eruditione comitata sit. Sed abripuit Adolescentem juve-

nilis ardor, & incogitantia. Cui ut nunc adversari in animum induxi, partesque Senum inpræsentiarum defendere: ita mihi in dicendo addit animum, argumenti suscepti veritas, quæ amicitiæ omni, necessitudini, & studiorum commilitio longè antistat. Nam ut *Aristotelis* verba mea faciam: *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica VERITAS.* Ingenuè fateor, non contradicendi studio hanc Cathedram conscendi, non etiam altercari mihi propositum, & λογομαχεῖν, sed quod æquum, quod verum est tueri, & quantum mea quidem feret tenuitas, strictim, ac breviter iis respondere conabor, quæ in hoc publico consessu, ad venerabilem illam Senum canitiem traducendam, in medium allata sunt. Quæ cum ita se habeant, mihique ipsa per se ad dicendum materiæ dignitas, magnam satis audientiam factura videatur, consuetudine tamen magis, quàm quod ita necessarium judicem, petam à vobis, ut mihi causam Senum (quales non paucos inter vos esse video) brevi oratione defendere meditanti, exigui temporis attentionem ne denegetis. *Senectus* inquiunt

Exspectata diu, votisque optata malignis,
Objicit innumeris corpus lacrymabile morbis.

Et vel hoc nomine odiosam esse volunt, ac formidabilem. Sed ô hominum dementiam! quasi ulla dari posset ætas, quæ malorum immunis sit. Agite si lubet Auditores, intuemini mecum, & oculis mentis vestræ omnes hominum ætates percurrite, factoque ab ipsis incunabulis, & crepundiis puerilibus initio videamus, an aliqua vitæ humanæ pars sit, quæ hanc sibi audeat immunitatem polliceri. Primum se nobis offert hominis in lucem prodeuntis infantia. At illa quid? liberam ne eam dicemus ab omni malo? & doloris expertem? Immane quantum discrepat! Summa quidem fateor in hac ætatula est simplicitas, & innocentia: sed quanta interim laborat ignorantia? quan-

quanta ejus est imbecillitas, & ἀσθένεια cum fasciis involvitur, in cunis rotatur, & mater garrula lallare, & pappare eum docet? Quanta corporis, quanta membrorum omnium teneritudo? nec mirum. nam ——————— *Ut sævis projectus ab undis*

Navita, nudus humi jacet infans, indigus omni
Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex alvo matris, natura profundit;
Vagituque locum lugubri complet.

Ut longè deterior, ac infelicior infantis videatur esse conditio, quam animalculorum quorundam, quæ simulac ex ovo prodierunt, aut in lucem edita sunt, non incedere solum, sed & victum quæritare sponte sua possunt, tanta cum industria, ac sedulitate, ut vix matrum opera indigere ulla in re amplius videantur.

Infantes vero, qui sese nesciunt, fame & inedia perituri essent, nisi parentes ipsis irent suppetias & præmansis buccellis victitarent: ab aqua se nec ab igni tueri, imò ne muscam quidem, aut culicem se pungentem abigere queunt. Ut vero infirmam illam ineuntis ætatulæ teneritatem robur Adolescentiæ excepit, molles, ætate fluxi, pullis equinis similes, ephippio, & habenis carentes, huc illuc discurrunt, & laxata intemperantiæ fibula abripiuntur in freto illo adolescentiæ, libero nimis pede, quocunque eos cœcus libidinum impetus trahit, nulla modestiæ, aut honestatis habita ratione. Leonum, ganeonum, aleatorum, & id genus hominum consortio pudoris atque opum prodigi, delectantur, conviviis, choreis, & tripudiis indulgent, cuticulam curare, molliter, ac luxuriosè vivere, certare poculis, hilarescere vino, tædia temporis discutere, mimis ac histrionibus, una indies eorum cura, una sollicitudo: de virtutis sectandæ studio, & artibus liberalibus capessendis, altum inter eos silentium; aut si quid forte bonæ mentis habent popinis & commessationibus

bus deteritur. Adhæc cui tanta, Auditores, dicendi vis, tanta copia, ut pericula, casus, vitæ discrimina, in quæ temeritate sua, primæ lanuginis annis, incauti se præcipitant, enumerare queat? Quis prodigiosos sumptus? quis pecunias luxuriosè decoctas? rem patrum turpiter oblimatam? quis morum proterviam, quis vitia & luxum in quæ se effundunt, ferocientibus equis non absimiles? quis denique infamiæ notam, quam familiis suis æternum inurunt? cum ob flagitia sua interdum ad supplicium rapti, vitæ anteactæ pœnas dare, & tremulam cervicem gladio carnificis submittere coguntur? Adolescentiæ succedit ætas virilis, quæ tantum abest ut malorum immunis sit, ut contra innumeris curis, & laboribus nos opprimat. De Sisyphio saxo multa commenti sunt prisci vates; hoc illud est quod adulti in vita volvunt. Privatis curanda sunt domestica, rei familiaris gerenda cura, educandi liberi, famuli in officio continendi. Quæ levia certè non sunt munia. Sed longe graviora sustinent qui publicis muneribus præsunt, ut Reges, Principes, Magistratus. Nam ut universi populi cura iis concredita est: ita quò majora eorum sunt Regna, imperia, ditiones, eò majoribus implicantur curis. Tenentur enim curare primum, ut Deus piè ac purè ab omnibus colatur, & tanquam utriusque tabulæ custodes, ut Religionem sartam tectam tueantur ac defendant, benè institutam conservent, justitiam fideliter administrent, προσωποληψίας & δωροφαγίας capitales Reip. pestes, sanguine viperino cautius fugiant, ditionis suæ limites firmis præsidiis muniant, militibus stipendia solvant, confœderatorum amicitias foveant, bonos defendant, malos puniant, omnibus denique virtutis ac pietatis exemplar se præbeant. Hæc aliaque Regum ac Principum munia, quæ nunc prætereo, quàm onerosa, quam gravia, & curarum plena sint, nemo est qui non videat, & quàm vel maximis ingeniis occupandis & *distinendis sufficiant.*

Ite

Ite nunc vos μισόγηροι quotquot estis, & in hanc ætatem, quidquid malorum est, curarum, & sollicitudinum petulanter conjicite, hanc sugillate, hanc dicteriis, & convitiis proscindite, quo omnibus in frontem odiosa reddatur, & invisa, cum nulla hominum ætas, nulla conditio mortalium, nulla denique vitæ pars malorum expers sit & libera. At vero si rem accuratius indagemus, manifestum evadet, nihil senectute tranquillius esse, nihil jucundius, si studiis juventutis stipata sit, ut inquit Romani pater eloquii *M. Tullius*. Interroganti cuidam:

Cur tibi tam levis est, cur tam jucunda senectus?

Haud inscitè respondet Poëta:

Libera quod vitiis juventa fuit.

Bona Conscientia dulcis nutricula est Senectutis, & candida virtutum nostrarum, ac innocentiæ trutinatrix. Quamvis corporis vigor Senes non raro destituat, animo nihilominus suæ constant vires, & ut cygni quo seniores, eò suaviores. Quod si fortassis alicui dubium videatur, prodeat in medium *Fabius Maximus*, hic & bella gerebat, ut adolescens cum planè grandævus esset, & Annibalem juveniliter exultantem, non Lybico telo, non *Achillis* hasta, non *Herculis* clava, non *Cephali* jaculo, sed consilio, patientia, & cunctatione domuit, vicit, attrivit. *Tarentum* verò quo consilio, qua vigilantia, qua animi fortitudine recepit? Cum *Salinatori*, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti: Mea quidem opera *Fabi Tarentum* recepisti. Certè inquit ridens: Nam nisi tu amisisses, ego nunquam recepissem. Nec verò ille in luce modò atque in oculis civium, magnus fuit, sed & intus, domique præstantior. Qui sermo? Quæ præcepta? quæ notitia Antiquitatis, quæ rerum scientia? quæ Juris, quæ Augurii? Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella, adeo ut cum ætate ipsa luctari videretur.

Quid

[redacted]

Quid *Masanissa* nonaginta annos natus? Notant historiæ in eo incredibilem, & inauditam corporis εὐεξίαν, etiam supra ætatem. Nam iter pedibus ingressus, in equum non ascendit: cum equo ex equo non descendit: nullo imbre, nullo frigore adduci potuit, ut laborum omnium longè tolerantissimus, & frigoris ac æstus juxta patiens, annosum suum caput operiret. Et quorsum hæc tam multa de *Fabio*, *Masanissa* & aliis? quia profectò miseram, & formidabilem fuisse talem senectutem, nefas esse dictu, luce hac quam spectamus, manifestius apparet. Rara hæc quidem esse fateor. Non enim omnes *Scipiones* esse possunt, aut *Fabii*, aut *Masanissæ*, ut urbium expugnationes, ut pedestres, navalesque pugnas, ut bella à se fortiter gesta, ut expeditiones in exteras gentes, ut denique triumphos, & reportatas ab hostibus victorias recordentur. Sed non uno modo se commendabilem reddit Senectus. Ea etiam laudanda est, quæ studiis delectatur, & *Musarum* commercio, quæque eruditionis canitie venerabilis est. Qualem fuisse accepimus Senectutem *Platonis*, qui uno & octogesimo anno scribens, mortalitatem explevit. Qualem *Isocratis*, qui cum librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, & vixisse quinquennium postea. Cujus Magister *Gorgias Leontinus* centum & septem complevit annos, neque nunquam in studiis cessavit: Qui cum ex eo quæreretur, *cur tamdiu esse vellet in vita? nihil* (inquit) *habeo, quod accusem Senectutem*. Præclarum mehercule responsum, & docto ac sapiente homine dignum! Sed regerentem hîc audio, memoriam Senibus, & judicium minui, & quæ aliæ naturæ dotes in alia ætate crescunt, in hac decrescere, adeò ut delirare potius, quam serios sermones cædere, & pueris propiores, quàm adultis esse videantur. De delirio nihil judico: nam qui maxime delirant, sibi maxime interdum sapere videntur, Sed si delirant senes,

nes, maxime delirabat *D. Hieronymus* qui major annis octoginta aut nonaginta, ut quibusdam placet, plurima scripsit, eaque multò absolutiora iis quæ scripsit florenti ætate. Credo Auditores, memoriam, & alia naturæ dona, nisi colantur, in senio, ut in alia ætate minui. At si eam exerceas, in omni ætate firma est, & sibi constans. *Themistocles* ipsa senecta venerabilis, jam omnia Civium perceperat nomina, tantaque in eo viguit vis consilii, ut sententia ejus de rebus gerendis difficillimis etiam, ac periculosissimis temporibus, in Oraculi propemodum loco, ac numero habita fuerit. Nunquam (ait *Cicero*) audivi senem oblitum, quo loco thesaurum recondidisset. Omnia quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Manent ingenia Senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam privata: si corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum est: & ut bene Comicus, *ætas Sapientiæ condimentum*. *Sophocles* ad summam usque Senectutem, Tragœdias fecit, qui in libris & studiis assiduus, cum rem familiarem negligenter habere videretur, à filiis in judicium vocatus est, ut quemadmodum olim malè rem gerentes Patres, à bonis arceri solebant; sic illum quasi delirantem à re familiari removerent Judices. Tum Senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, & proximè scripserat recitasse Judicibus, quæsisseque num illud carmen delirantis videretur? Quo recitato, sententiis Judicum est liberatus.

Cicero summus ille dicendi magister, in eximio illo quem de Senectute conscripsit dialogo, inter alias causas, ob quas vulgò male audiat, & multis misera videatur, hanc unam notat quod homines à rebus gerendis avocet. At quibus? An iis quæ in juventute geruntur? Nullæne igitur res sunt seniles? Nullæ occupationes, nulla negotia, quæ vel infirmis corporibus, animis tamen administrentur?

ſtrentur? Nihil ergo agebat *Quintus Maximus?* Nihil *L. Paulus*? Nihil ceteri Senes, *Fabricii*, *Curii*, *Coruncani* cònſecrata ad omnem poſteritatis memoriam nomina, cum Rempublicam conſilio & authoritate defendebant? Nihil *Licurgus* inter Lacedæmonios, aut inter Athenienſes *Solon*, aut inter Locrenſes *Zaleucus*, aut eorum quiſquam qui civibus ſuis leges tuliſſe memorantur? qui quanquam viribus corporis inter ſuos non excelluerint, vi tamen mentis ac conſilii illam ſibi tantam auctoritatem, potentiamque pepererant. Ut *Apii*; *Claudii*, *Maſaniſſæ*, *Catonis*, *Phocionis* exempla in præſens nunc prætercam, quæro num *Moſes* & *Joſua* anno ætatis centeſimo, num *David* in extrema ſenecta rerum curam, & adminiſtrationem depoſuerint? *Atheniènſibus* olim ad electionem ducis convocatis, cum Oratores *Charetem* quendam juvenem & robuſtum, *Iphicrati* valde ſeni præferrent, *Timotheus* ex Principibus viri unus, Talem, inquit, non ducem eligite, ſed qui duci ſuas ſtragulas portet: Significans, rebus gerundis non lumbos fortes, non validos lacertos ſufficere, ſed magis requiri judicium atque experientiam: Ut idcircò tutius Senibus, quàm aliis earum adminiſtratio committatur, ut qui plerunque ſapientia, & peritia juvenes longe ſuperent. Nihil igitur aſſerunt, qui in re gerunda verſari ſenectutem negant, ſimileſque ſunt, ut ſi quis gubernatorem in navigando nihil agere dicat, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant, ille autem clavum tenens, quietus ſedeat in puppi: Non facit ea quæ juvenes, at vero multa majora & meliora. Non viribus aut velocitate corporis, non clypeo ſolum, non haſta, non gladio, res magnæ geruntur, ſed conſilio, autoritate, ſententia, quibus non modò non orbari, ſed muniri ſenectus ſolet. Quæ niſi eſſent in Senibus, non ſummum Reip. conſilium Majores noſtri appellaviſſent SENATUM, nec Roma-

ni

ni qui semper Senes, quibus corpus annis infirmum, ingenium vero sapientia validum erat, Reipublicæ clavo admovissent. Apud *Lacedamonios*, qui summo fungebantur Magistratu, morum & annorum canitie venerabiles erant. Nempe quod prudentia Respublicas gubernare, & periclitantes tueri consilio, non juvenum sit, sed eorum qui longo pollent rerum usu. Quod si cui legere, aut audire externa sit animus, maximas Respublicas, à junioribus in ruinam actas: sed à Senibus ab interitu vindicatas, & conservatas reperiet.

Vultis exempla? Intuemini *Agesilaum* patriæ suæ præsidium, & decus. Solus ille prudentia sua cavit, ne post Leuctrinam pugnam, Sparta à *Thebanis* capta diriperetur. Intuemini *Q. Flaminium*, *Scipiones*, & alios, quibus viribus *Pyrrhum*, qnibus *Philippum* Macedoniæ regem, quibus *Amilcarem*, & *Syphacem*, quibus *Nabidem* tyrannum, quibus *Antiochum*, aliosque quam plurimos Romanorum potentissimos hostes profligarunt? vultis dicam Auditores? plus bonis consiliis quam armis. Quid igitur miramur in *Poëtarum* fabulis lupum victum à vulpecula? & immani illa vastitate, atque incredibili robore gigantem ab *Vlysse* domitum, ac oculo privatum *Cyclopem*? Prudentia est, quæ fortunam ac virtutem moderatur, quæ insuperabiles munitiones expugnat; sine qua quid armatæ legiones? quid phalanges? quid innumeræ cohortes? quid nisi consilio, & prudentia sustentetur. vis etiam maxima? Nihil. At ubi illa, nisi in Senibus? Principum enim negotia consilio suo regunt: Ut illud in *Nestore* videre est, cujus consilium *Agamemnon*, in decennali illa obsidione *Troja* pluris fecit, quàm belli ducum & militum quotquot haberet, fortitudinem. Nec mehercule injuria.

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα, τὰς πόλλας χέρας νικᾷ.

——— *Ne semper viribus aquum*

Fidere, sæpe acri potior Prudentia *dextra* est.

Quo

Qua nisi magnorum Principum æstuantes impetus, & calorem juvenilem, quo nonnunquam abripiuntur, consilii sui moderamine temperarent, & intra rationis, & bonæ mentis repagula coërcerent, levissimas sæpe ob causas, maxima pessum irent Imperia, & florentissimæ funditus interirent Respublicæ. Ut olim *Roboamo* contigit, qui maximam Regni sui partem, juvenili temeritate, brevissimo temporis spatio amisit. Minutius, exercitus *Romani* ductor, in quantum exitium rem Romanum præcipitavit, cum *Fabii Maximi* consiliis, quæ per invidiam, atque odium cunctationes appellabat, obstreperet, cum libidinem suam, & temerarium pugnandi æstum sequeretur? Quæ clades? quæ strages? quæ populi calamitas? quæ lachrymæ, quæ per Deum immortalem, auditæ querelæ? cum jam nimis ille quidem serò sese respiceret, & quantum semel neglectum consilium, unicusque in acie admissus error mali traheret, cum summo Reip. suæ discrimine cognosceret, atque cum magna suorum clade addisceret, plus in consiliis quam in armis momenti & potentiæ esse constitutum. *Ludovicus* ejus nominis undecimus, *Galliarum* quondam Rex, similem ob causam, Regno suo pene excidit, & ipse moriturus, id coram filio non dissimulavit, jubens, ut quos senes relinquebat consiliarios, in consilium adhiberet, & illorum sententiam sequeretur, sceptri sui pene dispendio, ac jactura doctus, quid sit cæco voluntatis suæ arbitrio regi, & eorum aspernari consilia, qui emunctæ naris, exactique judicii sunt, & longo rerum usu ingruentis mali pericula longè prospiciunt, & prudentia sua eadem aut præveniunt, aut declinant. Quid plura? Nonne Patrum nostrorum memoria, *Rex Ungariæ*, juvenis cujusdam Episcopi inductu, cui de Regni administratione plane fidebat, bellum adversus *Turcas*, nec viribus par, nec satis munitus, & *veteribus* ducibus, ac consiliariis dehortantibus

susce-

suscepit. Unde factum est, ut mortuo Rege, florentissimum illud Regnum, quod totius Orbis Christiani propugnaculum erat, in *Turcarum* potestatem venerit.

Sed formidabilem esse Senectam clamitant quod morti proxima sit.

Quasi vero quenquam ulla ætas mortis immunem faciat: Homines ex quo nati sumus carpimur; singuli dies aliquid subtrahunt viribus, & non dicam mori possumus, sed morimur: & omnis hora, omne momentum ad metam illam ducit, & cui nasci contigit, restat mori.

Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur urna, serius, ocyus,
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura cymba.

Cottidie, ut eximiè Romanus ille Sapiens & optimus Dux si quisquam Veterum, ad bonam Mentem, *morimur, cottidie pars aliqua vitæ demitur, & dum crescimus, vita decrescit*: nempe

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Ut folia nascuntur & cadunt, sic homines. Nec frustra cum iis comparavit maximus Poëtarum. Videmus arbores, quæ primo Vere foliis, & frondibus pulchræ virent, & gratam sui umbram præbent. At quàm levia hæc & caduca! Illas nebula una, ventus, eruca, æstus amœno conspectu spoliant: Nos pituita, catarrhus, febricula, tabes. Atque ita

—— *Sua funera secum*
Circumfert moriturus homo: suspiria, tusses,
Et luctus, fomenta malis, & prævia præbent
Instantis documenta rogi:

Suntque τῆς θανάτου παντοκράτορος veredarii. In caveâ quis se claudat, ferro, & ære condat, *Mors tamen inclusum protrahet inde caput.* Quæ enim tam munita, & in altum subducta vitæ quies, quam non territet? quæ latebra quam non perrumpat?

[redacted]

Ite nunc Juvenes, ætati fidite, & longam vobis vitam pollicemini, cras morituri. Quid enim hic certi? & quid hæc vita, nisi velut è stramine flamma in qua omnis dies, omnis hora, quam nihil simus ostendit? Quid nisi mare, in quo semper aliqui alicunde fluctus, sæpe tempestates, & tandem ad mortis scopulum inevitabilem, cymbulæ nostræ, in qua sumus, naufragium? Sed pro brevi ista turbida, impacata vita, æterna nos manet, curarum omnium & turbarum expers. Beati ergo Senes qui saturi hujus scenæ post tot emensos humanarum calamitatum fluctus, ad ea loca èunt, ubi eadem semper erit, nec mutabilis cœlestis Scenæ facies: Ubi opes caducas & fluxas æternitate, vitam fragilem immortalitate, famam civis boni divinis honoribus, discessum ex hac vita secessu ad Deum, obitum abitu ad immortalitatem, amissionem præmissione in veram patriam commutant. Beati inquam quia portui huic propiores, quam adolescentes, quàm juvenes. In quem si quis cito delatus est, non magis queri debet, quàm qui cito navigavit. Nam ut fruges aliæ in herba pereunt, aliæ in culmo, aut in arista, aliæ denique maturescunt, & metuntur. Ita homines. Quidam in ortu, alii in pueritia, alii in juventute, alii in virilis ætatis ἀκμῇ, alii denique in ipsa Senecta cadunt, & decedunt è vita, quemadmodum fessus viator, è semita, vel convivator satur, ab epulo. Ita profectò est. Nemo sapiens ex hac ætate repuerascere, in cunis vagire, & quasi decurso spatio à calce ad carceres revocari optet. Quid enim habet hæc vita commodi? quid non potius laboris? Sed non habeat sanè, habet certe tamen aut satietatem, aut molestiam, & commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit. Quare si Agricolæ, cum messis appropinquat, lætantur, quod fruges brevi decerpendæ sint, & in horrea condendæ? Quid causæ est, cur *tristitia* afficiamur, imminente nobis Senecta,

quæ

molestiarum omnium, & laborum clausula & tempus spei, quam in *Deo* collocavimus, ruendæ? Nemo enim eo animo navigat, ut per naviget; nemo militat, ut nunquam mire desinat, nemo ea mente laborem suscipit, alios ex aliis labores perpetuo excipiat. Sed qui navigat portum, & qui militat victoriam, qui laborat quietem ac otium spectat, quo qui invenere, gratulari eis amici, non dolere illorum vicem solent.

Sed ut faciam quod illi qui ex alto portum suum ident, vela Orationis meæ contraho, &, vos Adolescentes, vos inquam tandem compello. Senectutem pietate, & doctrinâ venerabilem amate, colite, canos & rugas eo, quo par est honore, prosequimini, *Romanorum* & *Lacedæmonum* exemplo, quos vel eo nomine laudant historiæ, usque adeo ut in proverbium æbierit, ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν. Vos talium premite vestigia, nec unquam committite, ut Gentiles, solo naturæ lumine ducti, ea in parte vos superent, qui in meliore longè Scholâ edocti, jam pridem didicistis quid lex Dei, quid æquitas, quid ratio, quid natura ipsa, à vobis postulet. Non alia certior incundi à Deo gratiam via, qui longam vitam pollicetur, non iis tantum qui parentes colunt: sed & iis qui parentum loco habendos, & omni reverentiâ, ac veneratione dignos debito honore, & affectu complectuntur. Dixi.

ORATIO XI.

De Tranquillitate Animi,

Habita à

PETRO ALBERTI MESTIO.

QUanquam jam pridem omnium ore tritum sit; *Quot capita tot sensus*, & *suum cuique pul-*

 chrum

chrum, iſtud tamen obſervare eſt, omnes quantumvis ingeniis, moribuſque diſpariſſimis, in hoc conſpirare, ut vitam tranquillam, ac beatam ſibi exoptent, nec alium in actionibus ſuis finem ſibi proponant. Quantacunque enim ſit judiciorum diverſitas, morum diſcrepantia, cupiditatum pugna, in hoc tamen cardine omnis tam varius ſtudiorum orbis vertitur, in hoc tam diſcors turba conſentit, ut qui omnem hominum vitam, diſcordem concordiam appellarit, mea quidem ſententia à vero nequaquam aberrarit. Quod ut clarius appareat, agite intuemini mihi vel ea ipſa humanæ vitæ genera, quæ ab otio, & tranquillitate maxime aliena ſunt, quæque adeò ipſam inquietudinem velis remiſque, quod ajunt, conſectari videntur. Ecquod enim vitæ genus tumultuoſum magis, quàm per mare furente Boreâ, volitantium? Ferum, inquam, iſtud ac barbarum elementum, ſemper inquies ac turbidum, tum inſito ſibi æſtu, tum ventorum turbinibus, ac procellis. Cui tot ſubſunt vada, brevia, ſyrtes, arenæ, ſcopuli, tot immania innatant monſtra, quæ naves ipſas vaſtiſſimas tanquam pilas habent, & quas cauda vel per ludum disjiciunt, ac diffringunt: ipſos autem homines quaſi milium, aut lentes deglutiunt. Hæc inquam aliaque pericula, atque incommoda pene innumera, cum ultrò ambiant, ſectentur, incurrant, qui illicis lucri ſpe, & auri inſana cupidine, maria ſulcant, & profectiones ſuſcipiunt, in terras longe diſſitas à patrio ſolo, ſive nautæ ii ſint, ſive mercatores, *dolato confiſi ligno, digitiſque à morte remoti, quatuor aut ſeptem ſi ſit*, ut bene alibi Poëta, *latiſſima tæda*, quis non arbitretur, ſi qui uſpiam, hos certe tranquillæ vitæ juratos eſſe hoſtes. At hi ipſi ſi forte in *Ægæo* ſubita aliqua tempeſtate intercepti, decumanos inter fluctus & immenſa viarum ſpatia, pelagi minas, ventorum rabiem & infames naufragiis ſcopulos, pecuniæ avidi, vitæ prodigi ſummo cum vitæ diſcrimine agiten-

agitentur, & jam malus crepet, antennæ gemant, vela funesque disrumpantur, latera laxentur, nescii qua cœli regione, & quò ferantur: nec solem interdiu, neque Lunam noctu conspiciant, aut sidera ulla ad quæ cursum teneant; nulla denique salutis spes affulgeat, sed *præsentem intentent omnia mortem*, hi, inquam, tum quod intimis animi fibris latuit, ocyus exprimεnt, tumultuarium illud, ac turbidum vitæ genus certatim execrando; otiumque deos flagitando, dummodo vel pane atro liceat in terris vesci, & salem, quod ajunt lingere. Sed ne de solis navigantibus loqui videamur quidem omnem felicitatis suæ spem pelago ac ventis credunt, avaritiam paupertate ac ignominia mulctant, relicto mari ad terram redeamus. Ecqua obsecro vos Auditores in terris hominum fex turbida magis, ac inquieta, quàm militum, quorum vita semper sub ictu est, atque in acie ferri versatur? Et militum, qui tandem in bello furibundi magis, ac truculenti, quàm aut in Europa Thraces, aut in Asia Parthi? quos tanquam Martis pullos ad prælia natos dicas, ita cum arcu, & pharetra conveniunt, quasi natura addidisset. Utrique tamen quamvis in armis, & ad arma educati, bella tantum & pugnas meditari, spirare, expetere videantur, quoties bonæ mentis intervalla nacti, serio in se descendunt, otium summa animi, vocisque contentione à Diis suis efflagitant. Hinc est quod vel in medio bellorum æstu, cum pacem non possunt, inducias subinde contrahunt, unumque id sibi in bellis omnibus propositum esse profitentur, ut hostibus debellatis spoliisque ditati, securo tandem otio perfruantur, & detestata matribus bella, cantu, alea, *Thaide* solentur. Quæ cum ita se habeant, quid de reliquis vitæ generibus judicandum censemus, quæ quanta sint non nisi otio ac pace constant? Si enim in ipso turbarum regno otii laus, atque amor in eum modum obtinent, quanto igitur magis in vitæ civilis tran-

tur, perpetua siti enecari? Jam quid aliud e
satiabilis illa opum cupiditas, quam effera
dam animi sitis quæ hydropici instar, quo p
bit, eo minus expletur: aut vehementis cuji
flammæ, cui quo majorem lignorum vim i
eo ferocius exardescit, visque ejus acrior e
ex majore incendio emicuit. Ut non imr
Avari cum sepulchris comparari queant, quæ
quid in ea conjicies absumunt. Quidquid
uterque *Indus*, *Tagus*, *Nilus*, *Tiberis*, *Dan*
Rhenus, divite producit sinu, quidquid Ocea
to, insulisque omnibus natum, non minori
re, quam periculo conquirunt, aut saltem
conantur. *Cleanthes* philosophus rogatus, q
ves evadere posset, cordate respondit, si cup
tum fuerit inops. Infinitum enim est quod
qui plus petit quam quod deest, & inter r
vota inopes sunt qui dum Orientem pari
Occidentem animo devorant, eam beatitu
sibi fingunt, quam assequuntur nunquam. I
quod res est Auditores. Prorsus, ut qui a
ipsi sibi somnia fingunt, ita somniant hæc
mancipia, ubi, quam sperare primum ausi
pecuniarum summam nacti fuerint, tum a
saturos futuros nec vel obulum desideraturo
plius: sed proh dolor! miseros ne dicam a
mentes, qui tam vanis somniis se pascunt:
enim vero veritus est,

Crescere amorem nummi, quantum ipsa pecun
scit.

Minusque hanc optare, qui non habet; imc
tenuiores ante sestertia, tot ditiores facti po
dum, sestertiorum millia expetent, non mi
minori autem, imo flagrantiori quam ante
ditate. Exemplum vultis adducam? En vol
innumeros nunc alios prætercam) in *Ale*
Magno, qui cum universo pene terrarum orl
potestatem redacto, majorem pecuniæ vim
sideret, quam cui vel numerandæ esset, im

gna plura, quàm alius peragraret, tamen cum *Anaxagoram* audiret differentem plures esse mundos, à lacrymis temperare non potuit, magna omnium admiratione, quippe tam subiti doloris causam ignorantium; quærentibusque familiaribus, nunquid illi accidisset lacrymis dignum? etiam rogatis inquit? An non videor merito flere, qui, quum mundi sint innumerabiles, nondum unius Domini facti sumus. Age vero infortunate Juvenis, etiam atque etiam lacrymare, ingemisce, plora. Me quod attinet ego sane ad satietatem te flere jubeam, cum dignus mihi videare quem serio deplorent omnes. Etenim qui Rex visus es omnium, & Rex opulentissimus, idem reapse omnium eras egentissimus, & vel satellitibus tuis pauperior. Nam omnes non dicam unico hoc Orbe qui tibi soli satis non erat, sed pauculis quæ quisque possidebat jugeribus abundè beati sibi videbantur. Nec injuria, cum non qui plurimum habet, sed qui minimum desiderat, ditissimus censeri debeat: nec pauper qui minus habet, sed qui nimis cupiat. Dives enim sat est qui, cum vel omnia desint, sibi non deest.

Quis vero Auditores tam misere lacrymantem, & querentem audiens, non judicasset hominem ad summam rerum angustiam redactum, neque habere quo latrantem stomachum placaret? Dura enim profecto necessitas sit oportet, quæ vel mendico veras lacrymas extorqueat. Veras inquam; quia fictas plus nimio frequentes, nihil hic moror. Enimvero si gregarius aliquis fuisset, aut è plebe, *Alexander* mediocribus instructus facultatibus, nonne arbitramini delirantem hunc *Anaxagoram* risurum fuisse potius, quam ut insanienti huic Sapientiæ aures præberet, & ad lacrymas usque his somniis se commoveri pateretur? Profecto si tantum in eum hæc vana cerebri humani commenta potuere, quid facturum putatis, si de pluribus illis mundis (quis enim modum ponat

nunquam fatiſcenti in vota cupidini) paulo certior fuiſſet, taceo ſi conſpexiſſet? Aliis hic recenſendis exemplis ſuperſedeo, cum nullum queat eſſe illuſtrius. Si enim quiſquam brevi dextro *Herculi*, rem fecit, is certe præ omnibus eſt Alexander, ut qui vix annorum triginta, totum penè terrarum orbem, certe potiſſima ejus regna, imperio ſuo adjecit, terminoſque ſibi potentiæ fecit Orientem & Occaſum. Quare & aliquot poſt ſeculis magnitudinis ejus inter Romanos, æmulus *Julius Cæſar*, cum Quæſtor in *Hiſpania* apud *Gades* in templo *Herculis* vidiſſet *Alexandri* ſtatuam, non tenuit lacrymas, atque ad amicos converſus: Hoc, inquit, ætatis quâ nunc ſum, *Alexander* devicit potentiſſimum illum Monarcham *Darium*: mihi vero ad hunc uſque diem (agebat autem trigeſimum annum) nihil præclari facinoris geſtum eſt. Neque eſt quod quiſquam id doli *Alexandri* tribuat quaſi ſupra alios avari. Nam ſi liberalis quiſquam, imo prodigus extitit, omnium retro memoria Principum, is certe Alexander fuit, non talenta ſolum, ſed prædia, agros, caſtella, urbes, provincias, imo integra regna in amicos paſſim diſtribuendo. Quare unus hic merito erit nobis inſtar omnium, in quo luce meridianâ clarius appareat, quantum abſit, ut veſana illa opum cupiditas, quantiſcunque etiam poſſeſſionibus, exſaturetur unquam, nedum ut ſperatum beatitudinis ſcopum aſſequatur. Atque hoc primum eſto erroris humani in Beatitudine conſectanda divortium, ſive anfractus potius inextricabilis labyrinthi. Promptum eſſet deinceps & alios ſubjicere, ſed longiſſimam non modo Orationem, ſed ingentem iliadem poſtularet. Quare ne ſolus ſapere velle videar, & dicendi vices ceteris præripere, finem hic faciam, & quod in curſu ſolet lampada tradam ſequenti. Dixi.

ORATIO XII.

De Animi Tranquillitate,

Recitante

BRUNONE RUYVENIO.

QUemadmodum rectum unum est, & simplex: obliquum verò varium, atque multiplex; & jaculantibus scopus quidem unus, recessus autem à scopo multi: Ita & ab unico veræ tranquillitatis, & beatitudinis scopo dum aberrant homines, non uno id faciunt modo, sed perquam variis, ac pene infinitis. Et quidem errorem maxime vulgarem, ac commmunem demonstravit hactenus, qui me dicendo antecessit. Ego vero nunc face ab eo accepta deinceps alterum illustrabo, illi affinem potius, quam cognatum. Est enim haud paulo generosior, sed pariter tamen infelix, atque operam ludens: imo infelicior quia impetu id facit, & conatu, addo & periculo longè majori. Quando igitur pecuniaria via parum ex voto, rem ultro procedere multi animadvertunt, aliam sibi ineundam esse arbitrantur, ductumque naturæ sequentes, cum stimulos nescio quos ambitionis in se sentiunt, & in alios dominandi cupidinem, tum demum beatos se fore credunt, si imperiis, atque honoribus potiantur. Ergo dies noctesque huic curæ incumbunt, hoc unum agunt & nullum non movent lapidem, ut magnos pecuniarum thesauros, redimendis corrumpendisque suffragiis ultro profundant: vim etiam si opus est intentent, leonis instar, aut efferatæ tigridis, sanguine, ac cædibus grassando, aut ubi leonina non prodest vulpinam assuendo, hoc est fraudibus, & perjuriis in consilium adhibitis, adeo ut nihil tam sacrum sit, nihil tam sanctum, aut religiosum, quod violare

non audeant exemplo *Cæsaris*, aut *Lysandri*, quos artem hanc non puduit profiteri. Sed ambitiosis his, ut cadit fere hæc alea. Equidem Auditores quanquam isti *Phaëtontis*, aut *Titanum* æmuli nihil non moliantur, ut ad honores, quos intendunt, perveniant, magnis tamen suis conatibus haud rarò excidunt, & quo plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt. Sed esto: fiant tandem voti sui compotes, quid tum postea? videlicet, jam Dynastæ sunt & Satrapæ satellitibus muniuntur, qui palatia eorum obsident, & latera stipant, turbam submovent, concurrentem undique & ad tantam gloriam obstupentem, alicubi etiam in terram pronam, & quasi Deos in terris adorantem. Palmarium certe hoc quidem alicui videri posset, sed quantò præclarius, si perinde ut domos & corpora, ita & animos satellites isti tuerentur ac custodirent, hoc est lethiferos animi dolores depellerent, furaces tranquillitatis curas arcerent, miseroque mentis tumultu composito, omnem concitatorum affectuum turbam summoverent. Quid ergo? Præstare id possunt? perinde imo multo minus, quam ventum sistere. Ferunt *Africanos* quosdam ita olim insaniisse, ut damna multa ab Euro passi, in aciem contra eum prodierint: hi non multo sanius, istâ stipatorum vi, ac pompâ, lancinationes, & morsus conscientiæ, anxietates animi, mentisque ægritudines averruncare satagunt, & amoliri, atque inoffensæ beatitudinis sibi arcem munire. Quod si ventus ita tenuis est, ut ferro lædi non possit, ita subtilis ut oculorum aciem perstringat, & tamen effugiat, interim penetrans omnia, & validas quercus, celsasque turres dejiciens: certæ curæ, ac sollicitudines utroque superant, adeo ut nulla eas tela assequantur, nulla cuspis feriat, nullæ excubiæ quamvis densissimæ arceant. Sed quid ego cum ventis eas compono? illos enim certe effugere domi licet, septisque ac parietibus excludere. At hæ furiæ durissima mar-

mo-

ora perrumpunt, imo nusquam æquè nidulari, demque suam figere amant, quam in superbis incipum aulis, & laqueatis Magnatum palatiis, i famulorum, satellitum, pedissequorum innumeris pene agminibus, & importuno purpuratom comitatu, atria, cœnacula, conclavia, penealia denique omnia, & adyta perstrepunt. Atque delicatis Magnatum carnibus semel inescatæ nt, appetere eas deinceps non cessant, à fronte à tergo, nocte, die, publicè, privatim, quacunæ occasione, & nusquam non, adoratum illum ynastam aureis ambulationis suæ compedibus vinum, & servum tot dominorum, quot vitiorum, olidentes, involantes, vellicantes, lancinantes, iordentes, arrodentes, indignis denique modis :xantes, excarnificantesque: prorsus, ut equos :stra, aut scarabei, tanta pertinaciâ infestant, ut :que noctu, neque interdiu respirare patiantur: im casus rusticorum, & pauperum tuguriola prærvolant, quasi angusta nimis, & fuliginem ac imum redolentia.

Sed vero unde hæ lacrymæ dicat aliquis? & quæ intarum sollicitudinum, curarum, anxietatum usæ? Vultis mali hujus fontem vobis aperiam, uditores, & sine ambagibus, ac verborum involucris, quod res est dicam? cum per scelera fe: ad eam dignitatem grassati sint, fit ubi furiosè ndem, quod consectabantur nacti sunt, ut subsiat paulatim ille ardor, & sedatiore jam animo, ıteacta facinora ruminentur, evigilante ex pro- unda ambitionis, quasi crapula, conscientia: quæ oi semel tribunal conscendit, causam agit, & crimina intentat accusatore quovis acrius, fortiusque onvincit, quam vel mille testes. Ad hæc & Juicis sibi partes vendicat, & convictos damnat *hadamanto* severius, denique & carnificem agit sa, & quod mirere equuleus quoque, & suppliium est.

Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Quod vel taurum *Phalaridis* superat, aut .
alibi crudelius *Missagetæ*, aut *Scytharum* ge
cogitavit. Quæ autem est hæc potestas, qu
licitudinum morsus, formidinumque acule
tare nequit ? & ubi malorum occursantiu
modus est, nec finis. Accedit & alterum,
cum sibi conscii sint per vim se & tyrannic
alios sævisse, libertate erepta, quæ viris fi
vita potior est, & vel ipsa morte capitisqu
culo redimenda metuunt videlicet, ne op
& ad incitas redacti cives, patientia in fu
versa, in illos insurgant, & regno extı
Vetus enim & verum verbum est Stoici Ro
Multos timeat necesse est, quem multi t
Contra Principem in aperto tutum præstat cl
tia: Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile
mentum, munimento non egere, & carit
benevolentia Civium septum esse, non armi
vero ne *Hercules* quidem contra duos, nedu
tra tam multos, ne dicam omnes, quan
que præsidiis muniti sint, & numeroso cus
satellitio cincti. Quo pertinet aliud in *Maximi*
peratorem (qui ob vastitatem & robur corpor
mortalem se credebat) ab histrionibus decant

Elephas quidem grandis est, & occiditur.
Tigris acerrima est, & occiditur,
Leo fortis est, & tamen occiditur:
Cave multos, si singulos non times.

Et de plebe adhuc loquimur. Quid enim
rationes Principum in medium adducam, cu
gregarius aliquis de trivio, ne dicam muli
aut puer, plus satis nonnunquam valeant,
lio pariter & vita privandos ? Priscorum
temporum memoriam replicate, pleni sunt
libri, plena omnium gentium, ac seculorun
numenta, quæ tragicos tyrannorum exitus,
natas, & cruentas Magnatum mortes non
vere, quam prolixe nobis commemorant, &
tiinæ talium instabilitatem, in tam ancipiti

rerum humanarum. In altam enim illam fortunam quot nimbi, procellæ, fulmina incidunt, aut incurrunt? Etenim habet has vices conditio mortalium ut adversa ex secundis nascantur. Si quis lætioris *Fortunæ* radius affulget, ecce minantis & novercantis simul umbra adest, & vestigia premit, aut excipit. Vultis exempla? *Jugurtham* in carcere, *Persium* in custodia obiisse quis nescit? Intuemini quoque mecum, & ad animum revocate *Tarquinios*, *Philippos*, *Alexandros*, *Julios*, *Caligulas*, *Nerones*, *Domitianos*, aliaque Regum clarissimorum, ac Imperatorum nomina pene innumera. Quid? annon cum ad summum fortunæ fastigium pervenissent, ab uno, aut paucissimis subditorum, vita pariter & regno exuti sunt? Non quod Regicidia ista probem. Absit: sed pericula tantum ostendo, quibus isti regnorum Candidati passim obnoxii sunt. Sed verò id ipsi omnium norunt optimè. Hinc enim ita perpetuo solliciti sunt, ita anxii ut nulli se committere audeant, ne uxori quidem & liberis: nam & ab iis ipsis non raro proditi sunt, & obtruncati.

Longum esset hic *Ninos*, *Sanheribos*, *Candaules*, & nostra etiam ætate Reges, Principesque non obscuros in Theatrum producere, qui ab uxoribus, liberis, fratribus, consanguineis misere circumventi perierunt. Non possum tamen quin unum hic producam, ceteris omnibus, ut putabat, cautiorem, *Dionysium* videlicet illum nobilem *Siciliæ* tyrannum, qui ut omnium periculis ansam præcideret, ne à tonsoribus quidem tonderi voluit, sed tondere filias suas docuit, ita sordido ancillarique artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ tondebant barbam, & capillum patris; imo ne his quidem cum jam adultæ essent, forfices, aut novaculam commisit, sed novam quandam artem tradidit à se inventam, voluitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Sed nequaquam profuere illi istæ artes

&

& curæ, quin haud multo poſt à ſceptro ad ferulam ſit devolutus, hoc eſt ex Rege potentiſſimo, pauperculus ludimagiſtellus *Corinthi* factus, in eo vitæ genere ſummo cum dedecore, & contemptu vitam finierit. O inopiam rerum humanarum cataſtrophen!

——Quam neſcit eodem
Stare diu fortuna loco! quam quicquid in alto eſt
Labitur, ingentemque trahit ſors magna ruinam?

Nempe, Auditores, hæc illa eſt purpuræ perſonata felicitas, poſt tot tantaſque imperii curas, tot pugnata bella, & rerum ſurſum ac deorſum euntium viciſſitudines. In quarum meditatione cum *Saladinus*, qui *Syriam*, *Ægyptum*, & magnam *Africæ* partem ſubegerat, vicinus jam morti ſerio deſcendiſſet, ſuprema voluntate, pro omni pompa funebri, tunicam tantum interiorem in haſta ſublimem circumferri juſſiſſe, memoria proditum eſt, cum publica hac acclamatione: *Unum hoc ex ampliſſimis Regni opibus domitori Orientis reſtare, quod ſecum auferet.* At verò quia in mentionem iſtius Tyranni incidimus, operæ pretium eſt ſanè, referre ludum memorabilem, qui inter eum, Regem adhuc, & *Damoclem* paraſitorum coryphæum interceſſit, quo tyrannus ipſe, miſeram ſui ordinis beatitudinem expreſſit quovis *Apelle* efficacius. Cum ex aſſentatoribus *Dioniſii*, *Damocles* commemoraret in ſermone copias *Dionyſii*, opes, majeſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaretque unquam beatiorem quenquam fuiſſe. Viſne igitur, inquit, ò *Damocles*, quoniam hæc te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam? Cum ſe ille cupere dixiſſet, collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrim textili ſtragulo, magnificis operibus picto, abacc que complures ornavit argento, auroque cælat tum ad menſam eximiâ formâ pueros delectos ſit conſiſtere eoſque ad nutum illius intuentes

genter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis epulis inſtruebantur. Fortunatus ſibi *Damocles* videbatur. Sed in medio hoc apparatu, fulgentem gladium è lacunari, ſetâ equinâ appenſum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. Quid ille? nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam, ſed qua animi demiſſione potuit exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus diutius eſſe nollet. Didicerat quippe ſuo experimento Paraſitus, ſceptrorum inſtabilitatem, quæ foris nitent, introrſus miſera ſunt, & in lubrico fortunæ faſtigio, fragili ſtare loco Regum felicitatem, ſubitoque, ac non prævisô turbine quaſſari & everti. Nec mehercule injuria, nam ut Solem hunc quem videmus, aſſidue vel nubes aliqua ſubducit, vel nox condit: talis omnis hic purpuræ aut Pluti ſplendor cadit aut evaneſcit, imo omnia illa vitrea, aut ſi quid vitro fragilius, & ſi res dicenda ſomnium, umbra, nihil, ſi cum æternitate comparentur, quid enim niſi jactationes & fluctus, in quibus nihil firmum, niſi ad anchoram ea alliges veræ Pietatis? De me dicam, quod ſentio, Auditores:

Stet quicunque volet potens
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.

Nam majeſtatis illi apex & ſceptrorum ſplendor quid niſi ſuperbè exſtructi carceres, atque aureæ compedes, quæ latentis animi torturas celant, & ſurda carnificis conſcientiæ flagella, aculeos, fidiculas, uncos, ſub nitido mentitæ felicitatis mantili? Et ut is qui ſpinas habet in pedibus, ubique ſpinas calcat: ita iſti animum noxium, ac inquietum ſecum circumferunt, eumque differunt quidem, non tamen auferunt. Ideo,

Quæ videntur fronte prima suavia
Eadem intuere propius, & intelliges
Condita fellis acri amaritudine,
Fortuna nulli sic refulsit prospera
Adversa ut illam lance non penset pari.
Tristia secundis, & secunda tristibus
Vicissitudo acerba sortis temperat.

Si, ut mendici vulnera sua, & cicatrice gunt, ad eliciendam populo misericordiam cipes palam oculis hominum exponerent & sollicitudines, quibus perpetuo inquiet non abundè miserari eos possent, quos tan mirari non desinunt? Sed quid est? cœci pl sumus, & caliginem amamus. Placent var & ambitionis aucupia, placent tiaræ, coron ptra quæ per mille discrimina, & pericula debent, & majori cum periculo possideri. C tiam supra omnium Crassorum, nisi virtute sint, & huic innixæ, quid nisi levi moment pantur ac pereunt? & si abeunt, quid aufert semetipsas? Fulciri debent, ornari debent, alio fulcro, quo ornamento, quam Sapienti non in auro, non in argento, vanitatis aut a elementis, sed in animo consistit. Sine qu qui habent, non tam eas possident, quam possidentur. Quæritis Auditores, quæ Sa hæc? Paucis expediam. Examinare seipsum, cumspicere recessus omnes, & latebras co tiæ excutere, severa cogitatione omnem li impetum coërcere, vitiis suis irasci, & quo liquid ex iis demere, non efferri prosperis, r jici adversis, in utraque sorte, utriusque e morem. Numinis munificentiæ acceptum quicquid obtingit in hac vita felicitatis, co nis humanæ fragilitatem meditari, quam totam vitam imbibit, huic optimè constat ris, & impensæ ratio. Quid amplius? de aliis honestè, de se modestè, neminem videre, cu se commutatum velit, denique id esse qu

ctrina ſuadet, Religio jubet. Quibus ducibus qui ſe regendum permittit, is vere ſapit, & ut cum Plauto loquar, *in vitiorum lucta, victor victorum cluet*, quicumque etiam eum terrarum angulus habeat. Neque enim Sapiens ille, & tranquillo animo eſſe poteſt, qui intemperanter, qui ſumtuosè, qui inſolenter, qui ambitiosè vivit tectis laqueatis, veſte ſuperba, famulis decem, ſupellectile ad invidiam exquiſita: aut liber quiſquis vitiorum ſervus eſt. Sed ille mihi veræ tranquillitatis metam attigiſſe videtur, qui vitæ morumque innocentia inculpatum ſe præſtat ſibi & aliis, eamque inſiſtit viam, quæ recta ducit ad ſummam illam beatitudinem omni humana cogitatione ſublimiorem; qua ut æternum fruamur, faxit ille ÆTERNUS. Dixi.

ORATIO XIII.

De Invidia,

Habita à

MICHAELE BOGARDO.

CUm multa præclare, ac prope divinitus tradita ab iis reperiantur, qui à Sapientia olim nomen acceperunt, tum haud ſcio quidquam vel utilius, vel neceſſarium magis exſtet monito illo *Diogenis*, qui cuidam ſibi invideri querenti, ſuaſit ut ultionis loco tanto ſtudioſius virtuti operam daret. Salutare mehercule conſilium, & tanto Philoſopho dignum! Nulla enim certior compeſcendi invidiam ratio, nulla brevior rabiem ejus retundendi via, quam virtutum inire viam, & vitæ inculpatæ ſanctimonia, tanquam clypeo, & ſcuto Achillæo invidorum quotquot ſunt tincta veneno tela repellere. Sed cum ſterili hoc virtutum ſæculo, una fere, (quod ſane deplorandum) præ aliis ſæ-

ſævіat, dominetur invidia, & Bonorum, qui vel opum, & dignitatum, vel doctrinæ, aut virtutis nomine, alios longe ſupereminent, turpiſſima ſit inſectatrix, nihilque ea ſordidius excogitari poſſit, in eam nunc declamare conſtitui. Vos Auditores, qua poſſum animi demiſſione rogatos volo, ut mihi de ea inpræſentiarum diſſerenti aurem, & auram benigniſſimæ voluntatis præbere, & quia alios antehac benevolentia ex hoc loco dicentes audiviſtis, ea me quoque nunc audire haud dedignemini.

Cum omnes animi perturbationes vehementer homines commoveant, deque gradu, quod ajunt, ſæpe dejiciant, tum omnium graviſſima illa mihi eſſe videtur, quæ ex aliorum rebus ſecundis & proſperis mœrorem, ex adverſis lætitiam & voluptatem capit. Nam licet aliquam cum irâ (quæ certe perturbationum minima non eſt) affinitatem habere videatur, invidiam tamen longè illa deteriorem eſſe neminem ſanæ mentis credo eſſe qui ambigat. Juſtum enim aliquando ſe præbet iraſcendi argumentum, ut cum Majeſtatem Dei convitiis protervè impeti, gloriam ejus proſcindi, ac ſugillari videmus, opera ejus traduci, veritatem Euangelicam pedibus conculcari, innocentes opprimi, Juſtitiam violari, leges contemni, juventutem corrumpi, virtutem ſupplantari, hæc & id genus alia intueri nemo poteſt, citra iram, animique perturbationem. Quid Invidia? Nulla ei juſta iraſcendi cauſa. Invidus enim aut virtuti tantum alienæ, aut felicitati invidet, parique dolore damna ſua, & aliena commoda metitur Quo profecto nihil turpius, & homine indignius excogitari poteſt, hacque in parte brutis ipſis longe deterior eſt: nam ſi tarditatem, & ignaviam communem habeat cum aſino, maledicam mordacitatem cum cane, ingluviem cum porco, ſuperbiam cum pavone, ridiculas ineptaſque geſticulationes cum ſimia, garrulitatem cum pica, contentionis ſtudium cum

hirco, cum aliis alia, nullum tamen brutorum invenire est quicum invidiam communem habeat. Est quidem, quod non inficior, est inquam inter ea quoque odium interdum capitale, ad galli enim gallinacei *Leo* cantum exhorrescit: *Elephas* vastum illud, & monstrosum in natura animal, conspectis formicis, & muribus vilissimis illis animalculis, totus quantus quantus est trepidat, adeoque illi exosi sunt, ut ab eo etiam pabulo abhorreat, in quo murem deprehenderit. Est & inter *Ichneumonem* & *Crocodilum* pugna, & dissidium haud exiguum: & inter equum & aprum, *Panthera* (si naturæ speculatoribus fides) adeò terretur ab *Hyena*, ut ne congredi quidem cum ea sustineat. Hinc narrant si quis secum ferat de corio *Hyenæ*, à *Panthera* non appeti, tam sagax est naturæ sensus: addunt & illud si pelles utriusque belluæ suspendas invicem ex adverso, Pantheræ pilos defluere. At non hoc inter homines fieri consuevit, unius ejusdemque generis animantes, odio sese invicem persequuntur, sed constantem inter se amicitiam, & concordiam colunt, invidia nulla vexantur. Armentatim vivunt Elephanti, gregatim pascunt oves, turmatim volant grues, mutuis officiis tuentur se *Delphini*: & nota est apum, & formicarum arcana inter se amicitia, & concors politia. Sed quid de his verba facio? cum & in ipsis quoque plantis amicitiæ vim quandam *Deus* voluerit elucescere: steriles enim sunt quædam nisi maritum adjungas. Vitis ulmum amplectitur; oleæ si inseratur, non solum vegeta stat, & incolumis, sed novas etiam vires capit. Usque adeò Auditores illa quæ nihil sentiunt, occulto tamen amicitiæ vinculo inter se conjunguntur. Quid æque brutum dari aut excogitari potest atque saxum? Dicas tamen & huic inesse aliquid amoris, & amicitiæ colendæ studium. Magnes enim ferrum ad se trahit, attractum tenet, ejusque scobe quasi pascitur. Quid?

quod

[redacted]

quod & inter immanissimas feras quoque convenit. Leonum inter se nulla est pugna: aper in aprum non vibrat dentem, draco non sævit in draconem, & luporum concordia adeo celebratur, ut in proverbium abierit.

Solus, solus inquam homo, ab homine, pertinaci interdum odio, & invidia dissidet: cum tamen solus præ cæteris animantibus, ad imaginem Dei conditus sit, solus erecto capite incedat, solus hilari fronte, oculis amicis præditus, solus denique ratione, & oratione, amoris, ac benevolentiæ utraque conciliatrice optima instructus, adeoque multis quod ajunt parasangis hæc ipsa superet. At qualis interim? Invidus ex miseriis, ex calamitatibus lætitiam, ex bonis mœrorem capit. Et quorum obsecro? non aliorum animalium, sed hominum. Neque enim Leoni fortitudinem, & magnanimitatem, non velocitatem cervis, impetum tauris, ætatis spatium corvis, non oculorum aciem aquilis, non sagacitatem canibus, non alii alia invidet: hominis æqua ferre mente commoda nequit. Fratri frater, affinis affini, vicinus vicino, figulus figulo, cantor cantori, faber fabro invidet, verumque illud deprehenditur;

Τὸ συγγενὲς καὶ φθονεῖν ἐπίσταται.

Consuetudinem Sapientes alteram naturam non immerito dixere: nam tanta ejus vis est, ut non hominem tantum mutet συνοίκησις, sed & in bruta animantia efficaciter agat. Est implacabile fere dissidium inter canes, & feles, ejusdem tamen domus συντροφία tandem ita consuescunt, ut naturam quasi exuisse videantur. Tigrim Romæ mansuefactum *Augustus aluit*, ursam *Pythagoras*. Verum nulla familiaritate, nullo convictu, nullo contubernio invidus melior redditur. Quid mirum Auditores? reliquæ enim omnes animi perturbationes a naturæ fere infirmitate promanant, hæc vero a perversa hominis voluntate, & præfracta malitia. *Quos enim* obsecro vos (ut rem dicam) nisi bo-

nos

; ac honestos incessit? quid nisi virtutem odio sequitur? & quam quæso mœroris sui causam texit? nisi quod nimia Dei sit liberalitas, nem-quod illum tot honoribus, hunc tot tantisque bus cumulet, alium tanta sapientia. At contra lissidia, si contentiones inter amicos, aut pro-iquos animadvertat, si æmulationes inter con-;es, factiones in Republica, si domum vicini :re, aut conflagrare, liberos corrumpi, bona ejus ›hastari, aut furto, inundatione, bello, rapina, niliam ejus ad summam egestatem, & inediam lactam videat, hæc unica lætitiæ ejus, & hilari-:is argumenta sunt.

Quod ut luce meridiana clarius appareat, & vos rem quasi præsentem deducam, Auditores, in-emini mihi primum illum patricidam *Cainum*. uid causæ fuit, cur manus suas sanguine frater-› cruentarit? non alia quam fratris pietas, & iod ejus nomine, in flagranti apud *Deum* esset atià. Cur optime de se meritum *Davidem*, *Saul* ex perdere conatus est? in causa fuerunt præ-ıra ejus facinora, victoriæ, trophæa. Quæ caussa .r *Alexander Perdiccam* tanto prosecutus est o-o? præclaræ res bello gestæ. Cur *Lysimachum?* i militaris scientia: Cur *Ptolomæum*? admiranda us in bellis gerendis felicitas. Quid *Caligulam*, onstrum illud hominis impulit, ut *Homeri* Poë-rum principis aureum illud opus abolere, *Virgi-* & *Livii* scripta perire voluerit? invidia. Quid *mmodum* illum optimi parentis *Marci Aurelii* :ssimum filium eo adegit, ut optimum virum *dium Proculum*, Asiæ præfectum, veneno necari sserit? Invidia. Longum esset *Scipiones*, *Epaminon-as*, *Phociones*, *Catones* aliosque hic commemorare ros magnos, qui invidiam experti sunt. Longum *hemistoclem* in *Persia*, *Cononem* in *Cypro*, *Tymo-eum* in *Lesbo*, non aliam ob causam, quàm invi-iam à patria exulare coactos. Longum denique ic commemorare, non civitates solum, sed pro-

vin-

vincias, sed regna, & imperia in summum discrimen adducta, ab hac una furiarum, invidia. Quis enim ita veteris memoriæ ignarus, ita in superiorum temporum historiis peregrinus atque hospes, qui non Invidiæ tragicos eventus, si minus è scriptorum monumentis didicerit, aut auditione certe aliqua acceperit? Exempla tamen quædam si vultis producam. Prodeat in medium, & me tacente loquatur florentissima olim *Atheniensium* Resp. quæ *Periclis* & *Cimonis*, *Themistoclis* & *Aristidis*, crebris æmulationibus haud parum periclitata est. Prodeat *Roma*, illa terrarum, & gentium domina, quàm miserè, bellis civilibus *Marii* & *Syllæ*, *Pompeji* & *Cæsaris* jactata fuit, & concussa. Prodeat *Carthaginensis* illa imperii Romani æmula, nonne factionibus, dissidiis, odiis *Hamilcaris*, & *Hannonis*, in ruinam penè acta; Prodeat denique *Italia a Guelphis*, & *Gybellinis* sub *Frederico* secundo diu multumque vexata. Exemplis his tam luculentis, tam memorandis, etsi vos commoveri haud parum videam, Auditores, non possum tamen quin unum adhuc adducam Servatoris nostri I. C. Quæ obsecro vos, causa fuit, cur tanta eum invidia, tanto odio sunt prosecuti, non de plebe, aut de trivio homines, sed *Scribæ*, *Pharisæi*, *Seniores*, *Sacerdotes*? quid commiserat, quod eos tantopere irritaret? quæ illius culpa, quod delictum, quod crimen, quod eos adeo offendere potuit? ideone quod vitæ suæ innocentia aliis præluxerit, veritatem euangelicam non minus sincere, quàm liberè prædicaverit, tot tantaque potentiæ suæ & φιλανθρωπίας dederit specimina, cæcos, surdos, claudos, paralyticos sanando, dæmonia ejiciendo, mortuos suscitando, errantes in viam salutis reducendo, fractos & sensu suorum peccatorum consternatos consolando, lapsos erigendo, & pœnitentibus gratiam suam benignè offerendo. Illæne justæ fuerunt tantæ indignationis, & invidiæ causæ? hæccine illa fuere delicta? hæccine crimina

mina, quæ tam acerbo, tamque internecino odio profecuti ſunt?

Belli profectò homines! Nempe ut lætioribus agris, roſiſque maximè odoriferis cantharides innaſci ſolent & meliori frugi lolium: ita ægris oculis alienam felicitatem intuetur, & optimos quoſque, ſanctiſſimoſque fere inſectatur invidia: & ut ex feris, & brutis animantibus alia gravi odore, alia veneno, alia eſca cadaverum male olentium paſci, ac impendio delectari ſolent: Ita invidus ſordibus ſimultatum ſuarum, ac æmulationum. Sed & invidos etiam ipſos peſtilens hæc lues conficit, non aliter quam rubigo ferrum exedit, caries & teredo ligna, tineæ veſtes: & ut ſignis ſuis non obſcuris ſe produnt morbi, cum corporis tum animi: ſic Invidia qua nullum tormentum gravius dari poteſt, nullus morbus, qui hominem magis vexet, maceret, devenuſtet: totidem nempe canes qui *Actionem* ſuum comedunt.

Cum pallor (ut inquit Poëta) *in ore ſedet, macies in corpore toto,*
Nuſquam certa acies, livent rubigine dentes:
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt niſi quem viſi movere dolores:
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis,
Et videt ingratos intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum, carpitque, & carpitur una;
Suppliciumque ſuum eſt.

Polypo non abſimilis qui poſt devoratos alios piſces, ſua quoque brachia tandem depaſcitur, maximamque partem veneni ſui bibit. Hæc cum ita ſint, Auditores, ut tandem Orationi meæ finem imponam, valeat, valeat, inquam, & faceſſat longè a nobis illa animarum peſtis, ac contentionum, & diffidiorum mater invidia. Cogitetur nihil ea turpius eſſe, nihil honeſto, nihil liberali homine indignius, hoc vitio brutis ipſis deteriorem reddi, & natura à nullo alio magis vitio abhorrere, quam

[redacted]

Invidia quasi laboret, nunquam tamen eam agnoscet. Quia tanta ejus est enormitas, tanta turpitudo, ut eam fateri hominem etiam maximè impudentem pudeat. Aliter longè cum aliis vitiis comparatum esse, quis non videt? quæ virtutis sæpe nomen induunt, & non veniam tantum, sed laudem merentur apud multos. Sunt enim qui ambitionem generositatem vocant: avaritiam parsimoniam: audaciam fortitudinem: luxuriam, & bonorum profusionem, liberalitatem: dissimulationem prudentiam: crapulam hilaritatem. Nonnullis quoque vitiis affectos aliquo modo ferimus: quibusdam ignoscimus: quibusdam non nimis offendimur, quibusdam in hac vitæ & morum licentia etiam oblectamur: prodigos multi amant: avaros tolerant: multos aliena intemperantia non offendit: qui voluptates nimis refugiunt, etiam castimoniæ, & severitatis laudem referunt: audacium in bello interdum aliquis usus est, timidis & nimis cupidis vitæ ignoscitur. Sed quid invidus? communi omnium mortalium odio flagrat, suis, alienis, civibus, peregrinis, notis, ignotis juxta omnibus invisus, exosus, intolerandus est. Quid invidia illa ærugo animæ, & nigræ succus loliginis? nullo colore, nullo fuco incrustari potest, nullo mangonio interpolari, ut si non grata, saltem odiosa minus appareat. Hanc igitur sanguine viperino cautius fugiamus, omnique studio ac cura in id incumbamus, ne vel leviter saltem impressa invidiæ in nobis vestigia conspiciantur. Sed si ab hac liberi, cum aliorum invidia nobis colluctandum esse videamus, cogitetur bonos fere ad invidiam, & obtrectationem natos videri, horumque optimas actiones rapi in deteriorem partem, adeò facile est apud eam in speciem culpæ venire, si non in culpam? & vetus id mihi credite in Rep. malum. Nam ut in sole non sumus sine umbra: sic nec in fama, sine livoris *aliqua* nebula. Cuivis in proclivi est lædere: &

ut vitæ, ita famæ alienæ dominus eſt, qui ſuæ contemptor eſt. Nunquam tamen tantum malevolorum poterit conſpiratio in Bonos, ut à ſtudio honeſtatis recedant, & invidiam placare velint, virtute relicta, aut temerata conſcientia. Invident, pallent, fremunt ut fere ſolent qui emergunt è ſterquilinio? Criminationem eis machinis volenter concutiunt, aut ſuſpicionum cuniculis callide ſubvertunt? ita nunc vivitur. At vero ſi judicio examinas, quantula iſta ſunt? Ut in via ſi canis aut equus luto me aſpergat, non quod Plautus ait lapidem percutio, non excandeſco ſtatim, & viciſſim in illum regero, ſed eluo potius hoc lutum, quam ut reſpergam: ita hic faciendum, & omnes iſti pro caniculis & equuleis habendi, qui non judicio, ſed impetu & convicio lædant, quo meliorem me agnoſco, & nec in nominis mei fama magis labem relinquunt, quam in flumine veſtigium, cymba. Aurum etiam in ſterquilinio aurum eſt; & adamas in cœno non mutat naturam. Gemant Invidi, & infœlicem linguam Bonorum convicio exerceant. Inſtent, mordeant, multo citius frangent dentem, quam impriment. Imo ut picturæ lucem nihil tam commendat, quam umbra: ſic non melius quàm petulantis linguæ obtrectationi creditur, quales, quantique ſint viri in Republica magni: quorum dignitas, & amplitudo quia freti innocentiæ fiducia, quæ *non eget Mauri jaculis nec arcu*, eò clarius eniteſcit, quò magis obnoxii ſunt telis invidorum, qui ſimultatem eorum affectant, quorum ſimilitudinem deſperant. Dixi.

QUamquam conſpectus veſter i
mus me excitare, animare
dum ornatiſſimus debeat, tamen
nulla veniunt, quæ ita me anxiu
reddunt, ut niſi ſingulari veſtra l
rer, tacendum potius, quam dic
ſe judicarem. Exploratum enim
habeo, quanti ſit laboris, qua
apud viros prudentia, eruditione
ves verba facere. Et experientia
ci, eloquentiſſimos, diſertiſſimo
ad dicendum veniſſeat, ita fuiſſe
obmutuerint. Quæ ſi in viros &
tiſſimos cadant, quid mihi tand
portet, qui cum illis comparand
ſitan ergo mirabimini cur in tant
virorum corona, locum hunc pu
dere non dubitarim, quem tot a
quibus longè inferior ſum, haud
darunt. Sed cauſam, ſi placet

matores. In qua non ad oſtentationem, & jactantiam, inſtituta ſunt publica hæc exercitia, ſed ad ſtilum, & oratoriam in dicendo libertatem. Accedit quod commilitonis mei declamatiuncula, quam benevolis auribus audire dignati eſtis, non parum excitatus fuerim, ut pro ingenii mei modulo, aliquid etiam in ſimili palæſtra tentarem: quia vero, ut eſt in veteri verbo, *nunquam ſatis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur*, delegi mihi quidem hoc ipſum argumentum, de quo jam unum ex veſtris feliciter ſatis diſſertantem audiviſtis. Sed ne ego, actum (quod ajunt) agere, falcemque in alienam ſegetem immittere videar, duo mihi nunc potiſſimum tractanda propoſui. 1. Qui illi ſint in quos invidia cadit. 2. Quæ huic malo adhibenda ſint remedia. Ad primum quod attinet, certum eſt viros in ſumma dignitate conſtitutos raro hoc vitio laborare, & ut nullis invident, ſic à nullis ipſis invideri ſolet. Quia magnitudini virtutis cedit invidia, cujus ſplendore fugatur, non aliter, quam ſolis radiis, cum altiſſimus eſt, umbræ. Quis enim invideat *Cyro*, quis *Cæſari*, quis *Pompejo*? quod poſiti videantur extra metam ad quam mortalibus progredi licet. Multo minus invideri ſolet iis qui longè infra nos poſiti ſint. Quæ enim invidiæ cauſa eſſe poteſt, ſi quem in eo rerum ſtatu eſſe videamus, & ea ſorte natum, quam nemo ſi ei contingere poſſet, unquam appeteret? Ita afflictis graviſſimeque ab infelicitate fati multatis nemo invidet, quia commiſeratione digni magis, quam invidia. Sed inter pares non rarò moveri ſolet invidia. Æqualitas enim inter æquales (ut benè alibi *Cicero*) gratiam offendit, & amicitiam quæ animorum, & benevolentiæ conciliatrix eſt, lædit & exulcerat. Sic figulus figulo invidet, vicinus vicino, olitor olitori. Invidet etiam qui alium ſe inferiorem fortunis, mutato ilicò rerum ſtatu, ad honores evectum videt: aut cujus utilitas ſuum eſt detrimentum, & gloria dedecus: aut ſi

riam, tota enim illa laus antea *Fa*
jam senem se exui, ac spoliari vide
jum Cæsari. Hinc *Lucanus*:

——— *Stimulos dedit æmula virtu*
Tu nova ne veteres obscurent acta
Magne times, te jam series, usus
Erigit, impatiensque loci fortuna
Nec quemquam jam ferre potest,
Pompejusve parem.

Sic *Dædalus Thalo* puero ob summ
tis peritiam, tantopere invidisse d
alta de turri præcipitaverit. *Dion*
abominanda invidia, Poëtam *Phil*
dicinas damnavit, quod tragœd
compositam corrigere jussus recusa
tua litura induxisset, nihil in ea p
nus eximiis condecoratus fuit virtu
Imperatorum eruditione secundus
his animi dotes obscuravit invidia
tissimos quosque viros tanta prof
præter libros suos, nullos *Romæ* le
nullumque Artificem, pictorem

ptum putant. Sunt quoque ad invidiam proclives, qui angustum, pusillumque trahunt animum, quod illis omnia appareant magna: Invidia vero ad magna fertur: de quibus egregiè ingeniosissimus vates:

Fertilior seges est alienis semper in agro,
Vicinumque pecus, grandius uber habet.

Certè *Anacharsis* interrogatus, cur homines tristitia subinde, ac mœrore conficiantur, & pari dolore aliena commoda, ac suas injurias metiantur; respondit id fieri, quia non solum propria iis mala molesta sunt, sed etiam aliena bona. Et *Bion* cum conspexisset invidum tristi vultu, οὐκ οἶδα ἔφη πότερόν σοι κακὸν γέγονεν ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν. In hanc sententiam *Agis*, Lacedæmoniorum rex, cum illi à quibusdam nunciaretur, esse nonnullos *Spartæ*, magni nominis Viros, qui ipsi inviderent: *Geminam igitur*, inquit, *habebunt molestiam, quod & sua ipsorum mala discruciabunt, atque insuper tum meis, tum amicorum meorum bonis torquebuntur*: innuens eos, quos invidia occupavit, commiseratione dignos magis esse, quam ira, quod abunde sibi ipsis pœnarum darent, etiamsi nemo ulciscatur. Nam invidi, ut bene olim à Veteribus observatum, non eatenus solum cum viperis comparandi sunt, quod ut illæ semper in pectore venenum servent, sed quod ut illæ partu suo enecentur. Hoc solo discrimine, quod viperæ statim moriantur, & expirent, ut à fœtu erumpente, dilaniatæ sunt. Invidi verò paulatim, à sua perturbatione, quam venis & intimis visceribus, animæque fibris pertinaciter alunt, ita conficiuntur, ut ii qui tabe aut lenta febri laborant: nempe ut cruciarii olim Romano ritu crucem suam ferebant, ipsi ab ea mox ferendi: sic invidis omnibus, animi crucem *Deus* imposuit, in qua pœnas luunt, priusquam luant.

Quid sit invidia, Auditores, quæ ejus sint causæ, in quos maxime cadat, hactenus audivistis: superest, ut quæ sint ejus sanandæ remedia videa-

videamus. Solent qui boni sunt, & frugi œcor
mi, ea, quæ ad alendam familiam requiri vid
tur, in æstate, non hyeme comparare. Naucleri
necessariis ad futuram navigationem ante sol
esse solliciti, quam in altum provehantur. For
& strenui belli duces, non de militum tantum
mero, verum etiam de pabulo, & commeatu c
parando, tum condendo, curam ac cogitatio
suscipere, illudque observare quod de re milit
Vegetius scribit: *in omni expeditione maximum istud
ut nobis victus sufficiat, hostes frangat inopia.* Eti
valetudinis suæ rationem qui habent non t
quo pacto morbi jam orti profligentur, quam q
ratione metuendi avertantur, serio cogitare c
sueverunt: Quidni ergo & illa mature compare
tur, quæ ad vehementiores animi perturbatio
coërcendas, & averruncandas conducunt, & q
dem antequam altas radices egerint? At in
animi ægritudines, & perturbationes, quæ fœdi
quæ nocentior, quæ inhumanior dari potest
vidia? Quamvis enim omnia varia bonis viris
diosa ac invisa sunt: Invidia tamen præcipue al
nat ab iis, in quibus est, aliorum animos:
mniumque sibi odia conflat, conciliat, colli
Cæteris vitiis affectos aliquo modo ferimus: q
busdam ignoscimus, quibusdam non nimis off
dimur: quibusdam in hac vitæ ac morum co
ptela etiam oblectamur: prodigos multi amant
varos tolerant: multos aliena intemperantia n
offendit: qui voluptates nimis refugiunt, eti
severitatis, ac castimoniæ laudem ferunt: audaci
in bello interdum aliquis usus est: timidis, &
mis vitæ cupidis ignoscitur: Invidia communi
mnium mortalium odio flagrat, suis, alienis ci
bus, peregrinis, notis, ignotis juxta omnibus in
sa, exosa, intoleranda est. Ex hac enim æmulat
nes, ex æmulationibus simultates, ex simultatib
odia, ex odiis factiones, ex factionibus seditior
ex seditionibus cædes, ac bella funestissima oriu

tu

tur, quæ bonorum crudelissimam lanienam, populorum excidia, Regnorum ac Rerumpubl. vastationes, & tristissimam tandem (ut verbo dicam) rerum omnium faciem inducunt. Gravia hæc sunt, Auditores, verum illud omnium gravissimum, quod magni illius Dei (in cujus manus incidere horrendum est) ira & vindicta in se concitata, non in temporarias solum pœnas, sed & æternas se præcipitent, nisi seria ad *Deum* pœnitentia convertantur. Quum igitur tam periculosum, funestum, enorme sit hoc vitium, quanto studio, quanta sedulitate id à nobis amoliri debemus, & heroicam eorum generositatem imitari, qui quanquam se aliis virtute sua admirabiles reddiderint, in pretio tamen & honore quorumcunque hominum virtutem habuerunt: Vultis exempla? In promptu sunt. Cum *Eldad* & *Medad* in castris Israëliticis prophetarent, *Josua* juvenili quadam æmulatione abreptus, metuens nequid famæ ac dignitati Domini sui decederet, ab eo petiit, ut juberet illos compesci. Cui *Moses*, *An invides*, inquit, *tu mea causa? Atqui utinam universus Dei populus essent Prophetæ!* Numer. 11. 27. Innuens tum demum beatam illam esse Rempublicam, beatum illum populum, in quo non unus, aut pauci, sed ad unum omnes cognitione Dei imbuti, eam propagare, & ubique Dei laudes prædicare studerent. *Johannes Baptista* præcursor ille *Christi*, referentibus ipsi Discipulis, *Christum* Baptizare, & quam plurimos ipsius Doctrinæ audiendæ gratia, eum sequi, tantum abest ut ægre id tulerit, aut inique, ut contra inde occasionem arripuerit laudandi *Christum*, publiceque profitendi eum esse agnum illum Dei qui tollit peccata mundi, se paranymphum esse, *Christum* vero sponsum: Baptizare eum Spiritu Sancto & igni, se aqua, & indignum qui solearum ejus corrigias solveret, se decrescere, eum crescere oportere. *Padaretus* ex *Spartanorum* nobilissimis unus & meritorum suorum

securus interpres, cum petiisset se adscribi in
centorum virorum ordinem, qui honore apud S
tanos primam dignitatem obtinebat, repulsam
sus, discessit hilaris, ac ridens: revocantibus
Ephoris, quidque rideret percontantibus (rati
ab eo derideri ac contemni) *gratulor*, inquit,
Reipublicæ quæ trecentos habeat cives, multo me meli
indicans se plus voluptatis capere ex publico
publicæ bono, quam percepturus erat ex hor
impetrato, & maxima lætitia perfundi, quod
telligeret se virtute, & honore tot viris inse
rem esse. *Cato* à terrarum victore populo re
sus, pila dicitur lusisse, & *Vatinio* postpositus, n
quam esse se minoris ideo putavit. *Aristides*
iret in exilium, sublatis in cœlum manibus, D
comprecatus est, ut *Atheniensibus* omnia sic
spere succederent, ut illis *Aristides* nunquam
niret in mentem. *Alexander Magnus* cum præs
tissimo cursore certans, quum eum animadver
set de industria remisse currere ut ipsi cederet
li succensus (inquit) se non esse ex eorum nu
ro qui præ invidia dolent, si qua in re ab
superentur: se intelligere Deos immortales,
liberaliter quibus volunt, bona sua largiunt
non omnia in unum conferre, sed alia in ali
idque pro admirabili sua sapientia, ne homi
natura superbi se mutuo contemnant, sed ut
ter alterius auxilio egens, concordiam ament,
cietatem conservent; mutuo se complectantur
fectu, à potentioribus tenuiores accersantur, &
tenuioribus vicissim potentiores observentur. H
pauca quæ nunc produximus exempla, seriò
bis imitanda proponamus. Cogitemus quanta
opum, & honorum, aliorumque quibus invid
solet, fragilitas. Quanti ista fortunæ ludib
constent, quanto labore, sollicitudine, moles
nec non vitæ periculo comparentur, ut ea po
dentium misereri potius, quam adeo brevem m
lestamque felicitatem iis invidere debeam
D

Dionysio è regno expulso, & *Corinthi* inter Philosophos sese oblectanti, occurrens *Diogenes*; lepide pro more inquit, se illi novam hanc felicitatem propemodum invidere, tacite innuens hujusmodi paupertatem quæ sua sorte contenta est, feliciorem esse omnibus *Persarum* gazis, *Arabumque* thesauris, ac proinde magis invidendam, quam omnes fortunæ delicias, quæ ut fulgura nihil quam oculos intuentium perstringunt. At si alicui tamen contingat esse in re lauta, & alios invidere sibi animadvertat, invidiam hoc modo subterfugiet, si facilem, humanum & affabilem se præbeat. Raro enim invidetur eorum honoribus, quos æquos esse novimus, & modestos. Contra quo altius ad honores evecti, magis se demittunt, eo magis extolli solent & amari à populo, qui non tam homini, quam bonis quæ eum circumstant, invidet. Optimum quoque est beneficentiæ genus invitis ac repugnantibus prodesse, quod nonnisi summarum mentium est. Cogitemus & illud, nos invidiæ morsu in officio contineri, & à fastu malorum omnium extremo avocari. Deus enim ut Medicus est omnium sapientissimus; ita non uno modo homines curare solet. Invidorum stimulos, aculeos, vexationes tanquam salutaria quædam φάρμακα præscribit, invidiamque felicitati quasi comitem addit, ne altius quàm par est efferamur, sed ut ab ea lancinati intra modestiæ limites consistamus. Quo spectans *Themistocles*, doluit aliquando quod ἔξω τῦ φθόνυ ζῆλῶν in tuto consistens, *in nullius esset invidia. Thucidides* eam appellavit *necessarium potentiæ comitem. Pittacus* tam diu se fortunatum credidit, quamdiu sibi invideretur. Comitatur enim illa incedentes per gloriæ callem, ut umbra eos qui per solem iter faciunt. Sic *Pericles Simmiam* æmulum expertus est, *Themistocles Alcmæonem*, *Epaminondas Meneclidem*, *Cicero Catilinam*, *Clodium*, & alios.

Cogitetur denique cum alios opibus, alios ho-

noribus; alios eruditione, & nominis fama præ multis eminere videmus, omnium horum autorem: & largitorem esse *Deum*, qui ut non uni dat cuncta regioni, sed facit ut *hic segetes, illic veniant felicius uvæ*: sic non in unum omnia, sed in alios alia, atque alia transfert *Deus*, ne scilicet sibi soli natos esse homines opinentur, sed mutuis auxiliis vitæ humanæ societatem conservandam esse intelligant. Quin & illud haud exiguo solatio *Bonis* hac in parte esse consuevit, quod ita fere natura comparatum sit, ut quæ durius in hoc vitæ curriculo vivos premit, ac vexat invidia; gratos post obitum reddat, & acceptos;

Pascitur (enim) *in vivis livor, post fata quiescit,*
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.
Et hi sunt (ut ille ait) *invidia mores;*
Præferat antiquos semper ut illa novis.

Neque *Atheniensibus* suus *Socrates* dum esset in vivis, placuit, etsi *Apollinis* oraculo *Græciæ* sapientissimus judicatus esset, sed cicutam idem innocentissimus bibere coactus fuit. At quem vivum oderant, defunctum postea coluerunt, erecta statua, & in tanto apud eos pretio fuit, ut accusatorum illius quosdam damnarint ad laqueum, quosdam exilio multaverint. Hæc quæ dixi quicunque ad animum serio revocaverit, susque deque aliorum habebit invidiam, nec quicquam de studio aliis opitulandi, nec non publica Reipublicæ commoda promovendi remittit, sed judicio bonorum, & rectæ voluntatis conscientia fretus, res suas optimo esse loco tum statuet, cum aliorum invidiam experiri necesse habet. Ut enim mala conscientia sibi ipsi supplicium est, facitque ut domesticum tortorem circumferens, ad folii cadentis strepitum animus exhorrescat: ita contra vel frementibus omnibus invidis, murus aheneus est, & vitæ anteactæ recordationem parit jucundissimam. Et ut apud *Homerum* herba, Nepenthes dicta, celebratur, quod addita poculis,

O

omnem illico animi tristitiam in conviviis expellat, mœstosque exhilaret: ita mens humana, bonæ conscientiæ præsidio nixa, licet invidia nonnunquam prematur, nunquam tamen opprimitur: Sed Palmæ instar se erigit, viresque lacessita capiens, strenuis, laudandis, & heroicis *crescit audacia captis*, Dixi.

ORATIO XV.

De Ira, & ejus affectis,

Recitata à

CORNELIO van den BROUCK.

CUm oculis intueor frequentissimam hanc doctissimorum virorum coronam, & mecum deputo, quam solida, & subacta sit eorum eruditio, quorum oculos undecunque in me conversos esse animadverto, non possum, dum oneris suscepti magnitudinem cum viribus meis sollicitè comparo, non infantiæ, & tenuitatis meæ sensu, ac conscientia vehementer commoveri. Nam dicendo consequi id neutiquam confido, quod hic locus, & nobilis ornatissimorum virorum consessus, non polliceri sibi tantum, sed & exigere videtur. Tamen cum amplissimorum Curatorum, & rectoris autoritas, laudabilisque hujus Scholæ multis jam retrò annis consuetudo, & officii mei ratio; hanc mihi provinciam imponant, ex hoc loco, de argumento aliquo declamandi, morem iis gerere non dubitavi, & de ea animi perturbatione impræsentiarum apud vos verba facere, quam IRAM appellamus, quæ tantum abest ut ulli affectuum cedat, ut omnium contra, vel ipsa experientia rerum magistra, violentissimus haberi: & dici possit. Nam quid illa aliud, quam *furor*, ut ille ait, *brevis*. Hac qui abripiuntur nihilo insanis saniores sunt, ut bene olim observatum à Poëta, μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζό-

μεθα· & ab alio, qui interrogatus, in quo ira à furore differret, haud inscite mihi respondisse videtur; ὀργιζόμενον τοῦ μαινομένου, μόνῳ χρόνῳ διαφέρειν. Adimit enim illa rationem, tyranno similis quæ in nos, quàm ceteræ animi perturbationes, crudelius sævit, fascesque arripiens, arcem invadit, & mentem de sua sede contra jus fasque deturbat, inimica consilio & sanæ rationi. Nempe ut in præceps lapsis corporibus nullum sui arbitrium est, rapiuntur: sic animus in iram projectus, non sistit se ubi vult, aut cum vult, sed quo non vult, fertur. Nulla quippe vox, nullum consilium, nulla facultas animæ, nulla pars nostri, quæ non ab illa quasi compedibus, & numellis constringitur, ut suis cupiditatibus servire cogat: ut non immerito cum violenta quadam tempestate comparari queat. Quia ut illa in navi malum, antennas, rudentes, anchoras: sic hæc clavum vitæ frangit, nulla ejus recte gubernandæ ratione relicta. Torrenti quoque haud absimilis, & ingenti aquarum diluvio, quo obvia quæque abripiuntur, armenta, stabula, sata læta, boumque labores. Et ut fumus aciem oculorum mordicante vi præstringens, non permittit ea intueri quæ ante pedes sunt: ita hæc tollit consilium, pervertit judicium, planeque hominem sui dissimilem reddit, nec rationis lumen obnubilat solum, sed extinguit. Eximia est, & verè aurea magni illius Episcopi Hipponensis sententia: *quemadmodum*, inquit, *aceto vas in quo asservatur acescit, & corrumpitur: ita homines ab ira*: & ut eos crapula in porcos, sic hæc qua nulla celerior ad insaniam via, in leones transmutat. Quod ut luce meridiana clarius appareat, intuemini quæso, Auditores, hominem ira plus nimio abreptum. Bone Deus! quot eum mala, & incommoda, conferto velut agmine comitantur, quæ dignitatem ejus devenustant, & ad bestias prope dejiciunt. Iræ stimulis accensum cor palpitat, tremunt genua, & manus ardent, & micant oculi,

fron-

tem corrugat, supercilia attollit, labra mor-, pallet, dentibus frendet, fremit, blaterat, in nam ruboremve effervescit, caput plenus mi-um identidem movet, manu gesticulatur, lin-i titubat, barbam sibi, & capillos evellit, ve-m impatienter trahit, pileum versat modo in nc, modo in illam partem, progreditur, regre-tur, pede terram instar equi ferocientis pulsat, & uatit, & quid non? non *Euripus* ipse tot æstibus eciprocatur, quot hujus animus; *ne Orestes* furiis gitatus fureret impotentius. A feris propter cornua, ungues, & dentes natura abhorremus: quibus obvia sibi quævis dejiciunt, dilaniant, discerpunt. Nulla tamen est homine irato formidabilior, nulla ferocior, cum thoracem induit, aut galeam, gladio se accingit, jaculum aut hastam manu vibrat, nihilque aliud quam sanguinem, & cædem spirare videtur: si talis nasceretur, nullum profecto horribilius monstrum, ac portentum dari posset, aut excogitari, nulla *Scylla* tam rabiosa, nulla procella tam calamitosa. Cætera vitia impellunt animos: ira præcipitat. Unde enim turbæ, unde seditiones, tumultus, bella, nonne ab ira? Quas illa *Lerna* proditiones, quas insidias non inceptat? quæ consilia hosti non aperit? quas technas oppugnandis urbibus non suppeditat? quas non superbas ædes evertit, urbes florentissimas solo æquat, regiones fertilissimas devastat? quæ non multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefacit, & contumacissimos jugumque recusantes in alienum agit arbitrium? Quæ eò perniciosior esse consuevit, quò eos magis invadit, qui potentia instructi, in alios dominantur, & sæviunt.

Ira Thyesten exitio gravi
Stravere, & celsis urbibus ultima
Stetere causa, cur perirent funditus.
Ira est quæ procudit enses,
Et miseras inimicat urbes.

Ubi hæc *Thesiphone* cui pro consilio est furor, pro ratione impetus, ubi inquam hæc dominatur,

> ——— *Non Hospes ab hospite tutus;*
> *Non socer a genero: fratrum quoque gratia rara est;*
> *Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.*
> *Lurida terribiles miscent aconita noverca, &*
> *Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

Vultis exempla Auditores? nonne *Theodosius* clementissimus alias natura princeps, ira percitus, ad septem hominum millia *Thessalonica* immisso milite contrucidari, & tanquam si ageretur de capite papaverum, aut cucurbitarum, nullo discrimine sontes, & insontes indicta causa necari jussit? Hac inflammatus *Alexander Lysimachum* leoni objecit, hasta *Clytum* carissimum sibi, & una educatum, inter epulas transfodit, *Betim* trajectis per talos loris, religatumque ad currum equis raptari jussit, & horrendo supplicio vita privari, aliosque sanctitate morum, & sapientiæ studiis insignes viros per tormenta fœde trucidari. Sunt *Alexandria*, *Caracalla* jussu, omnes ii crudeliter interfecti, qui gestus illius ridiculè per jocum expresserant. Iræ suæ monumenta plurima *Periander*, *Sylla*, *Lysander*, *Cassius*, *Cambyses*, *Totilas* & alii reliquerunt. Quid *Caligula* monstrum illud hominis, & naturæ propudium, quo nihil tetrius & funestius Infernus exhalare potuit, ad tantam eum crudelitatem compulit, ut nobilissimos Senatores Romanos sibi invisos, crebris mucronum acutissimorum fodicàtionibus necari, & lenta morte è medio tolli jusserit: nec mirum, quia Tyranni nec lege coërcentur, nec metu: multos etiam honesti ordinis viros, stigmate prius inustos, ad metallorum fodinas damnaverit, aut bestiis dilaniandos objecerit, aut medios serra secuerit, Equitem denique Romanum, feris expositum, cum se innocentem proclamasset, amputata lingua rursum induxerit. Quid Nero portentum illud, & fatale malum generis humani, terræ ater-

æternum odium. Homo mille mortibus dignus, vestigia *Caligulæ* premens, nonne *Atticum Vestinum* Consulem, ut conjuge ejus *Statilia* potiretur, trucidavit? *Antoniam* filiam *Claudii* recusantem post *Poppeæ* mortem nuptias suas, crudeliter interemit? privignum *Rufinum Crispum* poppæa natum, impuberem adhuc, mergendum mari dum piscaretur, servis ipsius demandavit? *Tuscum* nutricis filium relegavit: *Senecam* Præceptorem omni egregiæ virtutis laude cumulatissimum, & sapientiæ admirabile exemplum incisis venis quasi per ludum aliquem & jocum, ad necem compulit? *Cassio Longino* jurisconsulto oculos effodit? *Romam* denique urbem patriam veterum ædificiorum deformitate offensus incendit? & incendium omnis humani divinique juris oblitus, lætis oculis, & hilari vultu è turri Mæcenatica prospexit? Turpe profecto facinus, & furiarum ultricibus pœnis multandum! Sed ut à profanis, ad Sacra transeam, *Simeon & Levi*, vehementi ira perciti, ob *Dinæ* Sororis suæ raptum, statuerunt quidquid futurum esset, *Sichemitas* omnes interficere, nulla nec periculi sui, & parentis ac fratrum suorum, nec innocentiæ eorum qui ex *Sichemitis* insontes erant, habita ratione. *David* qui stationem tuebatur Regis nec seculo pœnitendi, nec animo dejectissimi, cum audiret se à *Nabale*, qui omnem humanitatis sensum à se penitus abdicaverat, repulsum, è vestigio ira accensus, sese ad illum, & quidquid ejus erat perdendum accinxit, præter naturam suam. Fuit enim ille si quis unquam, Princeps clementissimus, & in ferendis injuriis moderatissimus. Sed nullam non vincit, & domat virtutem hæc perturbatio, ubi in animo pedem fixit. *Abimelech* Judex populi Israëlitici devictis *Sichemitis*, & oppido *Thebes* obsesso, & expugnato, oppidanis in turrim confugientibus, adhuc furore ardens, cum ad eam obsidendam properaret, dejecto fragmine molæ in ejus caput à muliere

vitam

ſuper ipſum cadentis pondere ſuffocati
que præcipitantia, inſignis victoria *Ju*
nibus excidit. Et quis tandem, Audit
plorum eſſet finis, ſi omnia quæ huc fa
ſere eſſet animus, me, & certè vos fa
poſſum tamen quin unum hic in medi
cam, non minus horrendum, quàr
bile, quod de Majoracenſi quodam c
ſervo Hiſtorici referunt. Cum enim
ſuum indignis modis, levem quandam
excepiſſet, ira hinc & vindictæ cupidi
ſus, hero peregre profecto, domum
clauſit, & matrefamilias vincta, filios
ſublimiorem domus partem ſecum a
domum reverſus, ſervo de culmine ſeſ
ti & ulciſci certo, minari cœpit, quo
duos hic filios è tecto præcipites jeci
conſternatus Pater, cum etiam tertio
cti veniam, & libertatem ſervo pollic
nihil hic inquit efficies: nares oportet
das, ſi tertium filium ſervatum velis.
ditionem Pater, ſed naſo jam mutil

veterum *Cyclopum* familia immanius excogitari? Et quæ tragœdia vel *Medea* aut *Thyestes* cum hac collata, Comœdia videri non possit?

Videtis Auditores funestissima iræ effecta, ubi immissis semel furoris habenis, celsiores omnes modestiæ calles supergressa, impotenter dominatur, & furit. Harpiis similis quæ contactu, & unguibus omnia diripiunt, & fœdant. *Marius* egregius ille belli dux, cuidam ipsum reprehendenti, quod multa contra leges, & mores Reip. committeret, non audio inquit, quid dicas propter armorum strepitum: de ira idem mihi nunc dicere licet cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest, quamdiu enim illa furit, æstuat, debacchatur, nullus rationi locus est, nullus æquitati: Silent sub turbulento ejus imperio jura, statuta, leges, & si quid salutare suggeris, operam ludis, & surdo narras fabulam. Hanc ergo perniciosam animi pestem, ut orationi meæ finem imponam, sanguine viperino cautius fugite, & aditus illi omnes tanquam hosti capitali præcludite: nam cum intravit, & portis semel se intulit, modum à captivis non capit.

Sed fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Cogitate *facilitate nihil homini melius, nihilque laudabilius, nihil quoque magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.* Illam esse quæ Regnis pacem, quæ concordiam populis, tranquillitatem Rebuspublicis, fortunis & opibus incrementum, oppidis florem, difficillimis temporibus serenitatem, & gaudium largitur. Contra iram perturbationum omnium esse violentissimam, teterrimam, hominęque indignam, cædium causam, calamitatis sociam, & nullam pestem generi humano pluris unquam stetisse: Iram agere hominem in perniciem, sermones ejicere impudicos, amarulentos, scurriles. Ponite vobis ob oculos tragicos eorum exitus, qui huic affectui plus nimio indulserunt. *C. Flaminium*, & *Marcum*

Mar-

Marcellum, Consules bello intrepidos, & stre-
nuos, victos tamen ab *Annibale*, quod natura
prompti, & præcipitis iræ, fortunam, Martisque
aleam sæpius tentarent. *Annibalem* oculos Roma-
norum sanguine avide quidem pascentem, sed ad
voluntariam tandem mortem compulsum. *Mithri*
datem Regem qui una epistola octoginta millia ci
vium Romanorum in *Asia* interemit, verum mor
tem tandem ipse suam bibere fuit coactus. Cru
delissimum *Neronem* in suo ipsius sanguine se vo
lutantem: parricidam denique *Caracallam* centurio
nis gladio confossum. Et quorsum hæc omnia
Auditores, quorsum? Huc nempe spectant, ut in
ferioris ordinis homines exosculentur mansuetudi
nem, clementiam Superiores amplexentur, qua
Cæsarem Deum fecit, quæ *Augustum* consecravit
quæ *Antonium* in primis Pii nomine ornavit. Dixi

ORATIO XVI.

De Causis, & remediis Iræ,

Habita ab

HENRICO SPIERINCHOUCK

QUi corporis humani valetudinem sibi curan
dam proponunt, si ad ægrum eos evocari con
tingat, hoc illis in primis curæ esse solet, ut æ
grotantis vultum intentius contemplentur, man
carpi arteriam contrectent, motum explorent, dum
denique spirantem, ac loquentem observent, un
de morbum latentem deprehendant, & deprehen
sum remediis præsentissimis expellant: Idem in
cura animæ nobis faciendum esse arbitramur, u
scilicet expensis, & consideratis iracundiæ malis
quæ tum privatim, tum publice generi human
infert, de tanti mali remediis serio nunc à nobi
cogitetur. Quod ut fiat, impetrata à vo
bis, Auditores, venia, Medicorum exem
plum

plum imitati, causas hujus perturbationis primum inquiremus, & unde originem suam trahat hæc animi pestis, deinde quæ adhibenda ei sunt remedia, & qua potissimum ratione tam violentus in nobis effectus compesci, & coërceri possit, ordine videbimus. Gravis quidem est, fateor, & ardua provincia, quam in me suscepi, sed illud non parum me exstimulat, quod, quanquam humeris meis impar hoc onus esse videatur, vos omnes tamen habeo susceptæ hujus provinciæ meæ non solum suffragatores, verum etiam æquissimos tenuitatis meæ æstimatores, & me apud eos dicere video, quorum mihi perspecta est benevolentia, queisque illud plus satis exploratum est: *qui non præstat quid vult, præstet quod potest.*

Ut igitur ad rem ipsam accedam, audivistis inter alias animi perturbationes, iram belluam illam feram, immanem, intolerandam, principem obtinere locum, & nullum dari affectum qui impotentius agat, & abripiat homines, nullum qui perniciosior sit, præsertim si Regum, & magnatum animos invadat, & occupet: qui quò magis autoritate, & imperio pollent, eo gravius, & formidabilius excandescunt. Quis enim superba palatia funditus eversa, expugnatas arces, agros exustos, urbes florentissimas solo æquatas, regna potentissima devastata penitus, & exhausta, ad amussim commemoret? cui tantum est flumen ingenii, tanta dicendi vis, tantaque copia, qui seditiones, bella, latrocinia, sacrilegia, bonorum oppressiones, cædes, rapinas quibus mundus perpetuo laborat, recensere aut oratione complecti queat? quis amicitias quas sanctas, ac immortales esse oportet, ab ira non diffutas modo, sed violatas enumerare possit? certe ne is quidem cui Periclæa esset, aut Tulliana eloquentia. Lernæa enim hæc *Hydra* est, cui conficiendæ vix par sit *Hercules*, quæ recisa multoties semper repullulat fœcunda in stragem, atque ut compendio dicam: vera malorum

lorum *Ilias*. At hujus mali dicat aliquis quæ causa? & à quo fonte potissimum manat, ac fluit perturbationum illa omnium deterrima? Prima certe ejus mihi causa videtur esse superbia: neque enim ullum superbum videas, non impatientem, non morosum, non irritatu facilem, si quid in ullum peccetur, & se sperni ab aliquo, aut non reverenter satis haberi, in animum inducat. Vultis exempla? quid quæso *Ajacem* in tantum furorem, & rabiem conjecit, nisi quod se contemni putaret ab iis, qui plus præsidii in prudentum consiliis, quam pugnantium viribus statuebant: Ajacem quidem ad arma promptum esse, sed temerarium; contra vero *Vlyssem* in rebus gerendis prudentem; illum corpore prodesse, hunc animo. *Vlyssem* denique quantum gubernator navis remigi, & dux militi gregario præstat, tantum *Ajacem* antecellere, ideoque *Achillis* arma *Vlyssi* adjudicari justum, & æquum esse, judicarunt. Quod illum tam male habuit, ut laxata iræ fibula, manus sibi violentas inferre nullus dubitaverit. Quæ causa fuit cum *Nebucadnezar*, ira abreptus, tres illos juvenes qui statuam ipsius adorare noluerant, repente in fornacem ardentem conjici juberet, nisi superbus, & crudelis ipsius animus, qui gloriam humana sorte majorem, & soli divinæ majestati convenientem, ferre non poterat, eam quacunque etiam de causa Idolo suo denegari. Et ut Veterum exemplis hoc novum attexam: *Philippus Cominæus* inter alias causas quæ *Ducem Burgundiæ* in ruinam præcipitem egerunt, hanc notat non ex minimis, nempe ambitionem, & ad antiquorum Principum gloriam assurgendi cupidinem, quæ illum iracundum reddebat, & promptum ad bellum vicinis omnibus, quorum aliqui eo longe prudentiores erant, temere, & sine causa inferendum.

Quum igitur ira ex superbia nascatur, nulla ejus compescendæ brevior est via, quam te tuaque *quisquis* es omnia ad humilitatem componere,

omnibus mansuete, modesteque versari, [illegible], & humilitatem hic intelligo, non [illegible] demissis oculorum palpebris, aut sub [illegible], & obsoletis delitescit lacernis, sed quæ in [illegible]. Huic mansuetudini perpetuam [illegible] adjungit: & ut iracundia & super[illegible] plerumque fieri solet ut sub uno eodem[illegible], & in eadem sede moriantur mansuetu[illegible] modestia. Hæc major colenda & tanquam [illegible] cæteris virtutibus substernenda. Ab [illegible], quod te avocare possit, aut debeat. [illegible] sunt & opes? *In tanto fortuna statuit [illegible] constitisse [illegible] non [illegible] esse in rebus [illegible] si alibi præferre propter abundantiam for-* [illegible] te esse dicis, & doctum? num[illegible], diceres. Sapiens enim quantum si[illegible] intelligit, nec gloriatur unquam, sed [illegible] superbis ob honores, & illic morosum [illegible] & iracundum? *Ima permutat brevis hora* [illegible] *Quem dies vidit veniens superbum, hunc dies* [illegible] *jacentem*. Et ut bene alibi *Hecuba*: *Qui-Regno fidit, & magna potens dominatur aula, [illegible] metuit Deos, animumque rebus credulum lætis [illegible] vidiat, & te Troja non unquam tulit docu-menta majora, quam fragili loco starent superbi*. O [illegible], qui hic prudens! & cum vitæ hujus [illegible] secum expenderit, non superbiam [illegible], sed morositatem, & iram facile depo[illegible] & exuet.

[illegible] iracundiæ causa est agnata illa nobis [illegible]; & amor nostri, cum delicata nimis, & [illegible], femina pene dixeram curiositate conjun[illegible] ut videre est in iis qui de cultu corporis, [illegible] vestium forma, tanquam si ex arcula [illegible], nec non de exquisito ciborum appara[illegible] nimio sollicti sunt. Illi enim si mensa satis splendide strata, & in pompam, & si inferantur, non satis ad ipsorum palatum, si te fumus aliquis oboriatur in conclavi, si fo-

cu

cus non satis sit luculentus, sal in mensa neglectus, panis solito durior, candela non dextre satis emuncta, pileum aut pallium malè purgatum, calcei parum extersi, musca parum curiose fugata, aut clavis negligentius manibus elapsa, levi de causa, modo uxori, modo liberis, modo servis succensent, non satis suo pretio æstimari. Nihil tam minutum est, nihil tam leviculum, quod iracundos illos, & morose delicatulos non offendat, articulari morbo laborantibus non absimiles, quorum exemplo sæpe antequam tanguntur, exclamant. Sed curiositatis hujus, & iracundiæ ex ea nascentis, corrigendæ ratio, non aliunde quàm à frugalitate petenda est, & ea tantum expetenda, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria. *Socrates* virtutum viva imago, quum die quodam in mercatu, alios aliud ementes videret, fertur *Deo* gratias egisse, quod illis omnibus facile careret. Et magnus ille dolii habitator *Diogenes*, cum forte pueros aquam manu haurientes videret, patinam ligneam abjecisse, memoriæ proditum est, addita hac ratione, *nesciebam*, inquit, *homini tam bene à naturâ prospectum.* Exempla hæc imitati eam vitæ rationem teneamus, ut corpori tantum indulgeatur, quantum satis. Cibus famem sedet, potio sitim restinguat, & cultus corporis ad honestatem compositus sit, non ad curiositatem, non ad pompam. Est & alia iracundiæ causa Auditores, nimia scilicet credulitas, temeraria, aures quibusvis delationibus aperiendi facilitas, & propensio; quâ fit ut teneris adeò sint auribus, ut quælibet pro veris arripiant, & levissimo rumusculo irritentur. Male. Dandum semper est tempus; veritatem dies aperit: quæ inviti audimus, libenter credimus, & antequam judicemus, irascimur. Sic pauperes, tenuioris fortunæ homines, ut & illi qui aliquo corporis vitio laborant, quavis de causa facile excandescunt, quod scilicet male suspicaces, sibi persuadeant se ab aliis contemni, ut

senes,

senes, ægri, claudi, lippi, lusci, vari, valgi, gibbosi, & id genus alii. Ita humiles illi animi, *queis læva in parte mamillæ nil salit*, ab iræ impetu (ut exulcerata, & ægra corpora ad ictus levissimos gemunt) concutiuntur magis; ut pueri, feminæ, frigidæque temperaturæ homines. At fortes, magnanimi, etsi ab innato calore ad iram proniores esse videantur, tardius nihilominus succensent, quod vilia putant, quæ grandia pusillanimis apparent: sic. biliosi facilius irritantur, frigidi iram servant diutius, sanguinei eam citò concipiunt, quia calidi, sed cito eam deponunt, quia humidi. Nihil quoque magis facit iracundos, quàm educatio mollis, & blanda. Est & victus ratio aliqua quæ bilem auget, ut cibi calidiores. Idem præstat inedia quæ cerebrum judiciumque vehementer debilitat. Unde qui semel tantum die vescuntur, & cibum capiunt, ad iram sunt promptissimi.

Sed violentæ huic animæ perturbationi tempestivè occurrendum Auditores, ne quæ nos infestat, in naturam abeat. Quod ut fiat, menti primò fixum sit, & immotum, non sequi iracundiæ stimulos, perpetuóque in eam curam excubet, ne unquam de solio deturbetur. Nam ut navis quæ inter fluctus sine clavo jactatur, ventis ludibrium debet, & mari: Sic mens quæ in hac vita sine Sapientiæ gubernaculo. Arduum quidem hoc esse fateor, & homini pene desperatum. Quis enim in tanta rerum gerundarum varietate, quasi è speculâ in id perpetuò evigilet, ne à domestico illo hoste opprimatur. Sed quo gravior est homini lucta cum hoc affectu, eò plus laudis referet, si fræno iræ injecto, totus feratur adverso veluti flumine, ad seriam animi moderationem, vimque ejus frangat, ac debilitet. Ut enim illi qui ligna distorta dirigunt, non satis habent ea flexisse ad statum in quo consistere volunt, sed adhuc ultra nituntur in partem adversam, quo spatium nacta recurrendi, in medio commodius illa sub-

ſidant. Sic ab ira quam longiſſime nos abduci oportet, ut nitente in oppoſitum naturâ, medium teneamus. Quod elegantiſſima & vel aureis litteris ſignanda ſimilitudine docuit divus *Chryſoſtomus: Ut ignem*, inquit, *ſi vehementius aggreſſus fueris, extingues, ſi modice, & cunctanter invadas, ureris: ſic in vitiis coërcendis, ſi paulatim conteris, eorum vi abripiere; ſin totis viribus oppugnes, quam facillime fregeris.* Spartani minutis præliis, ac velitatiunculis, Thebanos infeſtando, eos de ignavis ſtrenuos fecere bellatores, nec ante animadverterunt errorem, quam inſigni ab iis accepta clade non libertatis modo, ſed patriæ jacturam feciſſent. Satius longe profecto fuiſſet, initio imbelles omni conatu opprimere, quam lento, & ſegni prælio Remp. periclitari: Ita Auditores, inquam, cum iracundiâ agendum nobis eſſe, in animum inducamus: memores illius Poëtæ:

Animum rege qui niſi paret
Imperat.

Atque adeò in ortu opprimenda, opprimenda inquam, ne dato ſpatio vires recolligat, & incautos dejiciat. Si autem accidat nos facto alicujus offendi, ut culicem aut muſcam moleſte circumſtrepentem levi manu, & ſine ira diſpellimus: idem hic fiat; quid amplius? in mentem veniat à nobis quoque, non pauca perperam fieri quæ alios offendunt & quæ veniam deſiderant: utique tacitus ſpeculator ſui, ſenſorque ſecretus, ad ſingula quibus offenditur, dicat: *Hæc & ipſe commiſi.* Ad hæc cogitet proclivitatem illam ad iram, calorem, præcipitationem, impetum impotentis animi ſigna eſſe, non fortitudinem: illos contra vere fortes eſſe, qui magno *Catonis* animo contu melias, convicia, calumnias ſpernunt, & Stoi ſtomacho concoquunt: imo nulla dote, nullo nere virtutis mortalitatem propius ad naturæ vinæ ſimilitudinem accedere, quam ignoſc erroribus, & obliviſcendo injurias. Ex

s *Aristippi*, qui à quodam contumeliis
nihil tamen commotus; *penes te*, inquit,
e, *penes me audire*: & *Xenophontis* male-
cuidam: *Tu inquit maledicere didicisti*,
scientia, maledicta contemnere. Sic & *So-*
e illud patientiæ exemplum ab *Aristo-*
æ in Theatro verborum lacerátus con-
um abest ut hoc ægre, molesteque tu-
etiam obviam sibi factum adversarium
compellaverit, *An se rursus opus haberet*
contumeliam? Exemplo *Medicorum* qui
borantibus multa condonant, multa
si perperam ab illis nonnulla gesta, si
tam in cibo metam transgressi, vetitos
serint, interdictas potiones hauserint,
severius illos increpant, aut graviori-
objurgant; verum mollioribus dictis
assentantur, adblandiuntur, arrident,
ia sua consilia referunt, ut mitigent,
ı sensim minuant. Recte mehercule,
forte si calcitraret, bos intentaret cor-
allatraret, aut morderet, nonne deri-
s se propinarent, par pari referre qui
Sic si utrinque certabitur ille est me-
ior pedem retulit: victus est, qui vicit.
tra ille animus, & verus æstimator sui,
ıdicat injuriam, quia non sentit. Spa-
ıe animo concedendum est, ut se re-
ıxta illud Poëtæ.

ım tenuemque moram, malè cuncta ministrat
Impetus. ———

Item:

habent parva commoda magna moræ.

ım olim hoc ab *Athenodoro* Philoso-
aledicturus aulæ, monuit *Augustum*, ne
n irâ diceret faceretve, quàm literas
ıræci in digitos numerasset, quo inter-
ad se redeundi spatium daretur. O
giam, & verè dignam quæ in omnibus

Principum palatiis, aureis literis consign
tiebat videlicet insignis Philosophus
summa potestate constituto nihil esse m
limine debellandum, quam animum ul
dum: frænum esse imponendum iracun
cum maximè sit inimica rationi, non di
re nisi temporis exiguitate: Omnes den
liendas irascendi occasiones. Nam ut be
occasio peccandi voluntatem facit, eoque vi
aliter quam in navigando procella. Vi
*ty*s Rex Thraciæ, vasa enim torno egregi
ta, sed fragilia, dono sibi oblata conf
ne cum iracundiorem se natura intelli
rum causa, sæviret aliquando in dome
denter mehercule!

Nam ut Planetæ eò tardius movent
sublimiori sunt sphæra: ita quanto maj
cipum potentia, tanto magis suis affe
derari, & temperare debent, regique
absimiles, qui felle, & aculeo darem
mnem à se amoliri. Facilius enim e
re perniciosa, quàm regere: & non
quàm admissa moderari, nam cum se
sione posuerunt, potentiora rectore sui
cidi se, minuive patiuntur. Sic *Fabius*
vicit quam *Annibalem*. Quid *Scipio?* n
cto *Annibale*, Punico exercitu, omnib
bus irascendum erat, bellum in Afric
lit, tam lentus ut opinionem luxuriæ
malevolis daret? O pulchre! Ira enin
meritatem prona est, & cupida punie
aut nocuit, aut nocere voluit: ita mi
tus animus peccantes non persequitur
cat, & id judicari vult, quod æquum
dimittit sæpe eum, cujus peccatum de
si pœnitentia facti spem bonam polli
intelligit non ex alto venire nequitian
mo, quod ajunt, animo inhærere. V

Ignoscere pulchrum
Jam misero, pœnæque genus vidisse precantem :
nihil quicquam magnum, nisi quod simul & placidum. Dixi.

ORATIO XVII.

In laudem Alexandri Magni,

Habita ab

ADRIANO MONTANO.

Virtutum, extra omnem dubitationis aleam, nobilissima est fortitudo. Ideo à viro illa nomen apud Latinos, & Græcos sortita est, quod hunc maxime deceat, & non nisi Dei, summi illius rerum humanarum arbitri providentia, & principum militumque virtute Resp. protegi, ac defendi posse, haud perperam statuerunt Sapientes. Hacque de causa prudentissimo consilio ac instituto, magna semper præmia, magna congiaria decreta iis qui longe hac præ aliis excelluerunt, erectæ quoque statuæ, delati tituli, trophæa, monumenta, epitaphia, coronæ obsidionales, castrenses, murales, navales, civicæ. Neque mehercule injuriâ. Quis enim non laudibus in cœlum evehendos, amplissimisque honoribus condecorandos eos esse censeat, qui summa vitæ discrimina infracto animo subeunt, aut ea strenuè, fortiterque propulsant, & pro salute, ac libertate patriæ, fortunisque cum suis tum aliorum tuendis, sanguinem effundere suum, data occasione nulli dubitant? Sed, si ut Sapientibus placet, præmiorum διανομὴ in Rep. est necessaria, certe & hoc vel imprimis necessarium esse arbitror, ut non viventium tantum, sed & defunctorum ratio habeatur, quæ magnitudinem rerum gestarum, & merita eorum exæquet, ut in mortuis etiam nominis eorum fama perennet; alisque virtutis subvecta, in seram posteritatem

ſe diffundat, & animis nunquam eorum exoleſcat, quos natura tanquam fortitudinis, & prudentiæ exempla in illuſtri hoc mundi Theatro collocavit. Talis mihi præ aliis, ne longius abeam, *Alexander* nomine & reverà magnus, nulli Veterum, tum rerum geſtarum gloria, tum generis illuſtriſſimi antiquitate, tum inviċtiſſimi animi magnitudine, tum maxima potentia, ac amplitudine Imperii, tum ſummæ felicitatis admiratione, poſtponendus. In cujus encomia, & laudes inpræſentiarum nunc ire in animum induxi, ejuſquè pro ingenii modulo virtutes deprædicare. Hoc unum Auditores à vobis qua poſſum animi demiſſione contendens, ut qua alios benevolentia ante me, ex hoc loco dicentes complexi eſtis, eadem nunc & me complecti dignemini.

Alexandri proſapiam ſi exquiritis, natus hic ſtirpe vere nobili: Patrem enim habuit regem, matrem Olympiadem *Neoptolemi* regis filiam. Patrem eximiæ fortitudinis virum, & imperatoriis virtutibus ſi quis unquam Regum aut Principum, inſigniter inſtructum. Natus in urbe *Pella* urbium *Macedoniæ* non ignobili, & ea ipſa die qua natus, duæ aquilæ diem totum faſtigio domus involitantes, nomen duplicis Imperii *Europæ*, atque *Aſiæ* non obſcurè portendere viſæ ſunt. Nam adepto longè potentiſſimo *Macedoniæ* regno, tanta cum prudentia, tantaque animi fortitudine, magni illius Regni gubernacula tenuit, & Imperii habenas, ut non ſolum Majoribus ſuis, qui & honorum ſemper cumulo, & rerum geſtarum gloriâ maxime eminuerunt, ſimilis fuerit, ſed & nominis eorum ſplendori haud exiguum quoque attulerit lucem, imo tantam, ut quotieſcunque Principis hujus virtutes, ac præclara facinora ſeria cogitatione complector, & quam ex iis conſecutus ſit nominis, & famæ claritatem, ingenuè fateor, mentis meæ aciem ſic ea perſtringi, ut ad hunc ſolem hebeſcat plane, & caliget. Verum ut Solem adver-

adversum intueri non est hominis; sed ex radiis longè lateque diffusis quanta sit ejus magnitudo, quamque immensum sit lumen, facile est comminisci: ita quamvis in splendidissimas illas virtutes, quæ in hujus Principis heroïca plane anima olim fuêre, mentis oculos defigere nequeam, magisque metuam ne quid de illius magnitudine deteram, quàm eam me verbis exæquare posse confidam, tamen ex optimis ejus actionibus, & rebus præclarè gestis, quam excelsi fuerit animi, levi saltem Orationis penicillo adumbrare conabor.

Ab ineunte ætate generosæ, egregiæque suæ indolis si quisquam manifestissima indicia proferre cupit. Factus enim annorum duodecim, cum ex æqualibus nonnulli ex eo percontarentur, in Olympico nunquid stadio libens decertaret (plurimum enim pedum velocitate pollebat (*libens equidem*, inquit, *si decertaturos mecum Reges sim habiturus, aut Regum filios.* Et cum olim forte absente patre Philippo legati à Persarum Rege venissent, eos cum hospitio, tum consuetudine captos, jucundissima sibi familiaritate conjunxit, admirantes in tanta annorum immaturitate, tantam mentis maturitatem, quod is nihil aut humile, aut puerile sciscitaretur, sed aut viarum longitudinem, aut superiorum itinerum modos perquirebat: multà super Rege, qualis in hostes esset, nunc super *Persis*, quæ vires, aut quæ eorum esset potentia, rogitabat, quasi ab incunabulis maximarum rerum administrationi innutritus. Quas res admirati legati latè diffusam *Philippi* gravitatem, nihil præ hujus pueri indole, & majore quàm ætas pateretur, animi magnitudine duxerunt: nempe

Multum teneris sibi spondet ab annis
Vox populi, & primo præsagia sumit ab ostro.

Et ut à matutinâ cœli facie, reliquum diem conjicimus: sic à primis virtutis igniculis, in ætate puerili, reliquam vitam. Mores enim & jam

tum in illa ætatis teneritate graves, severi, positi, & humanitatis tamen, ac facilitatis temento temperati: ut eos quibus cum una incredibili quadam morum suavitate concilia bi, & exemplo suo, ab omni vitæ licentia caret. Quanta autem in eo adhuc puero, in arduis suscipiendis animi promptitudo? App ne multa adducam exempla, in Bucephalo forma quidem spectabili, sed ferocissimo. cum Philippus pater abduci, atque remove sisset, quod sessorem non ferret, & in omu surgeret, Alexander cum forte adesset; inquit, *isti equum perdunt dum eo per imp uti nesciunt*, moxque ad equum accurrens reptis habenis, eum convertit ad solem. A terat enim quod incurrentem, & agitatam oculos umbram cernens, percelleretur: molliter eum ad cursum incitavit: quem u rocientem vidit, & exultantem, abjecta l chlamyde insiliit in eum, & nullo negotic scendit. Fræno autem placidè arrepto, sine calc impetum ejus repressit: sed ut mitigatâ fer equum currere gestientem vidit, admisit jam vocemque ferociorem, ac pedum pulsum buit. Quid hic *Philippus*? sollicitudo, ac sile eum primum incessit; mox gaudium non si chrymis, cum equum reduxisset, filiumque culatus in has erupisse voces, fertur: *Quære*, i *fili par tibi regnum, quando te jam Macedonia non* Præsagiebat quippe vir prudens, tam excell doli non suffecturam paternam ditionem. mehercule de nihilo. Huic enim patris præ eventus postea haud infeliciter respondit.

Quantus enim in hoc principe adhuc Martis verè pullo, nominis parandi ardor? ta ad majorum suorum gloriam, & decus gendi cupido? Quoties à patre aut nobile dam captum oppidum, aut memorabili parta victoria nuntiabatur, haud mag

it, sed ad æquales conversus: *Omnia ô* *occupabit, ita ut ne nobiscum grande aliquod,* *facinus ostentare sit reliquum.* Non enim illecebrarum, aut pecuniæ: sed sola gloriæ cupido tenebat; quoque ma- facultates acciperet, eo se minori ge- existimabat. Quocirca crescente Domi- s præclaris gerendis, materiam magna exhaustum iri ratus, non opes, non non epulas, non convivia, verum certa- magnas ardebat, & principatum, atque un- iam virtute sua, nominisque immorta- mpararet, affectabat. Adeptus enim ilippo, Imperium, vigesimo ætatis an- a invidiâ, & gravissimis odiis, ac peri- ue circumseptum, tantà cum humani- dentiâ rexit, ut conciliatâ sibi vulgi be- alii corpus, non virtutem, alii vero egis solum immutatum esse dicerent. item non ita multo post expeditione in quam generali totius *Græciæ* concilio erat designatus, ut *Persis* bellum infer- *racium* sæpe multis cladibus afflixerant, eritate, fortitudine, vigilantia, quanta leritate, illam terrarum maximam at- ssimam, armis debellatam imperio suo ngentibus vastisque fluminibus similis, ab ortu ipso magna sint, perpetuo tamen ressu, eo majores undas volvunt, eo am- eruntur alveis, quo à fontibus suis lon- erunt. Sedatis enim motibus, quibus de- a ad *Persas*, *Athenienses*, *Thebani ac Lace-* casionem dederant, ad *Hellespontum* itu profectus, in Asiam ut viam futuræ ai aperiret, incredibili ardore mentis rajecit, & parva militum manu, nempe triginta millibus peditum, quinque quitum, navibusque centum & octo- animo supplens, quod numero deerat)

potentiſſimum Perſarum Regem *Darium*, cujus copiæ erant decies centum millium hominum, iteratis præliis profligavit, attrivit, vicit, triumque prope annorum ſpatio, univerſum terrarum Orbem ridente illi fortunâ, ſub poteſtatem ſuam redegit. Quid mirum? Erat enim ſi quiſquam Princeps bellicoſiſſimus, in conſiliis exequendis celerrimus, in periculis aggrediendis paratiſſimus, nec magis imperatoriis virtutibus fretus, quam fortunâ, & audaciâ: ut ſi neceſſitas poſtularet, non minus militem ageret, quam belli ducem. Vultis exempla Auditores? Infinita futura eſſet Oratio & multorum dierum non unius horæ, ſi ſingula perſequi vellem. Quam enim excelſo animo maxima, & inacceſſa tentavit, abſolvit! Unum tantum adducam, quod nobis erit inſtar omnium, nam cum ipſe ſe ſatis laudet, ego præſtantiam ipſius tacitus admirari malo, quàm & infantiam meam prodere, & laudes ipſius ingenii culpa deterere: ſed ex ungue leonem. Quid enim dictis opus eſt, ubi facta ipſa loqui quodammodo videntur? Quàm generoſo, & infracto animo oppidum *Oxydracarum* arripuit? Primum enim eò cum perveniſſet, admoveri ſcalas juſſit, cunctantibus aliis, ilico plenus virium, ſanguinis, animi evadit in murum. Sed cum hæreret magis, quam ſtaret in muri margine. Ille quid? deſiliit? aut pedem retulit? Minime. Sed clypeo undique ingruentia tela propulſans, intrepide impetum hoſtilem ſuſtinuit, tanto vitæ periculo, ut jam jam periiſſe videretur. Undique enim ex turribus petebatur, nec ſubire milites poterant, quia ſupernè vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem periculi pudor vicit; quippe cernebant cunctatione ſua dedi hoſtibus Regem. Seſt feſtinando morabantur auxilia. Nam dum pro ſe quiſque certat evadere, oneravere ſcalas, queis non ſufficientibus devoluti unicam ſpem Regis fefellerunt. Rex clamantibus amicis, ut ad ipſos deſiliret, tantum abeſt ut aurem

iis

iis præbuerit, ut contra in urbem hostium plenam, præcipiti saltu, semet ipse immiserit. Audax mehercule facinus! quippe antequam assurgeret opprimi poterat, & capi vivus. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. Itaque stans iniit pugnam, donec gravi vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma moribundo similis, adeoque resolutus, ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra. Sed cum ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurreret, ultimi dedecoris indignitate commotus, linquentem revocavit animum, & nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. O invictum animi robur! O constantiam admirabilem! Tandem *Peucestes* per aliam oppidi partem deturbatis propugnatoribus, Regi supervenit, qui tribus jaculis confossus, non se tamen scuto, sed Regem tuebatur. Subiit quoque *Timæus* qui multis adverso corpore vulneribus acceptis, egregiàque editâ pugnâ tandem cecidit. *Leonatus* etiam dum avide ruentes Barbaros submovet, cervice graviter ictâ, semianimis procubuit ante regis pedes. Jam & *Peucestes* vulneribus fatigatus submiserat clypeum. In *Aristono* spes ultima hærebat: hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. Inter hæc ad *Macedones*, Regem cecidisse, famâ perlata est. Terruisset alios quod illos incitabat. Nam periculi omnes immemores & vitæ prodigi, dolabris perfregêre murum, & quà moliti erant aditum irrupêre in urbem; Indosque plures fugientes, quàm congredi ausos, cecidêre. Senibus, feminis, infantibus non parcitur. Quisquis occurrerat, ab illo vulneratum Regem esse credebant. Quid multa Auditores? cuncta egregii Ducis munia implevit, nusquam sibi in periculis indulsit, eâque de causâ cum nullo unquam hostium congressus est, quem non vicerit, nullam gentem adiit, quam non sub jugum redegerit, & potestatem.

Τὸ γὰρ βούλεσθαι πονεῖν πάντων κρατεῖν ...
Voluntas ad laborem propensa cuncta vincen
superare consuevit.

Sed bellicis ejus virtutibus recensendis, ne at
tione vestrâ abuti videar, supersedeo, ...
Principis nostri virtutes morales fuerint vide
Inter alias facile de principatu contendit Ju
cujus si quisquam fuit observantissimus. Nunq
enim ad jus dicendum se accinxit, nec ad quer
suorum, & accusationes audiendas se compo
nisi clausâ alterâ suâ aure, quam integram, &
liberam accusato servavit, ne temere quemqu
aut indicta causa condemnaret, memor illius
ta: Μὴ δὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον
ἀκούσῃς. Præclarè mehercule, & sapienter! illa q
pe omnium virtutum regina est, imperiorum
sis, & fundamentum. Sine qua leges velut gla
in vaginâ reconditus, vel in usu consenescunt
fraudulenter malis artibus circumveniuntur: A
ut vitam è vita tollat, qui Justitiam è Mundo
lit. Eâ enim remòtâ, quid regna sunt, quid pri
patus, quid imperia, nisi magna latrocinia? and
& impietatis asyla, scelerum officinæ, ubi lice
immissis habenis, celsiores pudoris, & verecu
calles supergressa, impune dominatur, & f
Contra ubicunque Justitia dominatur, illinc f
des, illinc doli, illinc perjuria exsulant; non a
teri, non raptores, non fures, non sicarii, non v
fici, non latrones reperiuntur: ea denique pr
modum eveniunt quæ aureæ ætatis hominibu
venisse memorantur. Hanc regiarum virtu
gemmulam præ aliis amavit, hanc intime co
tanquam unicum Regni sui stabilimentum, &
cus. Ac ne suo tantum arbitrio, quod fere est
rannorum, Remp. regere, & administrare videre
nullum ille unquam facinus magnum, & me
rabile aggressus est, nisi prius in consilium adh
tis Satrapis suis, & purpuratis, qui autoritate
prudentia apud eum pollebant, quibuscum

gravissima Imperii negotia communicare nunquam subterfugit. Sciebat enim vir altæ mentis, nihil Principi, nihil quoque magnis consiliis magis esse inimicum, quam φιλαυτίαν, & plus *Ægeriæ* arcanis, quàm *Marti* & armis acceptum referri, palmasque omnes, laureas, trophæa, non tam lacertorum firmitudine & armorum potentiâ erigi, quam animi robore, & prudentiâ. Ita profecto est. Quid enim aliud *Mercurii*, ac *Martis* in unum corpus conflatorum simulachrum? quid duorum conjunctæ aræ? quid conjuncta delubra aliud significarunt, quam *Mercurium*, hoc est consilium, ac ingenium ita necessarium *Marti*, & bellicis studiis esse, ut divelli alterum ab altero, sine alterius interitu non possit? Quid aliud Antiqui, cum *Palladem* fingunt ex cerebro Jovis natam, hasta, galea, clypeo, & ense cinctam? cum fabulantur lupum victum à vulpecula, & immani vastitate, ac robore gigantem ab *Vlysse* domitum, & oculo privatum *Cyclopem*? quam bellorum armorumque felicitatem, ac successum ab oculata prudentia, à consilio proficisci? Sed ne has solas in *Alexandro* virtutes fuisse arbitremini, fuit & naturâ temperantissimus, & in afflictos clementissimus. Cum enim nunciaretur, matrem uxoremq; *Darii*, & duas filias virginis, quæ inter captivas ducebantur, lamentari, *Darium* tanquam peremptum; *Alexander* illarum magis, quam sua permotus fortuna, *Leonato* ad eas misso imperat, ut nuntiet eis, nec *Darium* mortuum esse, nec esse quod *Alexandrum* timeant: quippe bellum cum *Dario Alexandrum* de imperio gerere, neque illis quicquam ex pristinâ fortunâ, quæ regnante *Dario* fuerat, defuturum. Dictum factum. Sed pulcherrimum, & maxime Rege dignum beneficium ejus in fæminas generosas captivas, & castas extitit, quod nihil neque audirent, neq; exspectarent turpe, sed quasi non in hostium castris, adeo non castis, verum in sacris Vestæ Templis servatæ, in abdito extra aliorum oculos agerent.

rent. Et quidem perhibetur Darii conjux longè omnium reginarum venustissima, ut virorum ille pulcherrimus, filiæ etiam similes fuisse parentum. Sed Alexander profectò temperare sibi, quàm hostes vincere magis regium ducens, ab iis abstinuit, sanctèque eas, & reverenter habuit.

Hic quid dicam Auditores? Uno hoc Orationem meam vero finiam. Faxit summus ille Imperiorum stator, & vindex Deus, ut hac in parte multi hodie Principes exemplum Alexandri sibi imitandum proponant, & pari studio ad regias has virtutes, præsertim temperantiam omnium virtutum fundamentum seriò contendant. Sine qua nihil homo boni non dico agere, sed ne cogitare quidem potest. Da enim mihi hominem intemperantem, eumque in hujus mundi theatro colloca, ad quæ hominum officia, ad quos vitæ usus erit idoneus? Hanc ergo ament, sectentur, colant, cujus præsidio tollentur ea quæ vitam inertem comitari solent flagitia, extinguuntur libidines, refrenatur luxuria, inhibetur crapula, reprimitur cursus earum rerum omnium quas nihil agendo male agere homines incipiunt. Contra voluptatem fugiant, quæ homines ab omnibus societatis humanæ officiis excludit, libertate exuit, humana forma spoliat, probrum castis, labem integris, infamiam bonis infert, facitque ut navis discordibus acta ventis; sic hominis vita pugnantibus inter se fœdissimarum libidinum flatibus agitata, in omnem vitiorum turpitudinem præceps ruat, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur: adeo ut nescias ab hostibus ne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

ORA-

ORATIO XVIII.

In laudem Q. Mutii Scævolæ,

Recitata à

SIMONE HELLIO.

QUi ex hoc loco primum verba faciunt, ſolent in auſpicio Orationis ſuæ quædam præfari unde ſibi benevolentiam, & audientiam concilient. Quem quidem morem etſi non improbo, dignius tamen ornatiſſimo hoc doctiſſimorum virorum conſeſſu fore arbitror, ſi ſecutus fuero diſciplinam Areopagitarum, apud quos olim lege ſancitum erat, ne quid fas eſſet dicere, quod ad rem & propoſitum non attineret. In quam ſententiam eo magis propendeo, quod, quacunque oculos flecto, tanta ſe dicendi materia offert ut vix mente complecti queam, quid primum, & quid poſterius differendum eſſe videatur. Dicturus enim de *Q. Mutio Scævola* ſatis intelligo, quam difficile, quàm arduum ſit in laudes eorum ire, qui fortitudine ſua æternum ſibi nomen compararunt, & ad tantum gloriæ, & honoris apicem aſſurrexêre, ut nullius quamlibet etiam diſerti, & eloquentis oratio magnitudini unquam eorum reſpondere queat. Sed in hâc conſcientiâ tenuitatis meæ una me cogitatio ſublevat., quod mihi apud vos dicendum eſt, qui & ea prudentiâ eſtis, ut quanta quis laude dignus ſit, ex merito ipſius, non ex iis, quæ de eo dicuntur, ponderetis, & ea in nos qui cathedram hanc conſcendimus benevolentia, ut eis qui potius quam officio ſuo deeſſe videantur, ejus pene oneri ſuccumbere malunt, facile ac libenter ignoſcatis.

Itaque omnibus iis nunc poſthabitis, quæ demerendi favoris ergo, afferenda eſſe, dicendi ma-

magiſtri monent, orationem quam magni Romani laudibus devovi, veſtra nixus hum te, aggrediar.

Ita homines naturâ fere comparati ſunt, more ſingulari patriam complecti, innati lis pene ſit, ac ingenitum, & pro defenden quæ naſcentes gremio, & ſinu ſuo excepi qua infantia eorum vagiit, pueritia luſit, j tus educata eſt, maxima etiam vitæ diſcr ſubire non detrectent. Videmus ne longi eam in *Scævola*, qui cum patriam urbem, MAM annonæ laborantem inopiâ à *Porſen* truſcorum rege, triennali obſidione, & q arctiſſima premi, belliſque continuis in animadverteret, oppida diripi, vaſtari, i di, nullam ſexus, nullam ordinis, nulla tatis rationem haberi, cæde ac ſanguine con omnia, triſtiſſimi ſuorum ſtatus impatient dolore victus, omnes eò curas convertit, malo hoc diuturno urbem fortiſſimam libe hoſtiumque manibus vitam, bona, fortunas, juges, liberoſque civium eriperet. Hæc ſeri ctes dieſque non temeritate, ſed ratione, mentis impetu, ſed deliberato conſilio ſecu putans, ſolus ſeſe in caſtra conferre conſtituit tuens vero ne ſi inconſulto iſtud Senatu fac transfuga haberetur, eundem adiit, petiit ve ſuamque his verbis mentem aperuit. Quis r noſtrarum ſit ſtatus, & quanta huic urbi n impendeant pericula, quanta diſcrimina, ipſi tis Patres, quamque indies triſtiſſima patriæ lis veſtris, noſtriſque omnium ſeſe offerat im Fines noſtros hoſtis ingreſſus, agris jam pr exuſtis, prædiiſque ac pomæriis urbis ferro, maque miſerrime devaſtatis, ſummam nobis nam minari, omniaque in eam moliri vide quæ ab infenſiſſimo hoſte expectari ſolent. calamitoſo, ne dicam deſperato pene rerum quid veſtra fide faciendum; quid tentandum

tatis Patres, & quæ huic malo judicatis adhibenda esse remedia? Quis tandem obsidionis hujus eventus? quæ liberationis spes? copiisne nostris hosti occurremus? sunt illæ ut nostis extenuatissimæ. Nec non fame, ignobili mortis genere, cum quâ diu nobis colluctandum fuit, fractæ penitus, & attritæ. Hostem nostro sanguine cruentum, nostris spoliis onustum, & quem Tyrannum esse, unicuique nostrum est exploratum, in urbem turpi deditione recipiemus, cochlearum more intra testam latitantes? Absit. Quis enim tam venalis animæ, tam sui prodigus, tam saluti suæ iratus? Mori centies, aut in remotissimis silvis, solitudinibus, tesquis, immanes inter feras oberrare, quàm hoc admisso, in urbe commorari, satius longè esse duco. Quandoquidem cicurari aliquando, & domari bestias videmus: At Tyranni quam diu spirant, non nisi cædes, lanienas, stupra, incendia, populationes respirant, jura omnia pervertunt, sacra profanis miscent, crudele imperium ubicunqne admittuntur, exercent, leges iniquissimas ferunt, vitam juxta & bona optimi cujusque, & fortissimi civis proscribunt, eaque publicis præconum hastis, & carnificum gladiis subjiciunt: nec si vel *Prometheus* eos refingat, aut *Vulcanus* recudat, alii unquam futuri. Quid ergo mihi consultissimum hoc rerum articulo videatur, vobis exponam; clausis ut jam nobis ex desperatione crescat audacia, & cum spei nihil sit, sumat arma formido. Stat sententia vobis annuentibus, sedetque immotum animo, clam hostem ipsum, cujus immanitatem jam heu nimium experti sumus, in castris adoriri. non prædam inde aliquam reportaturus, ut à gregariis fere militibus fieri solet. Aliud longè mihi propositum Patres, aliud mihi nunc in animo, si vestra, quod spero, venia, diisque (ita loquebatur) faventibus, facere istud mihi licuerit.

Voti sui Romanus noster compos factus, &

plenus

plenus animi ſpem in manu ac celeritate hab
licentiâ in caſtra hoſtium exeundi impetratâ,
jam eò veniſſet, & prope regium tribunal co
tiſſet, ſtipendium ibi quendam militi nume
tem, à Rege ſecundum, & pati cum ornatu
ſpexit, ubi hæſitabundus nonnihil & in bivio
ſilii verſans, (quod Regis ſcilicet ignarus eſſe
menſque interim ſciſcitari, ne ignorando Reg
ſemet ipſum proderet, nec etiam re infecta re
conſultum judicaret, pro Rege ut maxima cc
ſæpenumero deſtituit ſucceſſus) ſcribam obt
cat. Cum jam in fuga gladium à cæde caler
Heroici ſui facinoris teſtem manu teneret,
currente undique militum turbâ à ſatellit
comprehenſus ad Regis tribunal ducitur. Sed
que tum ulla titubationis, palloris, metus, l
tantiæ, trepidationis, nedum facti pœnitu
ſigna (ô virum, ô animi robur!) in eo appa
re, verum metuendus magis, quam metuens, ii
ctoque animo in has voces verè maſculas e
pere non dubitavit: *Mutius ego ſum Scævola, no*
& re Romanus, qui me hoſtibus hoſtem exhibui, ac
pridem mihi plane perſuaſeram, omni modo defende
eſſe Patriam tam graviter periclitantem. Hanc ergo
guinis mei prodigus, dum in victoria ſalutem, in v
te victoriam, in vita ob talem cauſſam in omne d
men exponenda virtutem poſitam eſſe judico, ejus
randa compendiariam inire viam, in animum indux
poſthabito vita mea periculo, fortuniſque neglectis,
tra hac mea te necarem: verum cum fato neſcio quo,
nus hac aberrarit, & vivum, adhuc, atque incolu
oculis hiſce meis invitus intueri cogar eum, quem ca
jam & ferro ſublatum eſſe arbitrabar, errati ſui
pœnas, oſtendetque & facere, & pati fortia Roma
eſſe. Tibi vero Porſena poſthac neque alii deerunt
optimis avibus, ſecundiſſimis auſpiciis, conjuratis oa
eundem in te animum hoſtilem, in patriam benev
gerent. Ignaviam acuit neceſſitas, & deſperatione
nunc fractos penitus, & attritos putas, in audaciam

*tam militum numero, non robore, semper vi-
ur: victis etiam interdum redit in præcordia
una salus victis nullam sperare salutem, nihil
arduum, quod animi fortitudine superari
Proinde non acies, non legiones adducemus,
us, sed uni tibi cum singulis nobis res futura
i Romana juventus bellum indicit, non in pa-
& collatis signis, non machinis, non balistis,
militaribus, non turribus, vallis, fossis, ag-
l in tentorio tuo & tribunali.* Quo audito,
n accendi jubet, addita comminatione,
sibi insidias struere statuisset ingenuè
ır, jam jam audaciæ suæ pœnas datu-
Mutius audax animi, & imperterritus,
ammarumque contemptor, ad Regem
: *ut quam* inquit *mortem illi contemnant
as patriæ, & gloriæ consequendæ studium ip-
ulcius, errati jam mei pænas luam*, simul-
:m immissam in ignem combussit, de-
ejus flammis ultricibus expiavit. Quo
i leviter commotus Porsena: *tu vero in-
lescens abi, in te magis quàm in me hostilia
tudinem tuam laudarem magis si pro me, si
vea ista virtus staret. Nunc quoniam te vi-
, strenuum, animi plenum, patriæ amantem
um te hinc dimitto.* Simulque ubi intel-
ıon *Mutium* unum, sed plures Romæ
es esse, vitæ suæ insidias qui facerent,
iculatim se prius concidi, ac comminui
, quàm vel tantillum ab amore patriæ
misso *Mutio*, pacis fœdus cum Roma-
aratus, legatos suos Romam misit, qui
nt, & acciperent.

.mum hic admirer, aut prædicem, si
Auditores, idem mihi planè accidere
ımento ingenuè, ac liberè fateor, quod
solet, qui cum in ædes superbe, ac ma-
tructas deducti sunt, si atria hinc inde,
a tapetis, & aulæis insignita, & pretio-

sa

ſa ſupellectile condecorata intueri detur a
lari, tam varia undique eos rerum ſubit
tio, & ad quævis ita obſtupeſcunt, ut und
mum in tanta, tamque opulenta, ac ſu
dium nitela, laudum ſuarum initium faci
conſtet. Quid enim? An in facto laudai
finis potiſſimum ſpectandus eſt, non cai
qua vero juſtior eſſe poteſt ea quæ patriæ
inquam ſalutem ſpectat? Magnum profe
mis nomen Carthaginenſis ille *Annibal* l
bi comparavit, egregiiſque reportatis
non minus cruentum quam diuturnum
nis bellum intulit. At in perniciem hoſti
in patriæ ſuæ tutelam fecit quæ fecit. Prin
dimicare ſolitum *Alexandrum*, referunt
rum monumenta, hacque de cauſa non
amicis reprehenſum fuiſſe legimus, quo
illud minus eſſet, eon Imperatoris. At h
non alia de cauſa quam ex ambitione
conſequendæ cupidine, factitatum fuiſſe,
videt? Sed *Mutius* hic noſter tanquam
millus quid? Non ambitio, non nomin
non vanæ gloriæ aucupium, non aura p
ſed patriæ, patriæ inquam conſervatio
fuit unice, & cordi. Hanc ſummis peri
vitæ ſuæ diſpendio liberare conatus eſt. Q
bello aut calamitoſius, aut funeſtius e
poteſt? Obſidione deinde, & quidem t
qualem tunc ſuſtinuerunt Romani, quic
quid miſerius? ipſa vero fameſque tun
in quoſvis cujuſcunque ordinis graſſabatu
to cum dolore toleranda fuit? quæ po
mitas? quæ lacrymæ? quæ Deum imm
auditæ in urbe querelæ? hanc enim n
eſſe violentiſſimam & maxime formida
urbium etiam munitiſſimarum expugn
rei militaris periti ſtatuunt. Quia non
lum illa, ſed peſſima inſuper malorum
eſt. Ad quæ enim flagitia, & ſcelera per

homines non impellit? quos tumultus, factiones, dissidia, turbas, tragœdias in obsessis urbibus non excitat? Quid non audet? quæ non molitur? Quod experimento suo Romani plus satis didicerunt, cum à *Porsena* Roma arctissima obsidione cingeretur? His ergo tot tantisque malis uno eodemque tempore Romæ concurrentibus, cum *Scævola* solus remedium adhibuerit, & quidem inopinato, rebus jam desperatis, Patriamque labantem, & ab alto potentiæ suæ culmine jam jam ruituram, ut *Atlas* alter suffulserit, quis eum non omni laude condecorandum esse judicabit? Præsertim cum eam vindicandæ patriæ viam inierit, quam ne infestissimus quidem hostis merito culpare queat, & quam nemo alius vel tentare, vel audere sustineat? Res Auditores bello maximas *Alexander Magnus* gessit, triplici prælio, regnum *Persarum* florentissimum subegit, & imperio adjecit, trienniique fere spatio fulminis instar obvia quæque prosternens, ab ipsis *Europa* finibus ad *Gangem* usque acies, & castra Macedonum promovit & Solis pæne regionibus, ac Mundi ipsius fine distendit, sed hæc non solus fecit, ac forti instructus exercitu, & ea Macedonum acie, quorum agmen & stare paratum erat & sequi, intentum ad ducis non signum modo, sed nutum. Insignes ab hostibus victorias Scipio, acer animi & militiæ, cum æterna nominis sui laude reportavit, *Annibalemque* ex *Italia* retractum, & aperto Marte superatum, pacem mendicare coëgit. At non solus, sed lectissimorum militum, atque ducum opera, hoc consequutus est. Habuit qui in partem laudis venirent. Ideo prudenter ille Epyrotarum Rex *Pyrrhus*, cum rebus non minus strenuè, quam feliciter gestis, domum rediisset, & à suis Aquila diceretur: *per vos* inquit *Aquila sum*, cur enim *non essem, cum vestris veluti pennis, ac fortitudinis alis sublever.* Modestissimè gloriosi sui nominis laudem in milites suos transferens. Noster vero Romanus

rari, quàm gloriam, & nominis immortalit
Viderunt inquam strenuas, ac vegetas me
magnos tum edere impetus, & insignia cape
crementa, si præmiis afficiantur, vitæque
præsidia esse firmissima, & virtutum fom
nec aliam ego causam esse existimo, cur R
nepotes, ædes HONORI & VIRTUT
mellas junctim locarint, rati ibi esse laudum
mia, ubi sint gloriosæ virtutis merita; ne
quam aditum patefecerint ad Honoris Tem
nisi qui virtuti rite litassent. Sed & vos Viri
tissimi, hæc ipsa movebunt, ut non temere
dicendi provinciam super hoc argumento
susceptam esse statuatis! cujus dignitati si
non responderit Oratio, veniam mihi dari
cum nulli tanta sit dicendi vis, tantaque c
qui laudes ejus exornare satis, nedum exæ
queat. Unum hic opto, ut virtus illa, &
fortitudo, quæ olim in *Scævola* fuit omni su
fortuna digno, in iis nunc reviviscat, qui pa
hodie in fluctibus & procellis his rerum tu
ac salvam esse volunt, proque ea animo ex
& infracto pericula adeant, pro imperio, pro
tate, pro aris & focis, sanguinem suum profu
minime dubitent. Et profecto, si præterit
temporum memoriam replicemus, præse
que Patriæ nostræ statum intueamur, est
Deo gratias agamus, quod tales nobis dederi
volas, qui prodigi vitæ suæ excusso intole
hostium terra marique potentissimorum
Patriam fortissimè ob omni Tyrannide l
runt, & assertam libertatem non minori fo
dine, quam prudentiâ armis foris, & consili
mi in hunc diem tutati sunt. Faxit *Deus* op
maximus vindex hujus Imperii, in cujus n
& arbitrio, omnium potestatum fata versa
ut quam libertatem insignis *Nassoviorum* pr
tia, procerum arma, civium, militumque e
virtus, & ante omnia cœleste illud Numen h

nus defensavit, tutam porrò inviolatamque conservent, qui nunc habenas Reip. moderantur, officiaque sua Patriæ æternum consecrent. Dixi.

ORATIO XIX.

Qua negatur Nobili esse discendas litteras,

Habita à

PETRO HORTENSIO.

QUod vestrum in conspectum prodire (Auditores) in præsentiarum non dubitavi, metuo ne ita accipiatis, ut temeritatem hac in parte meam miremini, verecundiam desideretis. Etenim cum in hac lectissima doctissimorum virorum corona nihil nisi elaboratum, & subactiore doctrinâ tinctum, proferri soleat, meæ vero vires infra expectationem vestram longè subsidant, forsitan ab ingenuo adolescentis pudore, plus nimio recessisse vobis videbor. Sed animum mihi addit in suscepta hac dicendi provincia, cum singularis vestra humanitas, tum argumenti novitas, quæ, si quid ingenio meo, aut dicendi facultati deesse videri possit, abundè compensabit. Nobilem enim hanc quæstionem diu agitatam, ventilandam in animum induxi: *Nobiline discendæ sint literæ.* Cumque variæ etiam doctorum super hoc argumento sint sententiæ, ego non literas discendas, sed militiam *Nobili* sequendam, & arma tractanda esse ostendam, non quidem quantum causæ necessitas, & negotium hoc arduum exigit, sed quantum ingenioli mei tenuitas, & temporis ratio feret. Aures interim mihi præberi à vobis, quâ possum animi demissione peto. Quid mihi? imo verò Veritati, quam non sileri, non dissimulari patiar, longiusque in profundo *Democriti* puteo demersam latitare, sed in auras edu-

ctam, omnibus eam unde conſpiciendam proponam.

Si Philoſophiæ principia conſideremus, digitoque ad fontem intento, ab ejus origine ordiamur, quem quæſo latere poteſt, primos ejus inventores, & autores fuiſſe *Graculos*, homines dico otioſos, fabulis ſuis, commentis, ac deliriis ita infames, ut non minus vere quam eleganter de iis Poëta:

Quid non confingit nugarum Græcia mater?

Item:

——*Nil curat dicere verum*
Gens hæc, & tota eſt monſtris, ac dedita nugis.

Quid autem ineptius, quid nugacius quam iis curioſe indagandis operam impendere, quæ ſi ignores nihil eruditioni tuæ decedet, ſi ſcias nihil accedet, & nec doctior ulli videberis, nec melior: *quem* nempe *numerum remigum habuerit Ulyſſes*: quot navibus *Græci*, ad oppugnandum *Ilium* acceſſerint; quot filios habuerit *Priamus*; *Helenam* ne rapuerit *Alexander*, ut *Homerus*, an *Helenæ* ſimulachrum, ut *Euripides* prodidit: *prior ſcripta ſit Ilias, an Odyſſea: quot & quæ Romæ ſint ſtillicidia, quot aquæ ductus: Qui Dei majorum, qui minorum gentium: quæ Templa honori eorum conſecrata, quæ feſta, qui dies, quæ convivia, fercula, dapes? Adhæc (ne quid ſcilicet in literatura hac, & arcanis ſapientiæ Veterum indictum elabatur) quæ præclara Deorum olim facinora: qui raptus, inceſtus, adulteria Jovis, mutati nunc in taurum, cum raperet Europam, nunc in aquilam, cum Ganymedem, nunc in aureum imbrem, cum Danaën, Regis Acriſii filiam, conſtupraret*, & id genus alia à Poëtis memoriæ prodita, non vana ſolum & ridicula, ſed impia, & obſcœna, totidemque irritamenta malorum, & illicia non ad virtutem, ſed libidinem. Taceo abſurdiſſimas opiniones de æternitate *Mundi*, de atomorum confluxu, de *Pyrrhonia* omnium rerum dubitatione, dum alios *Mundum* hunc, &

quic-

quicquid in eo continetur, putat ex temerario quodam minutissimorum corporum concursu coaluisse, qui si vel unam earum, quas somniabat, atomum cerebri habuisset, nunquam ista tam stultè, incogitanterque scripsisset. Alius æternum esse eum, neque desiturum unquam, neque exordium ducentem ab ullo temporis principio; non animadvertens hac ratione illam, à qua ipse tantopere abhorrebat, infinitatem induci. Alius de animo humano loquens, eum cor ipsum esse dicit, alius cerebrum, alius cordi suffusum sanguinem, alius spiritum innatantem sanguini, alius harmoniam quandam, alius humerum sese moventem, ut mihi ista consideranti certamen aliquod insaniæ suscepisse videantur. Ita ex hoc tam confuso, tam multiplici teterrimarum opinionum veluti cinno, nihil fere colligere possumus, nisi semper uberrimam messem hominum varie delirantium fuisse. Quid *Epicurus*? interire animos putat, nefas ratus, cum tam multa sibi cum suibus convenirent, se hoc uno ab iis interesse. *Stoici* longam eis vitam, ut cornicibus, sed non perpetuam tribuunt. *Pythagoras* vero, remanere quidem illos docet; sed ex corporibus in alia migrare corpora, aut idem sit forte hodie gallus gallinaceus, qui tempore belli Trojani fuerat *Agamemnon*; & nunc porcus, qui olim *Epicurus*. Quæ cum ita se habeant, quis, si serio hæc ad animum revocet, non videt, nihil in iis esse, quod tantopere vel tenuioris fortunæ, & e trivio homines discendi cupidos moveat, nedum *Nobiles*, ut operam suam in iis capessendis collocent, quæ jam pridem apud æquos rerum æstimatores in contemptum venere?

Sed ut vos, Auditores, in rem præsentem quasi manu deducam, intuemini quæso, & mecum expendite, egregia litterarum, quas tantopere nonnulli admirantur, effecta. Quid? nonne teste magno illo doctore gentium *Paulo*, *scientia inflat*?

Et quid fastu, quid superbia odiosum magi: cordatos omnes dici, aut excogitari potest? in Rep. quid in societate humana pernicic Unde enim æmulationes, dissidia, contenti simultates, factiones, odia, nisi ab hac ani latione, qua inflati velut vento-utres, se sol pere, reliquos vappas putant, imò nugas, & quilias hominum? At quam hæc talia parun veniant *Nobili* bene nato, quis adeo non à ne solum, sed & à sensu communi derelicti qui non videt? Quem eo submissiorem esse tet, quo titulorum, & imaginum splendor neris celebritate, & prosapiæ suæ fama, assurgit. Certe Filius *Dei*, æterna illa Patı pientia, ad cujus voluntatem tanquam unic dei, & vitæ nostræ normam, actiones no studia, vitam dirigere debemus, non *De* placita amplecti nos voluit, non *Epicuri* do; sectari, *Platonis* ideas, & numeros admirar *ristotelis* argutias exosculari; sed ad *Mosem*, a pturas, ad sacra Prophetarum, & Apostolor racula nos revocat, & iis legendis, medita scrutandis, omne studium, omnem operai industriam impendere nos jussit. Quid A lus? Quanto animi affectu, quanta cura, i licitudine *Colossenses* suos nominatim monet, & statur, ut quam ipsis cara, & accepta est animarum, tam studiose sibi caveant à Philos rum strophis, quæ acumen irritum exercent, ne retiti, incidant in errorum labyrinthos inextric

Sed quorundam mihi videor hic audire ros: qui hanc tam manifestam veritatem a re non erubescunt. Nihilne ergo, inquiunt, *bus* tentandum erit, nihil agendum, nihil c dum? in alto & supino otio vitam suam, & tem transigere? poculis, aleis, fritillis, ch tædia temporis discutient? Quasi vero n terris occurrat, nihil in hac *Mundi* palæ quo cum laude se exercere, & ætatem sua

...re queant. Alia, alia inquam longe nobiliora ...t studia, ad quæ animum, mentemque applicit. En vultis producam Auditores? Arma sunt, ... quibus tractandis indies occupantur, idque ... student ut velitationibus, expeditionibus, ...ditionibus intersint, ut ad subitas irruptiones ...ndas, hostesque fugientes prosequendos, ...eres sint, ad occupandos muros, & mœnia ...pugnanda expediti, ad pugnam acres, ad sustinendos aperto Marte impetus constantes, equitatu ...di, pedestri prælio strenui, navali pugna for...s, & ad insidias, ac stratagemata, machinasque ...licas inveniendas callidi, verbo quibus non ...decoro pulvere sordidis pugnare deliciæ sunt. ...id enim *Nobili* majorem conciliare laudem, ...id majori illi ornamento esse potest? quid Principis gratiam magis demereri, quam præclara ejus ...er arma, & in armis facinora? quæ nominis ejus ...mam, fortitudinis alis subvectam, in ultimas ...rarum oras diffundant,

——— Qua medius liquor
Secernit Europen ab Afra,
Qua tumidus rigat arva Nilus.

Quid prosapia ejus, quid honore illustrissimæ propaginis, quid familia dignius, quam in gerendis bellis inter armorum strepitus, inter Mavortios furores, inter lituos & classica, inter tubas & tympana, inter faces globosque, galearum hastarumque concursus versari, hostem lacessere, adoriri, inire prælium, hyemem, æstatemque juxta pati, sub dio morari, nimbis, ventis, nivibus, procellis exponi, & de reportatæ suæ victoriæ trophæis gloriari? Hæc, hæc vera est illa *Nobilitas*, quæ Nobili nomen, decusque conciliat. Hæ veræ imagines quæ famam ejus devovent æternitati. Non aliam inierunt viam viri altioris indolis, & genii, & quicunque unquam *Nobilitatis* nomine, ac titulo claruerunt. Tales inter Græcos olim ...ere *Agamemnon*, *Achilles*, *Ulysses*, *Ajax*, The-

 mistocles,

mistocles, *Epaminondas*. Inter Romanos *Camilli*, *Scipiones*, *Æmilii*, *Fabii*, *Marcelli*, *Coriolani*, & si quæ alia in Annalibus memorantur avara famæ pectora, & nomina haud ingloria; nec seculo inficianda, sed tanquam Martis miracula æternitatis tabulis inferenda. Qui certe omnes non ab otio, non ab agricultura, non à literis, non à studiis Philosophiæ, sed ab armis *Nobilitatem* suam traxere, rebusque strenue ac fortiter gestis, memores illius Poëtæ: *Tu regere imperio populos Romane memento.* Si dubitatis Auditores. Quid? nonne testantur hoc ipsum familiarum insignia, in quibus non libri, non plutei, sed hastæ, galeæ, clypei, ocreæ, calcaria; non doctorum effigies, non *Palladis* imago, sed *Martis*, aquilæ, leonis, ursi, tigridis: & his similia conspiciuntur. Ut vel inde liquidò appareat, nullam esse palæstram, nullum circum, in quo *Nobilitas* licentius excurrat, nusquam quoque magis se prodant virtutes, quæ *Nobilitatem* ornant, quam in campo Martio, in quo de Exercitu, de Castris, de Agminibus, de Signorum collationibus, de Oppidorum oppugnationibus, de cuniculis subterraneis, de commeatu, de insidiis faciendis, atque vitandis, de spoliis bello partis, agi & dissertari solet.

Magnum quid hic affirmare videor, sed attendite, quæso, & me Latine, hoc est candide, & rotunde loqui intelligetis: Placet ordiri à pietate (nam tritum illud poëtæ, qui omnem pietatem arcere videtur, ab iis qui castra sequuntur, flocci pendo) quis Abrahamus ille omnium fidelium pater? miles fuit. Quis ille cujus gratia flumina ipsa constiterunt, cuique lucida illa sidera, micantesque illi ignes, Sol, & Luna, operam suam dare non dubitarunt? miles fuit. Quis *Jonathan*, *Ezechias*, qui Reges alii, qui Judices? milites fuerunt. Et ut ex novo Testamento luculenta aliqua producam exempla, potuitne cujusquam unquam pietas, fides, charitas Christiana, laudari magis, & commendari, quam Centurionis illius in Euangelio? & Cornelii in Actis

ctis Apostolicis? quorum elogia non ab homine profecta sunt, sed a Dei Filio, & ab Angelo.

Sed ut eo, unde mea nonnihil digressa videtur Oratio, revertar; Quid, obsecro, vos Auditores, *Nobilem* alliciat, quid eum moveat, ut studiis, & literis assidue impallescat? nunc ad *Aristophanis*, nunc ad *Cleanthis* lucernam lucubret, & in musæo suo librisque abditus, tanquam claudus sutor, totos dies delitescat: nunc Grammatista in syllabis & vocibus ætatem agat, & de minutis præceptiunculis, & spinosis ineptiis, cum *Prisciano*, & loquendi regulis contendat; nunc in Logicis addiscendis desudet; nunc rhetorculus & vanus aucupator gloriolæ, styli exercitationibus se maceret, nunc *Bartolum* & *Baldum*, & nescio quos Legulejos in forensi pulvere volutatos, evolvat, anxiisque, ac frivolis in Jure quæstiunculis insenescat. Aut cum Mathematicis scrutetur, quot hordei granis primum Mobile à terra distet. Sed cui bono hæc omnia? quæ subtilius est contempsisse, quam solvisse. Et quid eum ad hæc studia impellat? Opes, honores, dignitates? sed quam fere ii qui literis dediti sunt, lucubrationum suarum, & laborum mercedem referunt? quæ alia obsecro vos præmia, quam inopiam, & paupertatem ut esuritioni servati videantur? Exempla si vultis, Auditores, passim obvia sunt. *Socrates* Philosophorum ille princeps & paganæ sapientiæ fons, qui oraculo *Apollinis*, Græcorum habitus fuit sapientissimus, ex cujus schola, tanquam ex equo Trojano, *Plato*, *Aristoteles*, *Xenocrates*, aliique innumeri viri magni olim prodiere, in tanta rerum angustia, & nummariæ difficultatis incommodis vixisse fertur, ut præter palliolum depexum, ac obsoletum, nihil fere possederit. Quid *Diogenes*? fuit is quidem quod inficias non eo, etiam celeberrimus, & omni doctrinæ genere instructissimus. Sed quid illi irato, ut videtur, *Mercurio* nato, philosophia Profuit? quem fructum, quam utilitatem ex lite-

ratura sua cepit? quæ inde ad eum redierunt e
lumenta? Si *Hieronymo* Patri habenda fides,
tam pauperem, pannosum atque omnium re
egenum fuisse legimus ut non modo cibum
ἡμέραν mendicando quæritaverit, sed & febr
losa ostentatione, dolio pro domicilio usus
pediculorum sordibus, at benignus hospes,
que hac supellectile instructus, patera nempe
gnea, ad hauriendam aquam quam biberet. O i
lices litterarum cultores, ô jejuna doctrinæ
mia! ô pauperes *Musas*! καὶ ἀντὶ χρυσῶν χάλκεα

Valeant igitur, valeant inquam, eruditulі illi
præstantiam literarum dum per omnes studio
ordines ærumnosas conterunt ætates, tanto
extollunt, excellentiam commendant, uti
tem deprædicant, & qui *Nobili* armorum m
gloriam, quam Musarum æmulanti, literas
scendas, imo in iis totum vitæ curriculum co
mendum esse arbitrantur. Nihil enim ad R
decus, & Reip. salutem tuendam faciunt, Gr
maticam didicisse. Latinis litteris, aut *Græcis* i
buisse, Philosophorum somnia, ac deliram
replicasse, & ampullis verborum replevisse
bunal, mentesque heroicas horis & clepsydræ
ligasse tanquam mercenarias, & servas, inter *C*
liorum minas, ferulas, virgas, oscitantium M
strorum nænias, & importunos commatum la
tores, dum circa res frigidas inutilesque, &, ut
bo dicam, circa ea quæ nihili sunt, occupan
Arma tractet *Nobilis*, galeam capiti imponat,
racem induat, Rubiconem transeat cum *Cæs*
alpes cum *Annibale*, urbem, patriam, aut Re
defendat cum *Camillo*. Adhæc in castrorum l
tione, in fossis excitandis, in castellis & propug
culis muniendis, in excubiis, in agminibus c
stituendis, in acie, in expeditionibus ordinandi
exerceat: tum quid in præliis inter tympanor
tubarum, tormentorum immanes strepitus, &
atus, quid in stratagematis, in mœnium, urbi

que expugnationibus, facto opus, quid observatu dignum sit, expendat. Nemo enim commodius, & majori cum laude, ad summa Reip. gubernacula provehi potest, nemo dignius, & majori cum civium utilitate, ad amplissimos munerum publicorum honores extolli, quam qui intelligit, quæ vitanda sint, quæ amplectenda, quæ regnum labefactent, dissipent, & evertant, quæ imperium fulciant, stabiliant, conservent, & qui, quando, ubi, quomodo, quibus copiis, qua acie dimicandum, qua ratione latera tergaque subsidiis firmanda, qui milites in fronte, si periculum immineat, collocandi, quæ loca præsidiis occupanda, longo rerum usu, & experientia observavit. *Argum* enim esse oportet qui Dux est, & in tergo, in fronte, in capite, in pedibus oculos habere. Et si interdum se recreare ei sit animus, equum conscendat, bucephalum, cum *Alexandro* ferocientem, domet, cum *Cyro* venetur, & cum *Ascanio, Bellerophonte, Castore, Erichthonio* (quia otii sua tristis est, atque ægra patientia)

—— *Mediis in Vallibus acri*
Certet equo: —— ——
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optet aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Hæc, hæc illa sunt exercitia, quæ *Nobilitatem* spirant, quæ *Nobilem* nomine, ac meritis insignem decent, quæ robur illi, quæ firmitudinem animi conciliant, queis nullæ gladiatorum dimicationes, nulla Athletarum certamina, nulla Olympicorum cursuum stadia, nullæ arenæ, nulla curricula, nullæ pugilum luctæ conferri possunt. Hic enim Auditores, virtutum officina, fortitudinis palæstra est, hic latus gloriæ campus, hic pugna, hic victoria. Contra quis adeo omnium rerum ignarus est, qui non videat, non intelligat, animos effœminari, & mentes ab innata sibi generositate degenerare, & ad segnitiem delabi, literarum institutione? quæ umbratici hominis magis, quam *Nobilis* laus est. Quid quod & hoc

(ut alia omittam) non levem literis notam inurit, quod Principes, & ii fere qui rerum gubernacula tractant, nimium se admirari solent, & plerique scientiæ typho sic insolescunt, ut neminem etiam in rebus gravissimis, in consilium adhibeant: rati doctrinæ suæ, & eruditioni tantum derogari, si alios audiant. Quod animadvertens *Ludovicus*, ejus nominis undecimus, *Galliarum* rex, filium suum literis erudiri noluit, ne plus nimio sibi placens & tenacior sui sensus, prudentiaque sua confisus, aliorum consilia, & monita salutaria respueret. Sed quid in re omnium clarissimâ facem vobis accendo? Res ipsa loquitur Auditores: Ac ne attentione vestra abuti videar, hoc uno exemplo finem dicendi faciam. Quis Imperatorum *Justiniano*, aliquot retro seculis, rerum gestarum gloriâ illustrior fuit, prudentiâ major, & imperii finibus prolatandis augustior? Non enim *Persas* solum tumultuantes compescuit, *Vandalos* ex *Africâ* ejecit, verum etiam *Gothos* bellicosissimam gentem fudit, ac profligavit. Sed insignem illam nominis famam, quam ex tot tantisque victoriis reportavit, non illi philosophia peperit, non studia literarum, non eruditio, sed arma. Remp. enim Romanam justissimè, ac felicissimè administravit, cum foris, tum domi, literarum nescius, & imperitus.

Quare cum literæ otiosorum hominum inventa sint, cum Græculos literiones, famosos illos nugaculos, autores habeant, cum nullam cultoribus suis afferant voluptatem, nec ignoranti noceant, nec scientem juvent: mille contra eas comitentur incommoda, labores, vigiliæ, lucubrationes, & ex umbratica ista, & sedentaria vitæ cruditates, & morbi originem suam trahant: cum literatis morositatem pariant, superbiam, fastum, aliorum contemtum, & levia sæpe sint studiorum præmia, imo nulla; contra tractandis armis, aditus cuivis pateat ad honores, neminem

vestrum,

vestrum, Auditores tam imprudentem esse existimo, qui *Nobili* artes inertes, & literas discendas esse arbitretur. Cogitate quibus in rebus vera consistat *Nobilitas*, quæ ei conveniant exercitia, qui labores. Moveant, moveant, inquam, vos quorum indoles nihil vulgare sperat spiratque, tot præclarissimorum, & insignium heroum exempla, qui certe nunquam ad eum honoris apicem assurrexissent, nunquam rebus strenuè gestis, eam nominis sui famam ad posteritatem propagassent, nisi posthabitis disciplinarum studiis, se castris, & armis devovissent. Moveant virtutes illæ pulcherrimæ, quæ in hoc vitæ genere conspiciuntur sæpius, quam in quovis alio. Multorum exempla intuemini, qui è Scholis progressi magis avarè, superbè, crudeliter, tyrannicè quam literarum rudes imperarunt? Quid? Nonne *Dionysius*, *Nero*, *Caligula*, *Julianus* ut doctrina, & eloquentia insignes, ita summi pietatis, honestatis, justitiæ hostes, & non homines, sed teterrima monstra extiterunt? Hinc opinor prudentissima *Atheniensium* Resp. Ostracismo est usa, quod perniciosos eos judicaret, qui reliquis doctiores, & prudentiores aut essent revera, aut videri saltem vellent. Et *Spartani* literas, literatosque omnes Vatiniano odio sunt prosecuti; nec injuria. Nam otium & mollitiem nulla re facilius in animos irrepere, quam via hac literarum, omnino est fatendum. Moveant vos denique Majorum vestrorum exempla, qui nunquam ad consilium, nisi armati accesserunt: ignavi ac degeneris animi esse putarunt circa vilia occupari, & rei familiaris & domesticæ cura, senibus, ac feminis relicta, bellis se totos consecrarunt: sub parentum denique, conjugum, liberorum, consanguineorum oculis, in conspectu Patrum patriæ, pro Reip. libertate, pro aris, & focis, aut pugnando vincere, aut strenuè mori honorificum duxerunt. Quod si olim apud Romanos illi, qui Remp. consiliis suis aut auxerant, aut defenderant, aut

conſervarant, immortalem gloriam co:
ſunt, quanto magis iſti qui pro commodis,
tunis Reip. tot tantiſque laboribus ac perica
ferre ſeſe, & pro ſalute patriæ vitam, ac ſ
ſuam in diſcrimen ultro conjicere, non
runt, laudem ſempiternam, & decus imn
promerentur? Horum exempla ſi imitemin
demum inſigni *Nobilium* nomine, ac titulc
judicabimini, & antiquam illam Majorn
ſtrorum gloriam, tot laureis, tot adoreis
ratam, & ab oblivione vindicatam, mag
ſtra cum laude, ad poſteritatem tranſn
Dixi.

ORATIO XX.

Qua affirmatur Nobili diſcendas eſſe liti

Recitata à

NICOLAO HEUSSEN

SI homines remota erroris nebula, oculis
ri poſſent litteraturæ, & eruditionis p
tiam, inſignes ſui amores apud generoſas
excitaret: contra juſtum odium, & faſt
ignorantiæ turpitudo. Sed ea eſt humani
cœcitas, ea perverſitas, ut fere illecebris,
ciniis maximæ parti mortalium opus ſit,
invitentur ad litteras capeſſendas. Hoc ſi
tura indidit magnanimis pectoribus in
gloriæ cupiditatem, quæ ſtimulus eſſe ſc
calcar quo ſublimes animæ concitantur ad l
literarum, queis tanquam regis via graſſe
honores, & nominis immortalitatem.
ex quovis ligno non fit *Mercurius*, &
Minervâ, nihil temere tentandum: ita i
rum delectus, ſi uſquam, hic habend
Cumque ita natura ferè comparatun
ut *fortes creentur fortibus*; *nec imbelles*

ut progenerent aquila columbam, Nobilesque, & generosæ animæ, mores suos, & ingenii dotes quibus excellunt, in liberos tanquam prosapiæ suæ & stirpis propagines, plerumque transfundant, ac propterea longe præ aliis idonei sint, qui in castris Musarum, stipendia faciant, animumque adjungant ad studia literarum, mirari satis nequeo, inveniri homines hodie, tam ab omni ratione, tam à *Musis* alienos, & honestatis sensu derelictos, qui *Nobiles* ad laudem, ac decus natos, Sacris his arcendos esse censeant, nihilque minus convenire iis, qui illustri genere oriundi sunt, quàm ut in literis se exerceant, & ad eruditionem, quam illi male feriati jam pridem ex Aularum vestibulis, Regum Palatiis, atriisque Magnatum exterminatam vellent, enitantur contemptores scilicet honestarum artium, & quorum voto jamdiu Doctrina omnis sit funus. Ego, Auditores, qui *Nobilium*, & eorum quæ vere nobilitant semper fui observantissimus, hujus sententiæ iniquissimæ, nulla omnino facundiæ, quæ in me exigua, imo nulla est, sed causæ fiducia fretus, cum summa voluptate, animique ardore, & omnium vestrum expectatione refutator accessi, ut literarum non solum dignitatem strenuè ac fortiter asseram, sed & à *Nobilibus*, præ aliis amari, coli, tractari debere, contendam. Quod tanto confidentius facturus mihi videor, tanto etiam alacrius, si institutum meum favore vestro munitaris, cujus tanquam *Mercurii* caduceo armatas hostium phalanges aut penetrare possim, aut in fugam conjicere. Quod cum vultu mihi polliceri videmini, quæso ut mihi qua estis humanitate, bene velitis, & quæ dicentur, qua estis æquitate, candide interpretemini.

Primum itaque hoc mecum, Auditores, expendite, cum ea literarum dignitas sit, ea præstantia, ut sine iis quid Homo sit, & quid in homine

divinæ illa particula auræ, quid Dei imago, intelligi nullo modo possit, non equidem video, qua ratione mortalium quisquam iis carere possit, quæ facem vitæ, lucem artibus, & rebus omnibus humanis præferunt Nautas videtis? Oculi illis semper in helicen, aut Cynosuram; ita Nobilibus mens in eruditionem, non aliam quærere debent studiorum suorum, ac laborum palmam. Hæc unicum in viâ viaticum est, unicum in vita præsidium, quod cum naufragio enatat, & ad summam (ut res sunt humanæ) angustiam redactos comitatur, vel ad ultimam *Thulen*, & ad extremos *Garamantas*. Hæc vera mihi, & solida videntur bona: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα προσθῆκαι. Etenim divitiæ ne bona quidem sunt, sed prout est animus qui eas possidet vel in laude, vel in vitio positæ sunt. Quæ gloriæ ac dignitatis speciem habent fugacia sunt, caduca sunt, bracteata sunt. Eruditio iis omnibus dignior, & præstantior. Hæc illa est supellex, quæ non ante Dominum suum, quam vita destituit. Cui prætextam ego nullam, nullam purpuram antepono. Hanc qui possidet, Mundo ipso major est, supraque instabilem longè mundi aleam evectus est rerum humanarum vicissitudines, magno erectoque animo despicit hæc inania, & vana terrarum, quibus non aliter homines plerique alligantur quam stulti straminis, vel exigui fili nodo, aut pueri adstragulis suis, & crepundiis. Certe inter alia quæ cœlitus dona accipimus illustria, in primis illa & quasi divina sunt, quæ in literis, & disciplinis consistunt, quibus homines non solum se brutis similes præstant, sed à rudi etiam, & ignobili vulgo ita distinguuntur, ut tanquam dii in terris, præ aliis longe eminere videantur. Non omne metallum magnes, non omne itidem ingenium, genius *Musarum* trahit. Lucrum alios, & sagina inutilis, insatiabilis avaritia, fastus alios & ambitio, alios vota profana vulgi, transversos rapiunt. *Nobiles*, qui *Musarum* cultores sunt,

vanas

vanas istas, & insipidas mentes magno judicio, pati animo fastidiunt. Quàm enim in lubrico, totum hoc blandientis fortunæ opus! quàm fallax, & anceps alea splendentis luti! & quid hæc omnia quæ admiramur stulti, & suspicimus in turbido hoc rerum humanarum pelago? stant, cadunt, veniunt, abeunt, & cum affluxisse tibi credis æternum mansura, quàm repentina sæpe ea calamitas, & miseranda vicissitudo consequitur! Opes etiam supra omnium *Crassorum* & *Lucullorum*, nisi virtute partæ, & huic innixæ quàm levi momento (ut sunt res humanæ) dissipantur, ac pereunt? Fulciri debent, & quo alio fulcro, quam sapientiâ, sine qua opes qui habent non tam eas possident, quam ab iis possidentur, vinculis istis, & velut compedibus compediti, sibi oneri, aliis inutiles. Quantum itaque opprobrium, quantum dedecus arbitrabimur, spoliare Nobilem iis ornamentis, exuere iis insignibus, privare iis adminiculis, sine quibus ille nec nominis sui dignitatem tueri, nec munere suo fungi, aut Magistratus honorem sustinere, quid Magistratus? imo vero nec hominis appellationem mereri possit? Quo pacto discent vos verba publice facere, legationes cum laude obire, præterita tenere, futura prospicere, quid in omnibus rebus factu optimum sit videre, & alia ex aliis colligere poterunt nisi qui hæc sibi de litterarum fontibus haurienda omnia existimaverint? Quomodo pro tribunali, Judices esse boni poterunt, qui neque jura, nec leges viderunt unquam, aut didicerunt? qui quid melius, quid pejus, quid aut obsit, aut prosit, ignorant? Quomodo bonis præmia, malis pœnas distribuent, lancem & gladium justitiæ temperabunt, quomodo jus docebunt, aurem alteram Actori, alteram Reo præbebunt, quod rectum est colent indocti & illiterati? qua ratione Religionem, ritus, statura Reip. & amabunt, & defendent, qui quænam horum omnium conditio sit, & natura non intel-

intelligunt? *Hannibali* magno illi belli duci deridendum se præbuit *Phormio*, quod cum nunquam hostem, nunquam castra vidisset, de militari tamen disciplinâ, & belli muniis, tanto coram Imperatore differere non dubitaret. Quanto vero majori risu, imo reprehensione digni sunt *Nobiles* illi, qui cum ad Reipub. administrationem nati sunt, & imperium in alios, tamen nihil propemodum retinentes præter umbram magni nominis & inania dignitatis, quid imperare sit nesciunt? qua ratione in ferendis sententiis, quid æquum, quid iniquum sit videre poterunt, in dirimendis litibus, quid legibus consentaneum, quid ab iis alienum, nisi literis ipsi tincti, imbutique fuerint: ad quas hi tales cæcutiunt tanquam noctua & talpa ad Solis facem. *Nobilem* sane quendam memoriæ proditum, cum literaturæ omnis rudis esset, perurbanè admodum, & facetè se excusasse, quod una eademque manu, librum, & gladium tractare non didicisset. Sed quanto melius *Alphonsus* ille *Arragonum* Rex, vera *Nobilitatis* imago (omnibus belli ac togæ dotibus, ingeniique ac studiorum eminentissimus, qui nihil in vita, nisi laudandum, aut fecit, aut dixit ac sensit) qui interrogatus à quodam utri rei plus se debere fateretur, libris an armis: *ex libris*, inquit, *& arma, & armorum jura didici*. Non enim manu solum in bello res geritur, sed consilio, & prudentia cum eruditione conjuncta, qua vacillante, labascit ipsa foliorum majestas, & evilescet sceptrorum reverentia. Proditum memoriæ est, *Epaminondam*, ducem militiæ fortissimum, acerrimumque, inter literas natum ita atque educatum fuisse, ut ipsa hæc scientia, causa fuerit rerum ab eo præclarissime gestarum, cum Philosophiam sine mollitie aut desidia sequeretur, eamque Magistram ad robur, & prudentiam facere. Ita *Cæsarem*, *Trajanum*, *Hadrianum*, non rudes, non ignaros; sed insigni rerum, & literarum cognitione imbutos fuisse accepimus:

Et

Et *Mithridatem* illum veterem *Ponti* regem, tenuisse duas & viginti linguas, sic ut omnes subditos, quemque sua dialecto, prompte, & scienter alloqueretur. Et ab *Aristotele* quis nescit, magnum illum terrarum domitorem *Alexandrum*, *Dionem* à *Platone*, à *Polydamante Hectorem*, à *Phœnice Achillem*, ab *Isocrate Nicoclem*, à *Nestore Agamemnonem*, à *Xenophonte Cyrum*, *Constantinum* à *Lactantio*, alios ab aliis, duces fortissimos, institutos fuisse non alio certe fine, quam ut tanto prudentius, ac felicius regerent. Nam cum maximam victoriarum gloriam, consilia sibi jure vindicent, quæ illa sodes dementia est, & pertinacia non toleranda, literis, & nobilioribus disciplinis, in castris, & tentoriis Principum, nullum locum relinquere? Quid credimus nobilius in re bellica esse, quam scientiam instruendæ aciei, vallorum, machinarum, & tot, tantorumque quæ usus exigit, instrumentorum? Atqui ex *Mathesi*, celeberrima illa doctrinæ parte, hæc sunt: Eaque tradidere olim homines eruditi *Ælianus*, *Vitruvius*, aliique, qui ob tantum beneficium Reges, Principesque habuerunt debendi reos. Hæc ea est cura, quæ magnam illam *Cæsaris* Dictatoris, quæ nepotis ejus *Octavii* celsam animam fatigavit, qui inter castra, atque inter classicorum strepitus libris invigilarunt. Eadem cura *Lælium* & Scipionem, duo belli fulmina, versabat. Aliter longe cum *Caio Mario* comparatum, cujus hæc efferata fuit, & indigna bono cive vox: *non placere sibi literas.* Sed quid fecit Sapiente dignum? Sanguine, cædibusque, & mille malis Remp. implevit, & crudelitatem in omnes exercuit: Homo factiosus, inquietus, truculentus, qui si doctrinæ præcepta vel leniter attigisset, didicisse poterat vim neque amicis, neque Patriæ afferre oportere. Regium profecto, & nunquam satis laudandum Agamemnonis olim erat votum, qui ut Trojam facilius expugnaret, non *Achillis*, aut *Ajacis*, sed Nestoris

decem

decem ſimiles optabat? Regia
eruditiſſimi vox, cum literis ad
teſtari non dubitaverit, nulla
poſſe, quam literis. Hinc doctri
rerum ſcientia alios ſuperare m
mis, & in expeditionibus ſuis
paucos, ſed plurimos eruditio
præſtantiſſimos viros ſecum du
conſilio ad neceſſitatem, & quo
ne ad voluptatem vere regiam u
to ad ſe inter opes *Darii* ſcriniol
que cultiſſimo, amicis percont
uſum illud eſſet deſtinaturus, re
me ſervanda dabitur Ilias Homeri,
ſibi theſaurum literis pretioſior
etiam tantopere delectatus fuit
aliam *Iliadem*, viaticum militiæ ſ
vigilans nunquam è ſinu depor
nunquam deſerebat, ſed ſub pul
tanquam individuam comitem
habebat. In eadem olim ſentent
Auguſtus omnium eruditorum fa
que eruditiſſimus: unde & ab i
à puero cupidius literas, quam ar
jus exemplum imitatus Carolus
tantum doctrinæ apicem, indefe
liiſque aſſurrexit, ut in linguis,
nis, inter Principes, & Nobiles
habuerit parem. Quid ſucceſſore
ſuorum virtutis æmuli, multis
ſumptibus ingenuas artes uſque
dovici, & *Friderici*, ut Græce &
potuiſſe, referant hiſtoriarum m
hic in medium producam magn
mina, *Periclem*, *Themiſtoclem*, *E*
generis ſui claritatem virtute ſup
Imperii columina, *Scipiones*, *Lu*
Fabios, *Marcellos*, alioſque innum
veſtris ſubjicite, *Stephanum* in P

ejus nominis Primum in *Gallia*, *Amadaum* in *Sabaudia*, *Maximilianum* in *Germania*, omni elegantis doctrinæ genere mirifice excultos, qui inter tot Imperii onera, quibus vel ipse *Atlas* sustinendis vix par esse queat, inter tot curas nullam pene dieculam sine linea, quæ ad ingenii cultum, & literarum studium pertinet, elabi passi sunt: Illam denique nunquam satis deprædicandam Heroinam in *Anglia Elisabetham*, in qua quid literæ humaniores potuerint, paulisper mecum expendite. Certe si quis unquam inde ab ultima vetustate, dignus extitit, omni cultu, ac veneratione, principem in hoc ordine locum jure sibi vendicat. Cujus heroicæ virtutes non solum invidiam vicerunt, sed & mortale fastigium supergressæ sunt. Quod enim unquam imperium felicius administratum, quam eruditissimæ hujus Reginæ; adeo ut etiam multorum virilis dominatio ad hanc erubescere cogatur, ejusque prudentiam, altitudinem animi, justitiam, æquitatem, insignem literarum, & linguarum peritiam, non subditi solum, verum etiam exteræ nationes, non aliter observarunt, & admiratæ sunt, quam beneficum & salutare sidus è cœlo in terras demissum, ut seculo everso succederet, & rebus afflictis mederetur. Egregio omnibus documento, gloriam illam quæ ingenii & doctrinæ nobilitate quæritur, longe quidquid altum, sublime, magnificum est superare, imo & scriptis ipsis suum conferre decus ac ornamentum. Nam quod plerique qui alia honorum insignia, vana ut plurimum & caduca sectantur, parvi literaturam faciant imo damnent, insania quædam temporum est à qua cordatos omnes, & sapientes longe remotos esse decet, qui bonæ menti operam dant. Quantum itaque sacrilegium esse, quantum flagitium arbitrabimur, spoliare Nobilem iis ornamentis, nudare iis insignibus, privare iis adminiculis sine quibus ille neq; nominis sui dignitatem tueri, neque administrationis

suæ munere perfungi, aut Nobilis honorem sustinere, quid Nobilis? imo vero nec hominis appellationem mereri possit.

Ad hæc quid regeris, qui cathedram hanc ante me conscendere non dubitasti? Quid? mens, an frons, an utraque tibi defuit? nondum à veritatis semita longe te aberrare, animadvertis, graviterque hallucinari, & clarissimæ veritati nescio quas tenebras offundere,. qui oratione tua licenter nimis, & contumeliose, in frequentissimâ hâc doctissimorum virorum coronâ præstantiam literarum sugillare conatus es, & apud eos in contemptum adducere, quorum maximè interest, his *Musis* amœnioribus imbui? Sed quibus argumentis? iis (liberè dicam quod sentio) quæ dignitatem earum commendant magis, quam deprimunt, & quæ responso (διὰ κεφαλαίων) indigna judicarem, nisi expectationi Auditorum etiam hac in parte satisfieri debere, mihi persuaderem. *Græcos*, quos per contemptum græculos appellas, primos literarum inventores esse clamitas, & quia plerumque fabulosi, arceri ab iis, & dignioribus studiis *Nobiles* occupari debere. Sed quid nisi inscitiam tuam prodis, qui tam confidenter ea asserere non erubescis? Hoc à me disce, non *Græcos*, sed his longe antiquiores literarum & artium esse inventores Antiquiores certe esse inde plus satis constat, quod teste *Diogene Laërtio*, *Abrahamus* diu ante tempora *Græcorum* in *Ægypto* Astronomiam docuit. Et *Pythagoras*, *Plato*, *Eudoxus*, non à *Græcis* primo philosophiam addidicerunt, sed à *Judæis*: hi à *Trismegisto*, *Trismegistus* à *Mose*. Inde est quod *Porphyrius* Græcam Philosophiam, mille minimum annis, *Mose* posteriorem esse, fatetur: *Aristoteles*, philosophorum coryphæus, in *Ægypto* artes Mathematicas ait primo constitutas fuisse. Idcirco in *Ægyptum* navigasse *Anaxagoram*, *Pythagoram*, *Platonem*, ut Philosophiam discerent in collegiis Sacerdotum. Quod

ergo

rgo tu *Græcis* tribuis, nunquam illud *Græci* sibi rrogarunt, sed literarum inventionem *Deo* triuendam esse uno ore fateri non dubitarunt.

Jam vero quid magis ineptum, quam illud fastidiose aspernari, quod *Deum* authorem habet? uo Ecclesiam suam vult regi, juventutem intrui, Respublicas administrari? Quid enim Respublica, sine hac institutione quæ hominis animum lubricum & insolenter ferocientem in gyum rationis cogit, actiones ejus moderatur, & d virtutis satus accipiendos præparat, & dispoiit? quid sine hac populi, quid gentes? barbaries nera, tenebræ, quod non dico. Quid spei in ac nostra si ista negligitur? imò quia olim neglecta fortasse, hinc tristes illi lapsus rerum quos olemus, & morum in deterius euntium labes, ec (si quid auguror) medicina aliunde huic mao, nisi à juventute bene institutâ, bene educatâ. Nam ut plantæ, & arbores, ne tortuosæ crescant, lectuntur usu, & fultæ pedamentis assuetudine in ectum coguntur: sic juventus. Quam si tanti interest à puero formari, & severiore disciplinâ imoui, etiam in plebejis, quid de *Nobilium* liberis statuendum censemus; & quid æquè, imo quid aliud d eorum felicitatem pertinet, quàm ut ipsi discant sapere, & ea pueri à bonis, & doctis hauiant, quæ grandes non sint ab assentatoribus audituri? Nam si tanta sollicitudine, parentes non omnino stulti puerum educant, unius prædii hæredem, quo tandem studio, quâ curâ, educari par est eum, qui non unis ædibus, sed populis, & civitatibus instituitur, aut omnium commodo futurus vir bonus, aut omnium exitio malus. Vidit hoc fabulosa olim Vetustas, quæ asininis *Midæ* auribus, in aureo tribunali sedentis, sceptrum manu tenentis, quid aliud adumbrare, & vivis quasi coloribus depingere voluit, quam hebete, & crasso ingenio Principem, qui nullis literarum, nullis disciplinarum præsidiis instructus Remp. insce-

infeliciter adminiſtret? I nunc, & *Nobili* literas diſcendas eſſe nega, qui non ſibi, ſed Patriæ, ſed conſanguineis, ſed Reip. natus eſt.

Sed pauperiem, & rei familiaris anguſtiam doctis, & literatis objicis: quaſi vero non longe ſint ditiores hoc uno ſapientiæ theſauro litterati, quam *Craſi* & *Midæ*, quantacunque etiam poſſideant auri pondera, & pecuniarum acervos: certe felix non eſt, qui his tantum ſibi felix videtur, nec ille felix, qui his orbatus intra anguſtias & acerbitates fortunæ, felix eſſe deſinit. Unde *Bias* unus ex ſeptem *Græciæ* ſapientibus, expugnata, & incenſa urbe patria, cum cæteri ita fugerent, ut omnes aliquid ſecum de bonis ſuis aſportarent, rogantibus, cur non idem faceret, *omnia*, inquit, *mea mecum porto. Et Diogenes* cum in dolio habitaret, ad eum forte veniſſet *Alexander*, inquiens, *adſum, ô Diogenes tibi ſubventurus, quandoquidem video te multis indigere.* Quid ille à natura minime, aut diſciplina factus ad aſſentandum? *uter*, inquit, *noſtrum pluribus eget? Egone qui ultra peram, & baculum* (verba ejus ſunt) *nihil deſidero: At vero tu qui non contentus patrio regno, tot periculis te objicis, ut latius imperes, adeo ut vix totus orbis cupiditati tuæ ſufficiat?* Præclarè mehercule ac ſapienter! Animus enim eſt qui divitem facit, nec eum puto pauperem, cui quantulumcunque ſupereſt, ſat eſt: Pauper ille quidem erat judicio vulgi, ſed in tenui fortunula ſua Alexandri liberalitate major, quam rejecit, nec eguit *Midæ gazis, & Lydo ditior auro, Troica, & Euphratæ ſupra Diademata felix.* Quia ditior eſt qui divitias ſpernit, quam qui poſſidet, & vere ille magnus, & magni animi, qui magna contemnit, & quem nulla res minorem facit. Ut enim ſegetem nimia ſternit ubertas, & rami onere franguntur, ita animos quoque immoderata felicitas rumpit; qua non tantum in aliorum injuriam, ſed etiam in ſuam utuntur. Præclarè Patrum quidam: πλοῦτος ἄριστος ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πενία. Et maxime

divitiis

divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget. Quantulum est enim, quod in tutelam homini necessarium sit? Corporis exigua desideria sunt: pane & aqua, quam Natura cunctis propinat, vita tolerari potest.

——— *Multa petentibus*
Desunt multa: benè est cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

Longius si itur, extra terminos itur, & in vastum illud INFINITUM. Sed vis ostendam tibi, posse hominem studiis deditum, etiam divitem fieri. & hanc esse, si quis velit, ad quæstum, ac compendium, vel maxime compendiariam viam? *Leontinus Gorgias*; nonne Rhetorices professione & maximas sibi divitias peperit, & tantam gloriam, ut ei vivo ac videnti honoris ergo, aurea statua in *Apollinis Pythii* templo constituta sit? Quid *Isocrates* summus ille Orator? nonne & summo in honore fuit, & iis opibus, ut ter ad trierarchiam, quæ opulentissimis fere destinari solebat, vocatus, cum eam bis declinasset, tandem magnificentissime objecit? Quid optimus pessimi principis magister *Seneca*? tantum abest ut mendicus fuerit, ut contra tantam sibi opum vim eloquentia sua, & eruditione confecerit, si vera sunt quæ literis prodita sunt, ut *Crassum* opibus duplo superaverit, & haud scio, an ullus hodie tota *Italia* Princeps tantas opes habeat, quantas in *Senecam* quadriennio *Nero* congessit. Taceo *Oppianum* cujus elegantissimi Poëmatis recitatio tantam voluptatem attulisse *Antonio* Imperatori dicitur, ut Auctori operis pro singulis versibus singulos aureos nummos rependi curaverit, quorum summa ultra viginti millia fuisse constat. Sed næ tu mihi helleboro dignius esse videris, ut purgato cerebro, delirare tandem desinas, qui literaturam detorto loco, magni illius gentium doctoris *Pauli*, cujus ad sententiæ tuæ patrocinium, authoritatem obtendis. Risum tenete Auditores. Hoc enim solum

lum in Epist. ad *Colossenses* exequitur *Paulus*, non esse de vero *Dei* cultu, petendam ab hominibus doctrinam, quia *Deus* fideliter nos, & ad plenum instituit, qualiter sit colendus. Quo hoc demonstret, primo capite dicit in Euangelio contineri omnem sapientiam, qua perfectus reddatur homo *Dei* in *Christo*. Initio secundi, dicit omnes sapientiæ thesauros in *Christo* esse reconditos: inde postea concludit, caveant fideles ne per inanem Philosophiam abducantur à grege *Christi*, secundum constitutiones hominum. In fine autem capitis majore adhùc fiducia damnat omnes ἐθελοθρησκείας, hoc est, fictitios cultus, quos homines sibi comminiscuntur, vel ab aliis accipiunt, & quæcunque de cultu *Dei* tradere præcepta ex se audent. Sed quid hæc ad literaturam? quid ad Philosophiam? cujus Apostolus ipse sub *Gamaliele* olim fuit studiosissimus, ut abunde id indicant ejus non solum scripta, hinc inde aspersa flosculis poëtarum, *Menandri*, *Arati*, *Epimenidis*: sed admiranda ejus qua polluit eloquentia. Quæ enim Oratio conferenda est cum illa quam habuit ad regem *Agrippam*? quæ cum illa, quam habuit ad *Festum*? ut mirum non sit magnum illum olim Ecclesiæ Hipponensis antistitem, inter alia optasse, non solum videre *Romam* in flore, *Christum* in carne, sed & *Paulum* in cathedra. Quis enim eo in dicendo gravior, quis in movendis affectibus acrior? quis argumentorum pondere, & rationum momentis sublimior?

Sed ut finem dicendi faciam, (cur enim hanc contentionis serram reciprocamus longius?) ad vos me converto Studiosi, parentum vestrorum solatium & amor, Reip. spes, erudita propago. Audivistis literarum antiquitatem, præstantiam, dignitatem, usum. Audivistis nihil magis decere *Nobiles* quàm ut *Minervam*, illam Sapientiæ *Deam*, inter arma ac *Martis* strepitus, & bellorum æstus studiose colant, & se in iis artibus exerceant, &

ad

eas disciplinas animum adjungant, quæ *Nobilitatem* maximè commendant. Has igitur, ut tandem orationis meæ vela contraham, amplectimini, iis incumbite, Philosophorum libros inspicite, legite, & monita eorum, nocturna versate manu, versate diurna, arma cum libris conjungite, *Martem* cum *Pallade*, ut non solum intellectum à fœdo ignorantiæ situ vindicetis, verum etiam de hostibus vestris, ira, voluptate, libidine, audacia, ambitione, prodigalitate triumphetis, idque eo gloriosius quo plus est sibi quam aliis imperasse. Parum sunt arma fortis, nisi consilium sit domi, & nisi prudentia quæ literis acquiritur, rationis clavum teneat, & cogitationes nostras moderetur. Sed ut qui gemmas & aurum quærunt, non summam terræ cutem stringunt, sed in viscera ejus penetrant: sic qui veram mansuramque doctrinam, altius necessum est in Sapientiæ adyta, & sensa se immittant. Nunquam satis laudata *Vegetii* vox est: *Quis melius quam literatus imperat.* Aurea quoque illa *Platonis*: *Bene agi cum ea Rep. in qua aut Philosophi regunt, aut Reges philosophantur.* Ad animum quæso revocate, optimos quosque duces olim litteras prius, quàm arma, tractasse. Quis enim fuit *Pompejus* strenuus ille imperator? litteratus fuit. Quis *Scipio* de quo *Ennius* nullam ei statuam, nullam columnam à populo Romano erigi posse, quæ magnitudini rerum ab ipso gestarum responderet? litteratus fuit: Quis *Alexander*, Quis *Julius Cæsar*, Quis *Themistocles*, Quis *Fabius* ille Maximus, & alii pene innumeri? litterati fuerunt, qui pro chartis, fritillo, aleâ, animum in optimorum autorum lectione occupatum habuerunt, qui non nisi doctiores, & meliores ab ea redierunt: quibus unica studia, non canes, aves, equi, mimi, sanniones, levitatis, & lasciviæ magistri, Aularum hirudines: sed libri, Musæ, viri gravitate morum, & prudentia insignes.

Horum exempla vobis imitanda proponite. *Nobilitas* enim *hominis*, non fortuna, non sangui-

ne, non statuis & imaginibus, sed virtute, & teris metienda est, quæ si ullis displiceant, iis tum quibus displicere laus est. Ne vitam cr illam quam ex aëre trahitis, sed quam ex stu nec splendidum putate auro vel argento cir fulgere sed doctrinæ luce : dum alii rem ag & augent, pecunias numerant & ad stateram pendunt, vos Sapientum verba, & voces, ut tam defluxæ felicitatis præsidiis, quàm de Sap tiæ ac eruditionis immobili peculio gloriari vi mini. Ab hoc cardine præcipuè pendet Reip. s ut enim non de nihilo Sapientum calculo mnantur, qui fortunæ beneficio opulenti ani bonarum partium immunem habent, & qui topere *Nobilitatem* suam crepant, cum alioqu hil habeant *Nobilitatis* præter imagines, & n sesquipedalium titulorum : ita merito laud qui se bonis, ac perpetuis ornamentis sic co corarunt, ut ea minima sit in ipsis *Nobilitatis* quam multorum opinio totam esse *Nobilitatem* set. Dixi.

ORATIO XXI.

In vituperium Poëseos,

Habita à

PHILIPPO GEELKERKI

Cornelia Gracchorum mater, cum mat quædam *Campania*, illius hospitio utens namenta sua, quibus illud seculum nihil hab pulchrius, ipsi ostenderet, traxit eam serm donec liberi redirent à schola, tum & hæc in ornamenta mea sunt. Sentiens matronæ esse pulchrius, neque pretiosius, quam lib habere rectè educatos. Eximie profectò, & Sap ter! *Quid* enim parentibus in amore n

esse debet, & pretio, quam fidei hæc conjugalis pignora, & surgentis familiæ propagines, quæ non vultus solum, sed & mores Majorum referunt: ut in iis etiam defuncti reviviscere videantur. Sed ut Parentibus pretiosissima ornamenta sunt liberi: ita & præceptoribus discipuli: queis velut testulis eos instillent virtutis, & doctrinæ latices, qui aliquando in hac colluvie morum, & hominum, ad decus, & salutem Reip. redundent. Verum ut præcipua eorum, qui juventutem instituunt, cura esse debet, ut pietate inprimis crescant teneri illi *Musarum* alumni; ita nihil est in quod incumbere eos magis oportet, quam ut *Vestales*, & castas juventutis aures prohibeant auditione eorum, quibus corrumpi potest, aut inquinari. Inter quæ liberè dicam Poësis primas mihi tenere videtur, eoque tanto periculosior, quo venenum suum cautius tegit, & animis adolescentum se altius insinuat. Nam ut auceps avem decepturus, fistula dulce canit, & quemadmodum *Sirenes* cantu suo nautas præternavigantes, ad se alliciunt, allectos demergunt, demersos devorant. Ita suaviter quoque canit Poësis, ut studiosos adolescentes dulcedine sua ad se invitet, invitatos trahat, corrumpat, perdat. Quare cum ex more, ac consuetudine hujus Gymnasii, mihi etiam de argumento aliquo, solenni hoc tempore, publice sit declamandum, non possum quin pro modulo ingenii mei, & quibuscunque potero rationibus, ingenuam juventutem ab ea serio dehorter. Vestrum est, Auditores, infantiam hac in parte meam, eo majori silentio sublevare, & favore complecti, quo justiori impulsus causâ, hanc dicendi provinciam suscepi. Ac ne de vestrâ in me benevolentiâ vel tantillum dubitare videar, utar hac apud vos libertate, ut quidquid conceperim animo, in medium proferre non reformidem.

Nemo vel mediocriter tantum eruditus, ignorat hunc omnem studiorum esse scopum, eoque perpetuo *collimandum*, ut ii qui litteris, discipli-

nis, & artibus capessendis incumbunt, Deum summum illum rerum architectum, rectè cognoscant, cognitum, quâ par est reverentiâ, animique demissione suspiciant, venerentur, colant. Cognitio hæc unicum est & verum pietatis fundamentum, & virtutum magistra. Quisquis eâ caret, aut flocci pendit, quid non dicam Christiani, sed veri hominis habet? Etenim cum cæteras animantes potens ille Moderator Universi prono corpore ad pastum objecisset,

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

ut pulcherrimæ hujus mundi machinæ contemplator, & naturæ speculator, ab iis quæ in rerum natura sunt, ad Autorem naturæ paulatim assurgens, eum tanquam omnium bonorum fontem religiosè colat, serviat, auscultet, ab eo solo dependeat, & in eo fiduciam collocet. Admiranda enim illa cœlorum fabrica, elementorum amica pugna, & qualitatum in iis discors concordia, telluris ille variegatus cultus, & mundi inferioris mundus, flumina ex alto cadentia, perennes fontium scaturigines, tumultuosi maris leges, & statæ accessus recessusque vices, tam variæ animantium figuræ, tam mirificæ herbarum gemmarumque vires, ista omnia quid nisi conditoris sui gloriam assidue canunt, & ad *Dei* cognitionem nos quasi manu ducunt? Sed quid Poësis? illa ne vera, & salutari hac Dei cognitione nos imbuit, pietatem instillat, Religionem inculcat Numinis divini reverentiam commendat? Nihil minus: contra *Deos* finxerunt poëtæ ut infantuli pupas solent. *Græcorum Deos* ab *Orpheo*, *Homero*, *Hesiodo* primum inductos esse constat, qui eorum genus, & prosapiam tradiderunt, & nomina, cognomina, & munera cuique sua, aut pro arbitrio, aut certa ratione tribuerunt. Poëta de *Diis Ænea* loquens victos deos vocat, parvumque nepotem una cum illis eadem, ut ita loquar, corbe concludit. Sed quales

quæso

quæso illi *Dii* qui vinci potuerunt? qui illi dii? aut homines fuerunt, aut dæmones in statuis, & cadaveribus latitantes. *Cicero* libro de natura deorum in hâc θεομανία cum poëtis paria faciens, agnoscit singulorum ætatem, habitum, ornatum, genus, cognitionem, templa, sepulchra, rerum in vita gestarum imagines, in summa maximos, minimosque homines fuisse, imò homines, inter homines, valde homines, hominumque more vixisse. Sed mecum expendite, quæso Auditores, ex quo fonte suas hauserint poëtæ ineptias ridiculas merè, & aniles, veras quidem fateor quatenus res verè humanas narrant, sed falsas quatenus humanas diis adscribunt, quas hominibus debuissent: nemo *Saturnum* nisi hominem scripsit, nec *Orpheus* ipse, deorum parens aliter aut sensit, aut locutus est. De *Jove* autem quid? *Jupiter* patrem expellit, in monte *Olympo* jus reddit, *Europam* in *Tauro*, *Ganimedem* in *Aquila* (navium nomina sunt) scelestè rapit, parcit vero pudicitiæ *Theotidu*, ex qua nasciturum *Achillem* intellexerat ipso fortiorem futurum: denique postquam terram quinquies circuivit, omnibus amicis, & consanguineis suis imperium partitus est, & hominibus leges reliquit, ætate pessum acta in *Creta*, diem supremum obiit, & apud *Gnosum* oppidum sepelitur. Hæc quid nisi hominis vita, & nefarii quidem hominis? indigni non qui cœlum possideat, sed qui vel solum calcet. Sed ut homine factus est *Deus*: ita *Olympus* mons (nam ut ansa ansam, ita fabula trahit fabulam) apud poëtas pro summo cœlo usurpatur, & navis in Aquilam, *Thetis* in *Deam* migrat. De *Junone* etiam quæ non fabulantur nugivenduli, in *Samo* nempe educatam, ibi fratri *Jovi* nupsisse, *Martem* filium ex femore ejus natum, ut *Minervam* ex cerebro *Jovis*, vitamque ejus referunt, zelotypias & incestus, furta etiam *Iolis* Venerea, & raptus; ut concubitum cum *Danae*, & *Inone*, item raptum *Ganimedis* & *Europæ*: adeo non

homines tantum, sed monstra hominum, tota prosapia erant. *Mars* enim copias *Jovis* in aciem educens, parum abfuit quin perpetrati homicidii causa, *Athenis* suspenderetur. Qualis autem illa Religio, quæ in *Deos* evehit, quos jura terrena in crucem tollunt? & quam illa ridicula hic fanum habere, illic sepulchrum, hic ab hominibus coli, illic putrescere, aut vermibus erodi? & *Apollinem* quem *Delphis* sepultum esse fingunt, solem facere, & solem terræ infodere? quid enim est divinitatem deorum suorum prorsus evertere, ejurare, quid meras nugas agere, & umbram pro re habere, nisi hoc sit? *Venus* cujus plures adulteri quam liberi numerantur, prima lupanaria in orbem induxit, *Mercurius* furum *Deus* est, hacque de causa, post mortem templa illi dedicata sunt, quibus sibi propitium conabantur facere, hi quibus furti aliquid erat subtractum, asserentes ipsius Numine, & servata multa, ac etiam recuperata. Sed ad Orcum hæ nugæ, & de his satis. Nam si omnia ad amussim recensere esset animus, quis tandem finis anilium commentorum & fabularum triobolarium? quis enim hominum in arbores, pisces, scopulos, aliasque ejusmodi formas, *Jovis*, *Apollinis*, & similium idolorum nutu, conversiones planè monstrosas, sibilis ac cachinnis non excipiat? ad hæc *Tantali*, *Danaidum*, *Sisyphi*, *Ixionis*, *Titii*, aliorumque cruciatus inauditos, *Charontis* Cymbam, *Stygias* paludes, *Acheronta*, *Platonem*, *Proserpinam*, *Tisiphonem*, *Cerberum* tricipitem, *Chimaram*, *Minotaurum*, & id genus portenta poëtica, hoc est fabulosa, quorum tanta apud eos est copia, quanta vel æstivo tempore in campis cicadarum, adeo ut numerum eorum recitaturi, viatico egeant, & respirare cogantur. Sed quam ad pietatem faciant, & veram *Dei* cognitionem hæc otiosæ mentis erudita figmenta, quæ aures inani voluptate demulcent, unicuique vestrum judicandum relinquo.

Sed quid, obsecro vos, de cognitione *Dei* loquor,

quor, cum ne quidem ad studium virtutis nos ducat poësis, imo si res dicenda est, abducat, & laam aperiat fenestram, ad omnem morum licentiam, & vitæ libidinem: Nunc enim convivia, nunc choreas, & tripudia canit, nunc vagos & furtivos amores, nunc raptus, & adulteria, nunc amantium simultates, perjuria, suspiria, lacrymas, & quid non? Ilias illa, & Odyssea *Homeri* poëtarum antiquissimi, tantopere à multis deprædicata, in enarranda navigatione *Ulyssis*, quid aliud tractat, quam impudicos *Calypsus*, & *Circes*, aliarumque meretricularum cum *Ulysse* congressus? Cui etiam, ut tanto benignius exciperetur à deo aliquo aut dea, nescio qua, herba quædam nomine *Moly* offertur, cujus naturam spurcissimus ille *Martialis*; & nugandi, mentiendique artifex maximus, imprudenter nimis, & obscœne describit. Hi sunt nempe egregii illi mores, quos Poësis cultoribus suis passim inculcat. Docet enim quibus artibus, quâ amabili insaniâ, sexus ille fœmineus sit inescandus, ut non obscure factum ab *Ovidio* ingeniosissimo illo nequitiæ magistro, qui tam aperte artem hanc profitetur, ut nemini sit hac in arte secundus, honestasque matronas, & virgines libatæ pudicitiæ procul à se amandare videatur, hoc versiculo,

Este procul vitta tenues, insigne pudoris,
Quæque tenes medios instita longa pedes.

Quid *Martialis*? illene reliquis castior? Imò omnium, si quisquam impudentissimus. Ac ne longius hanc camerinam moveam, perditæ, profligatæque turpitudinis, & morum immanitatis, potuitne obscœnius, & scurrilius, quid scribi *Priapus*? ita hic fractis, pudoris omnis & verecundiæ repagulis, impune debacchatur, & furit scurrilis, & projecta Poëtæ turpissimi, quisquis fuerit, αἰσχρολογία, adeo ut quæ alibi mussitare tantum, & in aurem susurrare solita est, suggestum hic conscendere audeat, & se omnium oculis spectandam

dam proponere ut vel lenones ipsos, & prostibula pudore suffundat, & ad fœda hæc, & turpia erubescant. Quæ cum ita sint, cui mirum videbitur, & novum, prodire ex schola Poëtarum juventutem corruptam, levém, petulantem, luxuriosam, ac moribus perditissimis, dum vitiis virtutis nomen imponunt, & fabulas suas modo admiranda carminis majestate illustriores reddunt, modo incredibili dictionis suavitate veluti nectare ac myrothecio perfundunt. Vidit hoc non obscuri nominis poëta, qui Poëtas graphice suis coloribus depingens, quo loco eos habeat luculenter ostendit. Ego inquit

——devoveo versus, pariterque poëtas,
Cum video pueros obscœna docente magistro
Carmina pejores fieri, primumque pudorem
Linquere paulatim, & sceleratos discere mores.

Utinam, ô Palingeni, tecum facerent illi, qui hodie in tanto pretio habent Poësin, ejusque cultores, tantum sibi profecto non arrogarent Poëtæ, ineptæ illi loquacitatis magistri. Nunc vero cum illis & faveant multi & patrocinentur, animos ex eo capiunt, supercilia tollunt, cristas erigunt, & calamos felle tinctos in optimos etiam passim stringunt, ac dentatis suis satyris mordent, sugillant, rodunt, & quidvis sibi licere arbitrantur: unde tritum illud semper illis in ore,

————Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Item & illud: *Solis licet insanire Poëtis.*
Sed obsecro vos Auditores, quis iis hanc non dico potestatem, sed licentiam dedit, quam tam confidenter, & superbe sibi vendicant? *Deus* ne? non ipsa *Pytho* mihi persuaserit ut credam; contra prohibet, & eam severissime plectit. *Magistratus?* minime: est enim ille (de Christiano loquor) bonarum legum observantissimus, honestatis, modestiæ, simplicitatis vitæ, ac morum assertor strenuissimus, castitatis, & pudicitiæ vindex acerri-

mus.

mus. Nec injuria. Si quid enim hominum decus, si quid ornamentum, certe pudicitia est. Cujus laude si reliqui mores ornati non sunt, omnem honoris splendorem amittant necesse est. Quid enim virtutes custodit? pudicitia: quid cupiditates sufflaminat & ceu virgo quæpiam intacta, ad eas rubore suffunditur? pudicitia. Hæc parens est omnis honesti consilii, tutela integritatis vitæ, magistra innocentiæ. Hæc illa est quæ salutares moderandæ menti cogitationes injicit, & tanquam offuso flumine cupidinum flammas restinguit, ardorem temperat, licentiæ audaciam frangit, temeritatem reprimit. Sed poëtæ quid, quorum nunc ingens est copia ut apum? certè quâ morum sunt licentiâ, quidquid bonarum legum est aspernantur, imo impiè, ac petulanter pessundant, suis vivunt moribus, genio indulgent, cuticulam curant. jocos, ludos, convivia, choreas agitant, ut liquet ex illo *Flacci*,

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus
Jam Cytherea choros ducat imminente luna,
Junctaque Nymphis Gratia decentes,
Alterno terram quatiant pede;
Nunc decet aut viridi nitidum caput indere myrtho,
Aut flore terra quem ferunt soluta.

Sic vivere nempe, sic epulari assueti sunt, qui cum *Epicuro* in fruitione voluptatum, felicitatem suam collocarunt. Unde illud Venusini Poëtæ de se ipso præconium,

Me pinguem & nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Quæ autem hujus porci Religio fuerit, si quis forte scire desiderat, ipsum audiat de se loquentem:

Parcus Deorum cultor, & infrequens
Insanientis dum sapientia consultus error.

Quæ studia, quæ occupationes? nec illa quidem dissimulat:

Nos (inquit) *convivia, nos prælia virginum*
Sanctis in juvenes unguibus acrium
Cantamus vacui, sive quid urimur,
Nos præter solitum leves.

Sed ut altius Orationis meæ vela expandam, videamus, seposito omni partium studio, an poësis beneficio ad liberalium disciplinarum cognitionem perveniri possit. Neminem certè tam ferrea fronte, & plumbeis præcordiis esse arbitror, hoc qui affirmare audeat. Nam ad hanc comparandam, præceptis opus est, institutione opus, studio, exercitatione. Non è fabulis illa poëtarum, quas teruncio non emerim, sed scriptis Sapientum eruenda est; quales olim fuêre *Anaxagoras*, *Socrates*, *Plato*, *Aristoteles*, *Pythagoras*, *Democritus*, & alii qui tantum abest ut poëtas à juventute bene educata legendos esse voluerint, ut contra eos è Republica exterminandos esse judicaverint, tanquam ingeniorum pestes, & pessimos morum Magistros. Quid enim plerique nisi fabulosas hominum transformationes operosè describunt, digni qui inter Moriæ proceres primas teneant, dum tempus sæpe terunt, millium, quod dicitur terebrando, vel, ut apertius loquar, nugando. Nunc quomodo *Daphne*, amata ab *Apolline*, mutata sit in laurum, *Calisto* in ursam, *Syrinx* nympha Arcadica, & una *Najadum* in arundines, *Io* in vaccam, quæ postea pristina forma recuperata, regi *Osiridi* nupsit, Sorores *Phaëtontis* in populos arbores, *Narcissus* adolescens formosus in nominis sui florem, *Actæon*, in cervum, *Tithonus* in cicadam, *Myrmidones* in formicas: quid mirum?

Diruit, (nempe poëta) *ædificat, mutat quadrata rotundis.*

Nunc amores deprædicat *Didonis*, & *Æneæ*, nunc quomodo venatum iverint, & ingruente nimbo, in eandem speluncam devenerint? Nunc culicem laudat hic, alius puellæ suæ passerem; alius *Corinnam* suam, alius *Lydiam* aut *Chloën*, alius *Lesbiam*, alius

alius *Cynthiam*, versibus adeo inverecundis, ut mentiar si quid turpius dici possit, aut stylo consignari, longeque facilius *Augiæ* stabulum, quam talibus ineptiis multorum libros repurges, quæ si quis inquirat——*spinæ tricæque*, *& si quid vilius istis.* Et hæc talia Auditores, ad artium liberalium cognitionem conducere putatis? immane quantum discrepat. Nam ut ignis sine materia languescit, & extinguitur: Sic doctrina, sic virtus sine honesti alimento. Vitia contra, ut herba irrigua uberrime succrescunt, cito subrepunt, sine conciliatore placent, sine Magistro imbibuntur. Quanto magis si sunt qui probitati morum labem aspergant, nigra in candida vertant, credula ingenia perniciosissimarum fabularum laqueis implicent, ad nequitiam præeant, & manu ducant? est enim juventus à natura prona, proclivis, propensa ad voluptates, ac libidines, & nisi recte instituatur, mali pueri, pejores adolescentes, pessimi viri evadunt, nec in decrepita quoque senectute vitia illa magis abjiciuntur, quàm nigrorem suum Æthiops deponit, aut Pardus maculas, idque eo magis est deplorandum, quod quo generosior, & liberalior est adolescentum indoles, hoc pluribus inescari vitiis solent, idemque plane hic quod agris evenire consuevit, qui quò fertiliores sunt, eò uberius, nisi colantur, carduos, tribulos, zizanias proferunt: ut præclare omnino *Plato* dixisse videatur, hominem si cum naturâ bonâ rectam nactus disciplinam fuerit, animalium omnium optimum: sin minus, omnium ferocissimum, ac pessimum futurum. Impulit hoc *Anaxagoram* ut *Periclem* institueret: *Isocratem* ut *Timotheum*: *Lysidem Pythagoreum*, ut *Epaminondæ* bene vivendi præcepta traderet: *Aristotelem*, ut *Alexandrum* Magnum erudiret: *Xenophontem*, ut *Cyrum*. Sed hac in parte, cautione, & quidem diligenti opus, ne ea juventuti instillentur, quæ eam corrumpant, ac deteriorem reddant: Nam

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu.

Nec facile colores ii, quibus candida la
mel inficitur, eluuntur. Quid causæ fuit
nos viginti integros *Platonem Aristoteles* a
non alia quam quod meliorem, nec doć
audire potuisset: cur ab *Herodico Hypocrates*,
ro Galenus, alii ab aliis institui informariq
luerunt? viderunt hi scilicet ut ad fructus
sos uberesque proferendos soli bonitas nor
cit, sed & seminio opus est, & cultore ic
ita ingenii felicitatem, & naturæ præstanti
doctrinam consequendam, nisi præcepta sa
doctoresque periti accedant, parum aut nih
se, quin & illud observarunt, industrios agı
& hortulanos, arbusculis, & plantis ut re
læ feliciterque crescant, pedamenta appone
que *Timotheum* suum Apostolus frustra hoı
ut non iis quæ ipse finxerit, sed his quæ
rit, seriò incumbat, sciat etiam à quo di
Tanti nempe est benè erudiri, tanti felicit
tui? A qua institutione cum longè nos abduc
sis, vanitatis omnis, & nequitiæ magistra,
deo non dicam à ratione, sed & à sensu c
ni derelictus est, qui eam juventuti non pe
sam, scholisque benè constitutis eliminanda
non judicabit? Ut nihil de eo nunc dicam
& cultoribus suis noxia sit, & in præsentiss
tæ discrimina adducat. Quid enim *Ovidium*,
tissimi ingenii virum, tristissimo multavit ex
ad *Getas*, populos dico barbaros, & ab omni
nitate alienos relegavit? Poësis: de hac eni

Si saperem doctas odissem jure sorores,
Numina cultori perniciosa suo.

Quid *Crœsum* regno & opibus exuit? Poë
plus nimio oraculis fidens, cum bellum
suscepisset adversus *Cyrum* potentissimum P
regem, se & suos in ruinam egit. Quid P
Epirotarum regem perdidit? poësis: conf
nim oraculo Apollinis qui responsum hoc
derat: *Ajo te Æacida Romanos vincer*

cum victoriam sibi polliceretur, in bello, ictu tegulæ percussus obiit.

Sed attentione vestra jam dudum abutens, & septa, quod ajunt, transiliens, finem dicendi facio. Audivistis, Adolescentes Studiosi, quo loco vobis debent esse poëtæ, & quo in pretio poësis, quæ candida ingenia: piasque animas blandis fabularum suarum lenociniis inescatas à *Deo* abducit, malos mores teneris ætatibus instillat, vitæ luxum, ac licentiam suggerit, somnia, & cerebri humani commenta operoso labore ineptiarum deprædicat, pietatem contra, ac religionem animis hominum eximit, Respublicas & civitates corrumpit, scholas inficit. Ea etiam non raro *Satan* abusus est ad decipiendos per mentita sua oracula & insanientem sapientiam, homines: hæc quæso ad animum revocate, & poësin sanguine viperino cautius fugite, vitæque vestræ cymbulam flectite ab hac charybdi, & quemadmodum *Ulysses Syrenas* has obturatis auribus præternavigate. Tu vero æterne *Deus* qui docentium, & discentium officia instituisti, qui scholas Reip. & Ecclesiæ esse voluisti seminaria, qui omnis sapientiæ fons es & autor, juventutem hanc spiritu tuo rege, & in semita pietatis dirige; ut missis fabulis veritatem sectetur unice, & amet, iisque artibus, & disciplinis incumbat, queis non doctior modo, sed & melior evadat, suosque in studiis progressus honori tuo devotum eat, & Ecclesiæ ac Reip. bono. Dixi.

ORATIO XXII.

In laudem Poëseos,

Habita ab

ADRIANO ROONIO.

AUrea vere sententia est, ῥᾷον μωμήσασθαι ἢ μιμήσασθαι. Ita enim multi naturâ comparati

ſunt, ut proniores ſemper ſint in rerum vituperia, quam laudes: & ut nemo libentius aliorum ſtudia, aliorum labores carpit, quàm qui laudabile nihil ipſe præſtat: ita fere genus hoc hominum in laudatos inſurgit, & qui minime reprehendi merentur. Sic *Homerum*, illum poëtarum principem inſectatus eſt *Zoilus*, *Socratem Melite*, *Ariſtotelem Ariſtoxenes*, *Cecrops Heſiodum*, *Pindarum Amphimanes*, *Virgilium Mevius* & *Bavius*, *Ciceronem Ceſtius*. Nempe ut umbra corpus comitatur: ita eruditionem, liberalia ſtudia, actiones honeſtas, obtrectantium dicacitas. Ridentur in fabulis, monſtri quoddam genus, *Lamiæ*, quod domi oculis captæ, nihil rerum ſuarum vident, nihil proſpiciunt, nihil conſiderant: at foras cum egreſſæ fuerint, omnium maximè oculatæ habeantur, præſertim in iis carpendis quæ fere optima. Tales mihi curioſi iſti ſcioli, qui non ſolum ignaviſſimi, ſed & ignariſſimi, rebus iis ſugillandis ſe miſcent, ad quas cogitatione, & ſenſu non pertingunt. Ut in navi remo eum ferat, qui nautas moneat identidem, aut culpet, ipſe interea imperitus, manum non dicam clavo admovere, ſed remo: ita merito importuna nobis, & moleſta vaſcula illa inania quæ maxime tinniunt, & liquoris minimum habent, in hoc nata ut licenter omnia, & temere inſectando perſtringant. Quam non ferendam in ſcholis bene conſtitutis licentiam, cum etiam in iis animadvertam, qui literaturam profitentur, & cathedram hanc conſcendere non erubeſcunt, ut Poëſin omnis doctrinæ, & ſublimioris ſapientiæ magiſtram publicâ oratione traducant, eamque omnibus inviſam reddere nulli dubitent, doleo Auditores, & acerbe fero, nobiliſſimam hanc facultatem tam impune ſugillari, cumque ego aliam longe de ea opinionem conceperim, quam etiam veriorem eſſe arbitror, non poſſum quin tacentibus omnibus aliis, quid ſentiam, libere pronuntiem, nullo impulſus contentionis ſtudio: ſed amore ve-

ritatis,

ritatis, quam nescio quis Philosophorum in abstruso, & profundo latitare professus est. Quod si in hâc causâ, & in suscepto Poësis patrocinio, omnia quæ dicenda mihi sunt liberius fortasse dixero, ado-lescentiæ meæ ignosci à vobis studiosissime peto.

Ac ne longiore verborum ambitu vos detineam, eam ab ipsis primordiis consideremus. Certè inter ea quæ dignitatem, & præstantiam poësios commendant, nihil est quod eam commendabilem magis reddat, quam si unde originem suam traxerit, expendamus. Non eam è *Creta Jovis* patria ortam profitebor, non è *Curetibus* qui *Jovis* cunas observasse feruntur, non è *Delo* in qua *Apollo* natus, non è *Cyntho* in quo sese *Mercurius* editum gloriatur. Mitto levia ista, in illis quæ cælo viciniora sunt, *Musarum* patriam quæram. Quis autem certior nobis dux, quam ipsarum filii? *Orpheum* antiquissimum poëtam qui cythara sua, & flexanima voce, bruta, imo nemora ipsa, & saxa traxisse ad se fertur, audiamus, audiamus *Homerum* illum paganæ sapientiæ fontem, & poëtam sine exemplo maximum: interrogemus *Hesiodum* qui illas in cœlo natas, & è cœlo mortalibus missas esse, tradiderunt. Quid enim aliud Poëtæ volunt, cum *Jovis* filias ex matre *Memoria* procreatas esse novem illas *Musas*, uno ore profiteri non dubitant, quid inquam volunt aliud, quam plane divina hæc esse munera, quæ non ut aliæ disciplinæ indefesso labore, & operosa, longaque institutione comparantur, sed singulari Dei gratia animis hominum infunduntur? Quod cum Philosophorum ille princeps *Plato* intelligeret, neminem ad fores poëticas accedere posse dixit, nisi cælesti aliquo spiritu imbutum. Nulla enim studia sunt, quæ majore vi mentis, quæ acriore animi impetu peragantur, quam sublimes illæ poëtarum meditationes. Nihil tam difficile est, tam arduum, tam abstrusum in quod non penetrent ingenii sui acumine. Aquilas ferunt tanta

pollere visus præstantia, tanta acie oculorum, ut solem in ipso meridie irretortis oculis intueri queant. Quid Poëtæ primi illi sapientiæ magistri, & divinæ mentis interpretes? Longe illi acutius cernunt, & in ipsa rerum divinarum adyta penetrant, vaticinantur, futura præsciunt, oracula dictant. Hinc ex cælo lapsos olim judicavit Antiquitas, eamque in Poëtarum dictis sapientiam agnovit, ut etiam loco oraculorum scripta eorum habuerit, & in rebus dubiis tanquam folia Sibyllina consuluerint viri gravissimi. Inter alios *Græcorum* ille sapientissimus *Socrates*, qui cum audisset recitari versum Homerici *Achillis*.

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.

Intellecto rei portento, die se tertio moriturum *Æschini* prædixit, dixit & evenit. *Brutus* acerrimus quondam libertatis patriæ vindex, cum Martis aleam in campis Philippicis præscire vehementer desideraret, non ut alii Oraculum *Apollinis* adiit, non ad haruspices se convertit, non ad augures, non ad avium volatus, & garritus, sed ad *Homeri* magni illius poëtæ volumina, quæ quasi præmonerent, interitum ejus certum denuntiabant. Versus se offerebat ille *Patrocli* moribundi *Hectorem* alloquentis:

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Me fera parca ferit, sævusque trucidat Apollo.

ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον· clade accepta cecidit, & veritatem eventus comprobavit. Videtis, Auditores, cur tanquam peculiari nomine *divini* Poëtæ appellentur, quod scripta eorum non modo de præteritis, ac de præsentibus loquantur, verum etiam futurorum vaticinationes complectantur. Ac ne arcanam illam rerum scientiam in solo *Homero* admiremini, cui *palmam ingeniorum* ab omni ævo, jure meritissimo *Plinius* adjudicat, idem de aliis judicatum esse, paucis si attenderitis ostendam. Quid enim *Alexander Severus* Imperator, cum ille quoque futurorum desiderio teneretur,

divinus

divinus illi fuit *Maro*. Imperii superstitiosus quidem designator, verus tamen aruspex. Cum enim ille sortes ejus consuluisset, parvulus etiam tum incidisse in hunc versiculum dicitur:

Te manet imperium, cæli terræque marisque.

Ecquis hic non *Sybillas*, non *Apollinem*, non ipsa *Jovis* Oracula, præ Virgiliano illo vaticinio contempserit? Fecit hoc *Claudius* Imperator, qui non tantum fidei auguriis habuit, quantum poëtæ. Nam cum de vitâ, & regno suo ejus sci citaretur sententiam, sortitò nactus est illum ex lib. 6. *Æneidos* versiculum,

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Quod quidem verè ipsi contigit: ad triennium enim non regnavit. Sciscitatus erat idem de fratre, quem imperii consortem habere desiderabat. Sortis loco ille ex 6 *Æneidos* prodiit:

Ostendunt terris hunc tantum fata.

Ut dictum, ita factum? decimo enim septimo Imperii die, cum vix se ostendisset imperio, obiit. Sexcenta id genus proferri possent, non ex *Marone* solum nostro; sed & ex *Musæo* & aliis, quorum carmina tanquam cælitus delapsa ancilia, in templis religiosè observata, culta, & pro Oraculis habita fuerunt. Sed ne attentione vestra abuti videar, unum hoc mecum expendite, Auditores, in nulla vix unquam vitæ discrimina incidisse poëtas, quibus aut non liberati fuerunt, miraculosè pene, & ἀπὸ μηχανῆς, aut vindicem *Dei* manum non senserint, quicunque eos unquam aut bonis, aut vita spoliarunt. Exempla passim obvia sunt, & omni ævo. Inter alia *Simonidis*, qui cum apud hospitem suum in *Thessaliâ*, cum multis aliis convivaretur, singulari cœli favore solus triclinii ruinam effugit. *Arion* cum artis poëticæ studio magnam pecuniæ summam comparasset, *Corinthum* navigans à naviculariis, qui opibus ejus insidias parabant, in mare præcipitatus, à *Delphino* ergo exceptus, & conservatus est. *Hesiodi* à latroni-

bus

Poëtarum, immortalitatis ſtilo tinctis anim
velut morti ſuæ ſuperſtites vivunt, & victı

Sua Sol diei
Donec effundet, ſua Luna donec
Lumina nocti.

Eudamidas interrogatus à quodam quam o
ſam Lacedæmones, priuſquam irent in pra
Muſis immolarent, cum Muſis nihil vi
cum Marte eſſe commercii? in rebus, inqui
titer geſtis contingat honeſta commem
Nam

Non inciſa notis marmora publicis
Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis
Poſt mortem Ducibus, non celeres fuga
Rejectaque retrorſum Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impia
Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides, neque
Si chartæ ſileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Ilia,
Mavortiſque puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis invida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus & favor & lingua potentium
Vatum divitibus conſecrat inſulis.

Et profecto ſic oportet cum non minus
ritatis interſit, quam eminentium viroru
pro Patria ſtrenuè fecerunt, res geſtas eorun
ſilia, labores, ingenii monumenta, ne vir
debita gloriæ merces invideatur, æternita
mæque titulo conſecrati. Movit hoc *Hercu*
gnum illum monſtrorum terræ domitore
cum *Muſis* pactum hoc inierit, ut illæ qua
defenderet, res ſuas præclare geſtas, labc
exantlatos ſtilo ad poſteritatem propagarer
vit & Imperatores olim Romanos, ut Poët
petuos comites habuerint, laurea coronar
opibus, ac dignitatibus auxerint. *Ennius*

Scipionis divelli nunquam potuit, nec mortuus à mortuo separari, sed uterque in eodem tumulo collocari. Populus Romanus tantum *Maroni* honorem habuit, ut auditis versibus ejus, assurrexerit, præsentemque Poëtam quasi *Augustum* ipsum, in Theatro, veneratus sit. *Theophanes* a *Pompejo* civitate donatur. *Terentius* juxta *Scipionem* in curru triumphali, plausu totius populi comitante, pileatus conspicitur. *Appianus Alexandri Severi* munificentiâ ditescit. *Vespasianus* maximis muneribus poëtas condecorat. *Titus* medias inter *Musas* sedet, scribit, componit, meditatur. *Claudius* Imperator *Nonniani Poëta* auditor est diligentissimus. Adeo verum est tritum illud;

Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.

Sed ne præmia solum, florentissimas opes, honores, dignitates, coronas Poëtarum loqui videar, quæ etiam in indignos haud raro conferri possunt, jam quæ merita ipsorum sunt videamus. Hic vero τὶ πρᾶτον τὶ δ' ἔπειτα τὶ ὑςάτιον καταλέξω; *Musarum* enim erant illæ apiculæ, quæ *Platonis*, quæ *Stesichori*, quæ *Pindari* labiis insederunt. *Musarum* illa buccina quæ *Spartanis* contra *Messenios* victorias peperit. Musarum illa turba quæ *Alexandrum Magnum* ad tantam in armis capessendis animi fortitudinem, in bellis gerendis vigilantiam, & alacritatem, in subeundis periculis constantiam excitavit. *Musarum* illa erat cithara, quæ inter armorum strepitus, & clangores tubarum, iram *Achillis* mitigavit, dolorem leniit, animum labore fractum demulsit. Musarum erat ille filius de cujus patria septem illæ urbes contenderunt, quem *Colophonii* suum, *Smirnæi* suum, *Rhodii* suum, *Salamines* suum esse gloriati sunt. *Musarum* beneficio, *Pericles* & *Sophocles* ad summos honores in *Attica* Rep. evecti fuerunt. Quo igitur loco habendi sunt illi, qui dulcissimo, & amœnissimo *Musarum* studio non delectantur? Certè non homines esse dicam: sed meras pecudes, &

inutilia

humanitate complexus fit. Poly
tyrannus *Anacreontem* in delici
qui humanitatem omnem exuiss
stiis propior quam homini, hoc
minem se esse probavit. Quid r
mnium scientiarum fontes tene
præclarissima quæque decerpit.
mnium scientiarum cognitio, ut
tiquis poëtis est, ita præcipue in
rum *Homero*. Qui quantus fuerit
libus, & in Ethicis, ejus scripta
Fatentur & Philosophi cum *M*
eum divinarum inventionum orig
dicant cum *Plinio*, ingeniorum o
cum *Strabone*, Geographiæ pare
Quantus vero Anatomicus, Bot
fuerit, ex scriptis Medicorum in
la medicinæ pars, ab illo non p
tractata, morborum causæ, nimi
moda, plantarum vires, moly, l
cinthi & aliarum. Unde etiam An
melior hic judex) quo ostende
mas inter se disciplinas. Medicin

quid *Petronium*, quid *Ausonium*, non inficianda sæculo nomina, pluresque alios, qui utramque *Apollinis* artem magna cum laude pertractarunt? Jam quid de Jurisconsultis dicam? Certè in tanto olim apud eos honore fuerunt Poëtæ, ut illorum parentem *Homerum* ἕνα ἀντὶ πάντων, Imperator parentem omnis virtutis appellarit, eumque tanquam judicem permutationibus, & venditionibus adhibere non dubitaverit. De *Cotta*, ingeniosissimi Poëtæ illustre est præconium,

Numen Pieridum, præsidiumque fori.

Modestinus in ipsa curia, pro rostris, secures inter & fasces, strepitusque forenses, *Musas* coluit & carmina non semel fudit. *Cæcilius Gallus*, *Cajus*, & innumeri alii quam reverenter Poësin habuerint, testantur docta eorum monumenta, Poëtico calamo consignata. Quid *Ulpianus*, an non dum regulas scribit, versus scribit? Quid sæculi sui lumina, ingeniique ac doctrinæ principes, *Alciatus*, *Budæus*, *Turnebus*? Quid alii quos hodie in cancellis imperatoriis, in curiis Electorum, in consiliis principum à *Musis* coronatos videmus? non minores illi fuerint poëtæ, quam Jurisconsulti. Sed ne à Poësi Theologos alienos esse putetis, & Musas templis eorum excludi, quis adeo Sacrarum literarum rudis est, & imperitus, qui nesciat his flosculis aspersos esse Prophetarum, & Apostolorum libros? Quid aliud Cantica *Mosis*, *Deboræ*, *Barachi*, *Annæ*, Psalmi *Davidis*, quid canticum canticorum Sapientis illud Hebræi, quid aliud inquam spirant quam Poëtarum elegantiam? quid Patrum tempore, *Nazianzeni*, quid *Prudentii* scripta testantur, nisi summum in viris istis Poëseos studium, & amorem *Musarum*? *Menandrum*, *Epimenidem*, *Aratum* quis nescit citatos esse à *Paulo*, magno illo doctore Gentium? *Virgilium* non sine admiratione receptum ab *Augustino*: *Aristophanem* ab *Hieronymo* traditum manibus puerorum, à *Chrysostomo* pulvillo suppositum?

Qui

Quæ cum ita sint, mirari satis nequeo inveniri
mines tenebriones, & rei literariæ iniquos
nsores adeo impudentes, & proterve maledicos,
ui studium Poëseos conviciis proscindere non
rubescant, carpentes ea temere, quæ non ca-
piunt, damnare parati magis quam discere. In
alia longè sententia Philosophorum coryphæus
Plato, qui Poëtas modo sapientiæ Patres, modo
Deorum Filios vocat. *Aristoteles* in scriptis suis
non tantum poëtarum testimoniis utitur, verum
etiam libro primo de sapientia, Philosophum o-
mnem fabularum amatorem esse confirmat. Non
de nihilo. Quis enim nescit sub fabularum invo-
lucris arcanos sapientiæ sensus, & salutaria vitæ
monita esse recondita? Aliæ enim ad strenuitatem,
& animi fortitudinem nos cohortantur, ut ea quæ
tradita sunt de *Hercule*, magno illo domitore ter-
rarum. Aliæ ab omni crudelitate & perfidia nos
retrahunt, ut *Lycaonis* fabula. Aliæ mortis inevita-
bilis necessitatem inculcant, ut illa de cymba *Cha*
rontis, de *Plutone*, *Tartaro*. Aliæ ad deterrendos ho
mines à rebus turpibus inventæ sunt, ut *Ixionis* su
plicium apud inferos, & malæ conscientiæ lani
tus in *Titio*. Aliæ ab avaritia nos dehortantur
sitis *Tantali*. Aliæ à temeritate, ut illa de *Phaë*
te, & *Icaro* fabula. Aliæ ab amore sui, & φιλα
ut illa *Narcissi*. Aliæ ad virtutes nos allici
ad integritatem vitæ, ad æquitatem, ad Re
nem, ut Elysiorum camporum amœnitas.
denique ab omnibus flagitiis revocant, ut
Rhadamantho, *Minoë*, *Æaco*, severissimis
viris, qui apud inferos, singulorum ani
functorum judicant, & gravissima scele
plicia decernunt; nempe ut arcanis sacr
solent obtendi, & aulæa: sic Poëtæ à p
fanorum aspectu subducant altiora d
fabularum obtentu quodam regunt f
dicta; nec nisi ab ignaris, aut stultis r
que enim altæ, acres, ferientes sent

ſima monita, aut medicamenta animorum: uque præcepta Sapientiæ, quæ quo facilius in animos influant, inſatiabili quadam admirabilium rerum varietate condierunt: Sed oblatrant hic quidam, & obſcœnitatem poëtarum obtendunt, qui tanquam ſi nequitiam profiterentur, incautæ juventutis veſtales aures, & mentes Cyrcæo velut poculo venenant, eamque in deſidiam, aleam, ſaltus, tripudia, vagos amores, turpi lenocinio compellunt. Eſto, intercurrant quædam non ſatis honeſta. Quid? an ideò culpanda Poëſis, ſi qui ea abutantur ab libidinem, & morum licentiam? uſum rei bonæ ab ejus abuſu diſtinguere diſcant, qui tam procaciter, tam petulanter eam traducunt. Ut illi qui à ſcorpiis icti ſunt, ab iiſdem remedium petunt: ita ex ipſis Poëtis vulnerum, quæ ab eorum fabulis inflicta ſunt, remedia petant. *Jovem* legunt in imbrem aureum converſum, & per tegulas in *Danaës* turrim illapſum, fucum virgini facientem? ad animum revocent eximiam illam Lyrici vatis ſententiam,

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo.

In magnatibus luxuriam deteſtentur, & in virginum cuſtodibus, pecuniæ amorem. Gigantes vident in fabulis cœlum ſuperoſque adoriri, & bellum intentare diis? ſubeat animum hiſtoria *Moſis*, de turris Babylonicæ architectis, diſcantque eorum exemplo, quam non ſolum impium ſit, ſed & temerarium Θεομαχεῖν, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζειν Audiunt ob audaciam *Lycaonis* cæterorumque mortalium deploratam nequitiam, univerſum orbem terrarum profuſis imbribus inundari, adeò ut opertis diluvio montibus, omnis humana caro interierit, duobus tantum exceptis *Deucalione* ſcilicet & *Pyrrha*, quod ceteros mortales omnes pietate antecederent? veniat in mentem hiſtoria *Noachi*, & fabulæ hujus argu-

mentum ad ſacræ pugnæ veritatem expendant, diſcantque venerari hanc *Dei* in plectendis peccatis hominum juſtam ſeveritatem, hinc in ſervandis ſuis pluſquam paternam benignitatem, & clementiam. Sed quid ſoli lucem fœneror, & frigidis objectiunculis refellendis longius me impendo, quas & fullones exſibilent, paullò saniores? Finio Auditores, & ut nautæ

——quando ex alto procul
Terram conſpiciunt,

ex animo lætantur: ſic ego qui terram non aſpicio ſed tango. Audiviſtis *Muſarum* antiquitatem, intellexiſtis ſtudii poëtici præſtantiam, utilitatem ejus deguſtaſtis, ſuavitatem hauſiſtis. Vidiſtis in quanto olim pretio fuerint Poëtæ, quam grati, quam accepti in aulis Principum, quam familiariter cum iis vixerint, ſermones ſociaverint, convivati ſint cum Imperatoribus, cum Regibus: quæ laborum ſuorum retulerint præmia, quas dignitates, quos honores, quas opes. Quid diligentiam veſtram exacuat, quid amorem nobilis illius ſtudii poëtici animis veſtris ingeneret, quid genium veſtrum, quid ingenium ſtimulet, compellat, incitet ad ſeriam Poëtarum lectionem, & generoſam Poëſeos æmulationem, niſi hæc ſint? Viam quam inſiſtere vos volo arduam eſſe novi; ſed ut Athletæ curſu non eos reſpiciunt quos reliquerunt, ſed intendunt in priores: ſic vos in eos qui vobis doctiores. Immortalis ſum ſi per deſidiam aditus ad immortalitatem patet. Ut arborem plantare ſatis non eſt, rigare, putare debes, & pertinaci cultu quidquid ſperas urgere: ſic ingenium Mortalium animos natura dotat, induſtria perficit. Laborandum hic ſi uſquam, nec alia lege paratur eruditio, nihil quoque ad æternitatis famam glorioſius, ad exempli normam utilius. *Muſas* quidem in *Parnaſſo* ſedentes ſomniavit Antiquitas, nemo tamen ad illas niſi ſtando, & vigilando pervenit. Sed longius provehor in oratio-

ne,

ne, quam par eſt. Vos ſtudioſos, & commilitones ſuaviſſimos etiam atque etiam monitos, & rogatos volo, ut ea quæ à me dicta ſunt ad animum revocetis. Venam quâ vos natura inſtruxit colite, poëtas cum *Græcos*, tum *Latinos* vobis reddite familiares, carmen utraque lingua non pœnitendum ſcribere, & arcana myſteriaque omnia, quæ vel divinitus ab *Homero*, *Phœbo* illo vatum, vel ingenioſè ab aliis, qui hac in parte excelluerunt, prodita ac relicta ſunt, nocturna verſate manu, verſate diurna. Quid enim (ita me Muſæ) ſcriptis eorum doctius, quid ornatius? qui lepores ubique, quæ Veneres, quæ elegantiæ? quas qui non admirentur, eaş procuſdubio, aut omninò non legerunt, aut ſi legerint plane in literis cæcutiunt. Mihi credite, nulla compendiaria magis nominis parandi ratio, quàm per Poëſim, quam ſi quis videat recto animi oculo, quid culpet, imò quid non ſuſpiciat, & admiretur? Ingenti Coloſſo *Rhodus* celebris eſt; *Caria* Mauſoli ſepulchro, *Memphis* pyramidibus. Sed qui ſe totum *Muſis* devovit, & *Apollini*, ſi quæ unquam ingenii monumenta ad poſteritatem tranſmittat, autori immortalitatem conferunt, præmiumque laboris ſui

——ære perennius:
Regalique ſitu pyramidum altius,
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, fugaque temporum,

æternum victuro, quamdiu nobilioribus his literis erit uſus, honos ſcientiæ, doctrinæ pretium, ſapientiæ laus. Dixi.

ORATIO XXIII.

In vituperium Otii, ignavi, recitata *Carmine*, à FRANCISCO CROMELING.

CAſtalio gens ſacra choro, cui fronde virenti
Nectit Apollo comam, rerumque arcana recludens
Pierio doctas dedit immerſiſſe liquori
Vatum animas, quæ cauſa fuit melioribus olim
Ingeniis, dubiam tanto certamine famam,
Et laudum tentare vias? dum neſcia veri
Fabula, pellaceiſque joci, riſuſque, ſaleſque,
Fictaque facundis miſcentur prælia chartis.
Non aliud docto quondam molita labore eſt
Mœonii mens alta Senis, cum ſaxa Charybdis,
Naufraga cum Scyllæ rabiem, cum lurida Circes
Pocula, Sirenaſque canit; quaque inter amores
Penelope trahat arte procos, dum lenta diurnæ
Stamina pertextæ diffingit callida telæ.
Tuque decus vatum, & nunquam moritura Maronis
Vena, quid Æneæ decantas prælia verſu
Auguſto placitura tuo? mentitaque Eliſæ
Fœdera connubii, miſeri poſt fata Sichæi
Dardanio jurata Duci? Tuque unica gentis
Gloria Pelignæ, laſcivo prodere cantu
Semina nequitiæ gaudes, vitiiſque recludis
Per Veneris fomenta viam. Sic plurima Vatum
Materies non digna cani, dum huic fabula Daphnes,
Aut Phlegethontæa facie furibunda Megæra
Ficta placet; Niobes alius ſuſpiria matris
Exanimes inter natos, nataſque, virumque,
Commemorat; turpes alius modulatur amores,
Semiferoſque alius Centauros, Gorgonas atras,

Har-

Harpyas, Sphingesque, ardentesque ore Chimæræ:
Cæteraque obscœnis olim cantata Poëtis.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor, rerumque alius mihi nascitur ordo,
Dicendique modus; non jam, non bella Gigantum
Dîs superis illata canam, non horrida Pluti
Regna patris, furiasque, & diris quidquid Averni
Faucibus evomuit quondam Proserpina monstri:
Non Phaëtontis equos, raptumq; per avia currum,
Præcipitesque vias, non detestanda cruentæ
Fœda Lycaoniæ referam convivia mensæ;
Mens aliis districta vacat: nam causa malorum
Segnities mihi carmen erit, mollisque veterni
Otia Pieriis semper male grata Camænis
Profligare juvat, digno atque lacessere versu,
Quo pubes incauta sui, quæ prodiga semper
Temporis heu nimium! stimulos agitata laborum
Sarciat annorum pulchris dispendia rebus.
Hoc virtutis opus! Tu qui radiantia puro
Lumine templa habitas, celsique micantia fingis
Astra Poli, Deus alme, Deus, qui cuncta gubernas
Imperio, Oceanique udas moderaris habenas,
Et sera terribili jacularis fulmina dextra,
Rerum sancte parens, audacibus annue cœptis,
Et Musis da vela meis, quo Numine fausto
Inceptum decurrat opus, ventisque secundis
Concita tranquillum subeat mea cymbula portum.
O vitæ miseranda dies! O secla nefandis
Luxuriosa malis! prisci dum corda decori
Longa soporatis spumant oblivia curis.
Hæccine vota juvant? hæc te contagia morum
Mortalem funesta movent? sic itur ad astra,
Æthereasque domos, augustaque limina Cœli!
Falleris, incautumque BONI te fallit imago.
Quid mentem traxisse Polo, quid profuit altum
Erexisse caput? quid recti ad sidera vultus?
Ingeniumque ultra pecudes? si tecta tenebris
Desidiæ, densâque nimis caligine torpet,
Obruta vis animi, & divinæ particula auræ.

Serpat humi, mensque una suo devota parenti
Cælicolæ, illecebris Sirenum præbeat aurem,
Excusso cervice jugo, nullisque rebellis
Indomitas imitata feras teneatur habenis?
O pudor! heu quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent! pronam precor paulò erige mentem
Et mecum ingentes Cœli spatiare per oras,
Sidereasque domos, hæc indubitata laborum
Muta tibi documenta dabunt, ne fœda resîdat
Segnities animo, celsamque ab origine mentem
Dejiciat, magnos heroum exosa labores.
Aspice, & exemplar vitæ, morumque magistra
Sit tibi cura DEI, quâ tot labentibus annis,
Terram quam valido sapiens suspenderat axe,
Fulcit adhuc, justoq; tenet moderamine, ut instar
Rupis, & Icarii scopuli inconcussa perennet.
Ille mare & terras diversis temperat horis,
Cuncta movens, mota amplectens, amplexa gubernans;
Cœlestesque orbes nullo quoque fine moventur
Imperio magni Patris parere parati.
Sol qui flammiferis mundum complexus habenis
Volvit inexhausto redeuntia secula motu,
Itque reditque viam toties, patiensque laborum
Solennes relegit sua per vestigia cursus.
Cernis ut ex ortu, gelidis nitidissimus Euri
Surgat aquis, vultuque rubens, rapidoq; coruscans
Purpureum vehat axe diem, tenebrasque serena
Luce secet, flexoque emensus tramitè cursum
Cedat, & Hesperias iterum festinet ad undas
Oceano tincturus equos; quid Luna? putatis
Ignavam torpere situ, segnemque tueri
Quas gremio comprendit opes NATURA patenti?
Non ita. Sed vasti steterit dum machina Mundi,
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem,
Luna quater variat spatio sua cornua mensis,
Ignibus alterius (magnum & memorabile) Solis
Lustratur radiis, qui dum duodena quotannis
Si-

Signa petit, curvi dirimens confinia Cœli,
Perpetuum circa terras raptatur in orbem.
Hinc bruma, hinc æſtas, hinc ver, autumnus, & anni
Mille vices. Viden ut tepido ſata læta miniſtret
Terra ſinu: floreſque, & odoriferos hyacinthos,
Narciſſumque, crocumque, & quidquid purpureum ver
Spirat hians: contra gelidis oppreſſa pruinis
Puniceo nunquam florum vernabit amictu;
Gramina nec campis reditura, aut meſſibus æſtas,
Si pigro ſtent aſtra polo; ſi immota quieſcant
Sidera, ſi nulla foveant vertigine Mundum,
Tunc campos torpere ſitu, dumiſque referta
Rura vides, tribuloſque incultis naſcier agris,
Si non vere novo, gelidis ubi montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit
Dura lacertoſi proſcindant arva Coloni;
Corniger & neglecta novalia vertat aratro
Taurus, inopſque Ibycus; duros ſi culta ligones
Nec raſtros patiatur humus, frugeſque beatas
Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas.
Quin etiam (*Si parva licet componere magnis*)
Aſpice ventura metuens formica Senecta,
Exercetur humo, vigilantique excita cura
Urget opus, celerique gradu (mirabile viſu)
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Convectant calle anguſto; pars pinguia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras; opere omnis ſemita fervet.
Talis apes æſtate nova per florea rura
Exercet ſub ſole labos, cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto.
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent;
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
Solus homo (immenſi decus admirabile Mundi,)
Cui celſo mens orta Polo, & cœleſtibus auris,

ıoviſſe dedit, turpi correpta veterno
,& ignavam damnatricemque laborum
liam ſecurus amet, blandoque veneno
itiæ, virtus paulatim evicta tepeſcat?
que BONI quondam, primaque ab origine, Cœlo
aina deduxit, pereant? Sopitaque paſſim
aque divinam teneant oblivia ſtirpem?
on ita degeneres animæ, nimiumque ſupinæ,
tia qui teritis, Studiorum incumbite curis.
uæ mora vos ıetinet, generoſam accingite mentem
Ad decus. O Philtro nimium fucata doloſo
Languida ſegnities, Veneris fomenta miniſtrans,
Fœdaque dilatrix operum, maleſuada laborum,
Et ſcelerum commune caput! proh quanta dediſti
Funera? quot fundo ſubverſa palatia, quotque
Dejectas acies, & turpi ſtrage phalanges?
Quot pulchræ Heroum animæ & celebrata triumphis
Nomina tartareis per te damnata tenebris?
Ah quoties largo nimium ſopita Lyæo
Caſtra truces ſenſere manus, dum bellica fœdo
Squalent arma ſitu? multoſque inarata per annos
Prædia, devictiſque patent cuſtodibus urbes.
Ipſe cui toties niveis invecta quadrigis
Inclyta perruptas patefecit gloria portas,
Jeſſiades, magni Soboles generoſa parentis,
Armorum, bellique ſatur, Martiſque triumph
Pertaſus ſpectare diu, quem vincere Mavors
Nec Regum potuere minæ (proh dedecus æv
Marcida ſecurum vicerunt otia Regem, &
Deſidiam ſectatur iners, caſtriſque relictis
Inquinat Uriæ ſacrata cubilia ſervi,
Turpis adulteriis macula, inſontemque neca
Bellerophontæis tabulis jubet, intima rump
Fœdera connubii, & caſti pia vincula lecti
Quæritur Ægiſti, Veneris quæ cauſa nefand
Deſidioſus erat. Samſon dum membra re

In gremio Dalilæ, curtatis crinibus hosti
Traditur, effossisque oculis fit fabula Vulgi.
Heu miserum! tantæne armis victricibus iræ?
Quid Noam memorem, nulli pietate secundum
Agricolam? qui dum maturam colligit uvam,
Fessa nimis liquido madefecit membra Lyæo,
Nudatumque suis femur, & spectanda ministris
Inguina prostituit. Tanto nempe otia semper
Stant discincta suis, socorsque ignavia menti.
Contra quanta labor, quantos vigilantia rerum
Successus dederit, quantis trophæa triumphis
Si enumerem, reddit dubium me copia: vultis
Exempla? antiquos quæso percurrite fastos,
Et veterum monumenta Virûm, concredita chartis.
Magnanimum virtus evexit ad æthera quondam
Alciden; quem non immanis terruit Orci
Cerberus, ingenti Nemeæ quis mole leonem,
Quis domuit cervam aëripidem, Lacinumque, Cacumque,
Quis taurum, Lapithasque truces, quis Amazona fortem
Stravit, & horrendam, ferro & face contudit Hydram?
Herculeus fuit ille labor. Quid facta revolvam
Pelæi juvenis? qui sub sua sceptra redegit
Imperia, & terras longe lateque patentes,
Calcavitque Asiam pedibus, Victorque superbis
Jura dedit populis, famamque extendere factis
Dum satagit, nullos firmata mente labores,
Excubias, curasque, & duri tædia belli,
Nulla minax vitæ discrimina sæva refugit,
Scilicet astra petit labor improbus, ille deorum
Dat mensis epulisque accumbere: *Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus*: ille parenteis
Palladis ad Portas, & sacra Palatia Phœbi
Excubat insomnis, nec fas conscendere cuiquam
Thespiadum Aonios montes, quem ignavia vecors
Occupat. Hic morum probitas, hic nescia falli

Relligio colitur, pietasque, hic totus Olympus,
Naturæque arcana patent, elementaque Mundi.
Hic tibi Socraticos ostendet pagina mores,
Et vitæ melioris iter. Sperare coronam
Hinc juvat, hinc juvenes summa ad fastigia laudum
Illustri datur ire via, quo splendida Virtus
Vos vôcat, incolumisque trahit reverentia famæ.
Desidiæ indultum satis est: quid mercida captas
Otia, Musarum duros exosa labores?
Dignior ingeniis merces exsurgit. Amanti
Cuncta patent, labor ille tuus tibi proderit olim.
Huc adverte Piger: stimulos dabit æmula Virtus.
Excita, dum frontem tibi flos juvenilis inumbrat;
Ne sero tractanda gemas, generosa propago,
Doctrinæ studiosa cohors, per sacra Minervæ
Vos precor, hæc animis, penitusque infigite menti,
Quæ loquor: extinctæ redeant in pectora flammæ,
Antraque Pieridum, Parnassèique recessus,
Dum compos mens ipsa sui est, dum certa facultas,
Dum ratio, tempusque sinunt, dum flexilis ætas.
Segnitiæ cur tantus amor? cur lapsa tueri
Tempora sit studium? non hæc veneranda Catonis
Norma jubet, Samiique Senis: dispendia vitæ
Prodiga districtis nimium damnosa Camænis,
Degeneres produnt animas, dum præterit ætas,
Et vaga præcipiti volvuntur tempora lapsu,
Non ullo reditura die; truditque priorem
Hora sequens, peraguntque levi sua stamina fuso,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Nec nasci bis posse datur, fugit hora, nec unquam
Quod retrò est, revocare dies potuere sequentes.
Utendum est ætate: dies ne te ultimus atris
Demersum tenebris sterili deprendat in actu?
Torpor iners animum, validosque effœminet artus
Mollities; quem Musa sibi devinxit alumnum?
Non ita. Sed meliora vovens, pectusq; animumque:
Si quis in ore pudor, virtusve in corde resedit
Acribus exagita stimulis: his suffice vires,

Ne

Ne te transactæ capiant mala tædia vitæ.
Explorant Augusta viros, perque aspera duro
Nititur ad laudem Virtus interrita clivo,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus ex[illegible]mortalia despicit arce.
Invenies v[illegible]iam, cœloque beabit
Mens invi[illegible]alis: manet hos præclara labores
Gloria, circumfusus honos, bustoque superstes
Nomen, & æternum virtus memoranda per ævum,
Dignaque siderea post fata in sede locari.

ORATIO XXIV.
DE CALUMNIA,

Habita methodo Lipsiana, ab

ARNOLDO LIPPIO.

Diogenem ajunt Cynicum illum, lucernam aliquando in ipso meridie accensam circumtulisse, interrogatumque *quidnam ageret*, respondisse, Homines sese quærere, ut ostenderet, ita corruptos esse hominum mores, ut vix humana forma digni esse viderentur. At nunc si viveret *Diogenes, & foret hic nostrum fato dilatus in ævum*, quam defixus hæreret, quàm staret attonitus, nec unam credo lucernam, sed plures accenderet, aliosque sibi adjungeret λυχνοφόρους qui operam ei darent in quærendis, inveniendisque iis hodie qui alieni ab omni Sycophantia, & obtrectandi prurigine, Veritatem amant, oppressamque à petulanti malevolorum dicacitate constanter vindicant. Rara me hercule virtus, sed rariores longè ii qui eam colunt, tuentur, asserunt. Ita alii in alios convitiorum quasi quadrigis incurrunt, & tanquam si ab inferis laxatæ furiæ, junctisque agminatim viribus, & jurato in perniciem fœdere, crebro, ac importuno laniatu, bonos quosvis haud aliter, quam *Pentheos* dis-

cerpunt. Neque enim hæc calumniandi licentia intra susurros hodie, & privatos parietes consistit: sed atrocibus palam convitiis pugna crudescit, dentatisque dicteriis, & maledi[illegible]is procacibus, alter in alterius famam lethali[illegible]nt spicula. Invisum meritò bonis vitium! [illegible]enim feris ejusdem speciei inter se bella sun[illegible]ec si forent, eadem hominem deceant, placidum natura, proximumque divino genus. Hæc causa est, Auditores, cur impræsentiarum apud vos de Calumnia declamare in animum induxi, illa vitiorum omnium lerna, inimica Deo, virtuti adversa, veritati contraria, vera malorum hydra, quæ succisa, in perniciem hominum male fœcunda, identidem repullulat, & quidquid singula turpitudinis habent, sola sinu suo complectitur, & in quævis scelera homines agit præcipites, ubi huic vitio semel mancipati, mendacio se totos tradidere. Ac ut ordine argumenti suscepti materiam persequar, tria mihi de ea dicenda propono, Quam fœda sit: Quam perniciosa: Quomodo cavenda. Unum tantum à vobis contendo, & qua possum animi demissione rogo, ut mihi non aures solum, sed & animos adhibere dignemini.

Calumniam (ut inde ordiar unde dicendi auspicia sumi haud rarò solent) definio occultam læsionem quæ aliorum famæ, sermone aut scripto detrahit, & clanculum de proximis, & plerumque innoxiis ea serit crimina, ut si non semper bona eorum, aut vitam, nominis saltem existimationem in discrimen adducat. Hujus Autor est omnium malorum architectus Sathan, qui primus calumniam in mundum invexit: unde etiam à calumniando dictus est Διάϐολος, sicut & ipsa Διαϐολὴ, & quidem appositè, quod quasi trajiciat ac penetret, & noxio linguæ suæ telo absentem ac immerentem confodiat. Ut vel hinc fœditatem calumniæ, levato quasi velo contemplari liceat, quod ex diabolo orta, & non nisi in

fœ-

fœdiſſimas eas perſonas cadat. Perſonas dico viles, ignavas, loquaces. Viles, quid enim hoc hominum genere abjectum magis, & contemptum? adeo ut negem, non dicam, bonam, ſed mediocriter bonam, & quæ vel tantillum habeat ingenui ſanguinis, unquam hac labe fuiſſe aſperſum. Hiſtoriarum monumenta, Auditores excutite, Sapientum omnium ſcripta replicate, dicta expendite veteris & noſtri ævi, non aliter legetis, videbitis, audietis, quam malignas, & degeneres eſſe animas, quas peſtilens aliquod ſidus afflavit, natas in perniciem generis humani, tanquam pacis & concordiæ everricula. Ad hoc facti ut lædant innoxios & vexent, nec quies unquam iis, niſi aliis inquietis. Ignavos quoque eos feci. Nec injuria. Quid enim clarius? Prima calumniæ ſcintilla otium eſt. Hinc illa obtrectandi licentia, & non alio quàm hoc fonte derivata labes in patriam populumque fluxit. Quis occupatus & diſtrictus negotiis, huic aurem præbuit, huic ſe addixit? nemo. Sat domi habent boni quæ curent, parum imò nihil ſolliciti quid *Titius*, quid *Sejus* agant, quid moliantur, aut *ſub Arcto Rex gelidæ meditetur oræ.* Apud deſides & ignavos *Megæra* hæc habitat & nuſquam uberior cottidie calumniarum ſeges, quàm apud eos quibus unum hoc opus otiari, & in alto hoc, & ſupino otio tædia temporis diſcutere ambulando, & fabulando, pedem vix aliò tollunt, aut figunt, linguam uſurpant, os reſerant quàm ad calumniam. Publica illic & privata vapulant. Princeps in aula, Magiſtratus in curia, Paſtores in Eccleſia, Præceptores in ſchola, Patres, matres, liberi in œconomia, vix ac ne vix immunes unquam à talium cenſura, vellicatione, morſu, audita & non audita efferunt, quin & ea ſæpe imprudenter eliminant quæ ne per ſomnium quidem cogitata, tanto ardore, tanto ſtudio ut vix ſatis apertum os, aut lingua prompta videatur, Atque hæc ſi ignaviſſimi tantum facerent, minus

fortassis indignarer, nunc homines non solum ignavissimi sed & ignarissimi, qui ad hoc vitium ita proni sunt, ut res eas temere calumniando traducant, quas nec mente assequi, nec cogitatione complecti queunt. Similes nempe cæcis, qui cum nihil videant, de coloribus judicant: aut surdis qui de concentu, & harmonia, & de lyra asini. Ferrem profecto si qualicunque modo rerum periti essent: nunc cum vacua sint, & inania vasa, sperno: quia tum maximè importuna, cum maxime tinniunt, & liquoris minimum habent. Sed & loquaces esse dixi, atque effræni oris. Miramini Auditores? Qui aliter potest? quibus thesaurus est in lingua, non multa solum loquuntur, sed mala: & præcipui talium sermones quid nisi de aliquo, & in aliquem? Ut scorpiis hoc à natura insitum est, ut obliqua sua cauda, quos tenent, feriant: sic illi venenata sua lingua eos in quos incurrunt, Asino calcitroni, aut Bovi cornupetæ similes. Poëtæ *Chimæram* è triplici corpore conflatam fingunt: sed fingunt tantum. Hic rem ipsam videtis, Auditores, & in suo vultu. Ad hoc enim monstrum tria concurrunt vitia, *Mendacium*, *Invidia*, *Curiositas*. Mendacium prolis hujus egregiæ pater est, sine quo friget omnis, imo jacet plane calumnia: quia animam, vitam, robur à mendacio trahit, & fine suo excidit, nisi abeat extra *Veri* fines, augendo, minuendo, interpretando, torquendo malitiosè omnia. *Christus* de templo corporis sui loquitur? de Hierosolymitano id dictum volunt; versatur cum publicanis, ut eos convertat ad Deum? ut edonem, & potorem traducunt. Sabbatho sanat ægros? legem ab eo violatam esse clamant. Dæmonia ejicit; per principem Dæmoniorum id fieri ore plusquam blasphemo, & quovis atramento nigriore calumnia (cum nullum in eo vitæ momentum, imo temporis punctum, aut beneficio sterile, aut vacuum laude fuerit) non minus impie, quam impudenter affirmant: Similes araneis quæ ex

amaæ-

amoenissimis floribus venena sua sugunt, & ut illæ filamenta ex suo corpore gignunt, tanquam tendiculas, & retia circumvolitantibus, quibus capiantur: sic illi fraudum suarum laqueos. Jure igitur mendacium ei pater: sed mater etiam invidia, quæ conceptam hanc prolem parit tandem, & producit in auras. Mores, & actiones calumniantium si intueamini, quis vestrum aliter sentiat? Raro enim in viles, abjectos, & sui similes linguæ suæ spicula torquent, & quicquid criminum in scelerosissimum quemvis congeri potest: sed in eos qui probitate morum, ingenio, eruditione, & nominis fama longè alios antecellunt: more tantorum olim in Amphitheatris, qui nullo alio colore magis concitari solebant ac offendi, quam rubore, & purpura, qui tamen pulcherrimi sunt colorum. Invidiæ se jungit Curiositas, perpetua calumniæ nutrix, quæ rerum novarum avida, rumores & sermones sparsos in vulgus expiscatur, scrutatur, indagat, & infantem suam his tanquam dapibus, & cupediis pascit. Tolle eam à Calumnia, cibo suo ac pabulo destituta, jejuna, vacua, famelica sedet: apibus haud absimilis, quæ amisso aculeo, torpent, & nocere volunt potius quàm possunt. Nam hæc illa est quæ uberrimam de aliis garriendi, mentiendi, calumniandi materiam subministrat, quæ loca publica & privata, compita, vicos, pagos, urbes, provincias, regna perreptat, quæ in foris, curiis, templis habitat, quæ in ædes omnium, imo animos penetrat: nusquam non pedem figit, secretos *Magnatum* recessus, & intimas cogitationes rimatur, omnes latebras pervestigat, nihil non sciscitatur, quid in comitiis *Ordinum* fiat, quid in aula *Principis*; Quis rerum status in *Anglia*, quis in *Gallia*, quid *Cæsariani* moliantur, quid *Sueci*: Et quis tandem finis si omnia ex amussim mihi recensere esset animus? Dolia *Danaidum* citius expleveris, *Erisichtonis* famem, & *Tantali* sitim, quam hanc cupidam

pidam

pidam semper, nunquam plenam, & saturam. Nec enim aures solum hujus perpetuò patent, & pruriunt: sed acres quoque illi oculi, queis acutum magis cernit, quàm aut aquila, aut serpens *Epidaurius*. Hos ubi semel aperuit quid ea non videt; quid non scrutatur, pervia, impervia, aperta, operta, & quæ in tenebris ipsis, ac solitudine gesta: Ut vel hinc appareat quanta fœditas sit Calumniæ, quam *Mendacium* genuit, *Invidia* peperit, *Curiositas* educavit.

Restat ut quam perniciosa illa sit jam ostendam, & ad tristissima ejus effecta mea se convertat Oratio. Pernicies ejus non *valida* solum est, sed & *varia*. *Validam* dico, quia acutè lædit, & occultè. *Variam*: quia in omni pæne re & occasione, & plerosque omnes. Quid mirum? Nunquam ita feliciter actum est cum rebus humanis, ut meliora pluribus placerent, nedum omnibus optima. Singula Auditores paucis expediam. Acutè dico lædere: nec aliter sacer ille Vates qui in has voces erumpere non dubitavit verè patheticas, *Dentes eorum tela & sagitta, & lingua eorum gladius acutus*, ita ut sanato etiam vulnere cicatrix maneat. Cui non absimile illud *Spartani*, qui interrogatus de gladio, *Satisne acutus esset? acutior*, inquit, *calumnia*: hoc nimirum innuens nullam ferri aciem esse, quæ cum acie hac lingua comparari possit. Ut enim fulminis subtilis illa vis omnia perrumpit, omnia penetrat: Sic hæc etiam in arctissimè clausa, anxieque recondita: idque eò acrius, quoniam occultè, ut monui, & ex insidiis id facit. Tela prævisa, ut est in veteri verbo, minus feriunt, sed latentia, & inopinata qui declines, qui fugias? Nullus formidabilior hostis, quàm qui ex insidiis incautos opprimit, qui cum blanditur mordet, cum ridet minatur, qui amorem oculis, fronte, vultu, verbis loquitur, odia pectore circumfert, quæ opportunitatem nactus, in credulam nimis mentem effundit. Nubes pluviam præ-

prænunciant; insignis aëris tranquillitas terræ motum, incendium fumus, aves marinæ gregatim e mari ad littus convolantes, tempestatem. Quid calumnia? subita & improvisa ab ea pernicies est, & eò diligentius tegitur, quò propius accedit. Venena nuda & aperta, si propinentur vitari queunt: sed vino aut cibo callidè mixta, qui possunt? verè dicam? Mel venenatum est, quod gangrenæ instar, latè serpit, & obvia quævis depascitur, aut fluminum quæ dulcedinem suam in maris amaram salsuginem deponunt. Præclarè historicorum ille princeps: *Hostem adversum*, inquit, *deprimere homini strenuo haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare bonis in promptu est.* Validam itaque ab ea perniciem esse, videtis Auditores, nunc quam varia sit audiamus. Quid? nonne in omnem illa ætatem, sexum, ordinem effræni intemperantia linguæ promiscue debacchatur, omnes lacessit, in omnes incurrit? nulli culpæ obnoxios & immerentes mendaciis circumvenit, & conviciis necat, ut canes *Actæonem*? Lacessere virtutem viventium, & convitiis violare illustres animas, morbus & furor est non unius seculi; liberis ubique quadrigis illa invehitur, & exultat. Quis bonus, aut sapiens unquam ab ea liber? nemo. Paratum enim strictumque invidum illum dentem in omnes habet, parata linguæ tela, quæ vibret, sed in eos maximè, qui magni, qui purpura aut tiara conspicui, toga vel militia clari. Nempe ut nulla sine umbra lux est, nulla virtus sine calumnia, aut livoris macula, piratis simili qui in mari onustæ navi insidiantur, vacuam negligunt. Et ut fulmina plantas humiliores, thymum, pulegium, arbusta quoque minuscula intacta relinquunt, summos contra montes feriunt: sic illa Summa & Summates, quos aut criminationum machinis violenter concutit, aut suspicionum cuniculis callidè subvertit, ut vel gloriosis inimicitiis inclarescat, aut per ruinam alienæ existima-

ſtimationis ad famam graſſetur, & ſuo n
obſcura, aliorum innoteſcat. Sed non vari
lum, ſed varia in re lædit: Quid homini in l
ta jucundius eſſe poteſt amicitia? hæc dirin
monem à *Pythia*, *Oreſtem* à *Pylade*, *Theſeum*
rythoo, *Achillem* à *Patroclo* divellit. Quid illi
vi amoris vinculis ſuavius, quid ſanguinis c
ctione, quid affinitate dulcius? hæc violat. Q
rum humanarum carius nobis eſt fama, cuj
ſpendia, & damna omni æſtimatione major
hæc minuit, ſubtrahit, eripit, aut ſaltem c
omni fraude. Opes tibi ſunt? ſi poteſt
Honores? privabit. Et quid de hominibu
ror, aut rebus humanis, ne Deo quidem j
nec Divinis, quæ carpere audet, & calur
Nihilque tam ſanctum, tam religioſum qu
violare, nihil tam ſublime quò non aſc
audeat. Quanta enim audacia in Curiam
cæleſtem penetrat, & adyta interioris hujus
pli ſcrutatur & calcat? quam impiè, & p
ter Religionem traducit, ſugillat, & velu
drigis convitiorum incurrit? quem fidei
lum immunem habet improbi ſui dentis
myſteria, & arcana divinæ Sapientiæ?

—— *quà Terra patet, fera regnat Erynnis;*
In facinus juraſſe putes.

Atque hæ noxæ illæ ſunt quas privatim
ludit? ludit dico, ſi cum iis compares quas
cè infert, & in Principum aulas. Hic enim
des; alibi eam habitare dicas, hic impune
nari, & in ſuo quaſi circo verſari. Sed ut ſ

viperæ! Sacras, & profanas historias replicate, non aliter invenietis. Si sacras, quid *Davidem* regno exuit, Regemque tot triumphis, & victoriis clarum de solio deturbavit? Calumnia. Quid *Nabothum* vitæ innocentia, & morum integritate conspicuum vita spoliavit? Calumnia. Quid Prophetam *Danielem* in leonum speluncam, quid masculæ pudicitiæ rarum exemplum *Josephum* in vincula conjecit? conjecit Calumnia. Quid Esaiam regio sanguine oriundum serra dissecuit? Calumnia. Si profanas: *Alexandrum Magnum* in tot amicorum neces, quid nisi Calumnia impulit? *Bellisarium* strenuum illum belli ducem, quid ad incitas, quid ad mendicitatem redegit? Calumnia. Devictis enim *Persis*, *Gothis*, *Vandalis*, *Sicilia*, *Africa* debellatis, majori *Italiæ* parte recuperata, & militari disciplina postliminio restituta, post tot feliciter pugnata bella, & reportatas victorias, Calumniantium invidia, qui sola magnitudine mendacii, fidem quærunt, opibus suis & honoribus (ô ingratitudinem!) exutus, in trivio, victum mendicare coactus, in miseras has voces erupit miser; *date obulum Bellisario quem virtus extulit: invidia & calumnia depressit.* Quid *Socratem* ipso Apollinis oraculo sapientissimum, ad cicutam? *Rutilium* ad exilium damnavit, nisi calumnia? Et unde illa *Roma* olim portenta Tyrannorum? scelerum omnium sentinæ, funera, pestes, & generis humani propudia, *Tiberii*, *Caligula*, *Nerones*, *Domitiani*, nisi à calumnia? & ne veterem illam camerinam monstrorum potius quàm hominum longius moveam, & soli Antiquitati immorari videar, hoc, hoc miserrimo tempore, quis clades, lanienas, funera, calamitates, Rerumpublicarum excidia, urbium ruinas, agrorum depopulationes omnes ad amussim enumeret quas parit & peperit Calumnia, una illa malorum *Ilias*, & individua Virtutis labes. Regna & imperia contentionibus & discordiis agitari, concuti, subrui dolemus? excita-

vit

vit Calumnia. Ardere tot jam annos facem civilium bellorum? accendit Calumnia. Populos in Reges, Reges in populos concitari, leges & jura violari, vincula consanguinitatis diffringi, omnia denique sursum ac deorsum volvi? non aliunde hæc tristissima malorum initia, quam à calumnia, & linguario hoc flabello. O tempora, ô mores! Ubi enim Caritas illa, toties à *Christo* inculcata, tot præceptis tradita, tot titulis exornata, tam anxiè ab Apostolis commendata, tam sanctè inter ipsos habita?

Sed ne vos, Auditores, longiori Orationis ambitu, plus æquo detineam, venio ad tertiam ultimamque Orationis meæ partem quæ est de Calumniæ cautione. Quam si quis ita accepit ut immunem tutumque ab omni calumnia futurum se speret, næ ille graviter hallucinatur, eaque sibi persuadet, & pollicetur quæ sortem humanam excedunt. Quid ergo? duobus hic clypeis opus est, qui vim ejus, & aciem retundant, *innocentia* & *patientia*. Innocentia. Nam ut locis politis & nitidis vix sordium aliquid adhærescit: sic nec calumnia, vitæ puriori. Et ut radii Solis in sordes, & caligantia loca conjecti, illustrant, non inquinantur: sic virtus, & inculpata vita quò magis impetitur, eò clarius enitescit. Palmæ similis quæ oneri non cedit, nec intra flectitur, sed contra pondus assurgit, & arboribus quæ eò altius radice terram comprehendunt, quo sævius ventorum furiis exagitantur. Patientia quoque hic si usquam opus est. Et beati verè qui eam spernunt, & lacessentis calumniæ ictus, bacchationes, scenica maledicta, sycophantias risu excipiunt. Nominis famam incursat, pessundat, jugulat? magni esse animi putant non commoveri, non concuti, imò ridere illam, & indignam arbitrari, ad quam virtutem suam flectant, sumtaque laudabili superbia, & candoris clypeo, calumniantium dicteria tanquam longinqua tela, & saxa sine vulnere circa galeas crepitantia, aut velut minorum canum importunos

latratus

latratus fortiter contemnere, & homines infra iræ ſuæ dignitatem poſitos, & virtutum faſtigium. *Socrates* ab *Ariſtophane* publicè in Theatro verborum laceratus contumeliis, non modo ægrè moleſteque hoc non tulit, ſed & obviam ſibi factum adverſarium humaniter amiceque compellavit, an ſe rurſus opus haberet ad ſimilem aliam contumeliam, una nempe innocentiæ ſpongia eluendam? *Diogenes* ille Cynicus vir altæ mentis, contra concuſſionem omnem ſtabilis, & vera patientiæ imago, cum turbæ eum ſubſannarent, dicere ſolitus: *Illi me rident, Ego non rideor.* O dictum *Pithyo* dignum *Apolline!* O ingentem! ô verum ſui æſtimatorem animum! *Marcus Cato* Romanus ille Sapiens in balneo percuſſus à quodam, cum idem ſatisfaceret, & deprecaretur, deterſa injuriæ memoria, *Non Hercules*, inquit, *animadverteram*, generoſius longe judicans non agnoviſſe injuriam, quam ignoviſſe: quia in talibus victoria eſt penes eum qui ſponte cedit, & vinci ſe gloriatur, pulchrumque ducit, & ſe dignum impune lædi, nempe quod ſe nixus ac Deo, ſpernit quicquid aſſultat, ut fluctus quoſdam aquæ abeuntis, alludentis, non lædentis, ubi robuſtior materia occurrit. Vincatur aut vincat, parum eſt: Cum *Ariſtippo*: *Victus abibit jucundius, quam ille victor dormiturus.* Nimirum ut aranearum caſſes animalia fortiora perrumpunt; ſic iſtos à calumnia laqueos mens robuſta, armata puritate conſcientiæ adverſus calumnias malevolorum. Quid? ſi nebulo me reſperſit luto, an ob id lutum in eum regeram? & ſi ab eo patior indigna, an ob id faciam me indigna? Contra paſſus injuriam, ſi non invenio in eo qui eam intulit cauſas ignoſcendi, in me inveniam & mala verba bonis actionibus ulciſcar. Et vero ſi judicio examinamus quantula iſta ſunt quæ nos turbant, rerum plerumque nihil, ſed verborum aliquot inania, quiſquiliæ, nugæ, grandini ſimiles quæ illiſa tectis, magno quidem fragore, verum

nulla noxa desultat. Quæ si contempseris effugisti. Hæc vera, Auditores, hæc solida in Calumniam arma sunt, eam rebus ipsis & moribus confutare, quod est præstantissimum genus ultionis, exemplo *Philippi Macedonis*, qui *gratias se debere* dicebat *Atheniensium oratoribus, quod conviciis suis redderent se meliorem: dum illos factis conatur refellere.* Benè, benè mehercule. Nam ut ignis paleam exurit, aurum vero nitidius reddit: sic Calumnia vera virtute gravem illustrat. Contemnendus est iste contemptus; &, rumpantur ut ilia *Codro*, cessisse hic præstat quam incessisse, quia maledicta spreta exolescunt, si irascaris agnita videntur, & nec vindicis quidem, ac repellis sine macula tam maculosos. Nam livoris illa spicula quæ jacta in bonos (ut quædam animalia amissa aculeo) torpent, ac propterea ridenda, & contemptu ulciscenda, ut quæ ne tangant quidem, taceo, ut vulnus infligant; quia talis quibusdam similia, quæ in Cœlum emissa, ire eò videntur, non eunt. Quid quod interno judice si probus quis audiat, nil addent aut dement ei malorum sermones, certo murum hunc esse aheneum, *Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*
Sed jam desino, receptui cano, & finem dicendi facio. Tria hæc audivistis, Fœditatem hujus vitii, perniciem, cautionem. Rogo obtestorque vos Auditores per communia *Musarum* Sacra, per humanitatis jura, quam omnes profitemur, removete à vobis fatale hoc monstrum ab inferis excitum, imo quo longissimè amolimini hanc pestem animarum, hanc nominis gangrænam, & famæ luem: nec à linguis solum, sed & ab auribus vestris. Nunquam enim calumniatores deërunt, dum cui persuadeatur extat. Et peccat hic non modo qui dicit calumniam, sed qui eam audit, auditamque excipit: & ut prunam candentem tangere nemo potest sine noxa: sic nec adsistere venenatis his linguis, quæ dum blandiuntur mordent, dum rident rodunt, & more aspidum vi-

am inſpirant, eo periculoſius, quò occultius.

Ad ipſos quod attinet, quia *lege Rhemmia* digni quibus frons inuratur K littera, quæ Kalumniam (ita olim ſcribebant) notat, nihil eos moneo. Voveo & imprecor cum regio illo Propheta potius: *Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus Juſtum.* Dixi.

ORATIO XXV.

PRO EBRIETATE,

Habita ab

ADRIANO BLEISWYCKIO.

NOn minus vero quàm trito fertur verbo: *Non quidquid nitet aurum eſt.* Multa apud homines in tanto eſſe pretio ſolent, & laudibus tantopere extolli, ut nihil pene ſit, quod cum iis componi debeat, aut comparari; quæ tamen ſi ad ſeverioris judicii lancem exigere, vero verius apparebit, non modo non laudem, ſed vix veniam mereri. Contra tanta eſt hominum in judicando, aut præceps temeritas, aut cæca ignorantia, ut optima quæque non aſpernari ſolum, ſed & protervè ſugillare, & conviciis proſcindere audeant. Ne longius abeam, Multi effœto hoc virtutum ſeculo, ebrietate nihil turpius, nihil perniciosius eſſe ſtatuunt, & proinde eam in ſuggeſtu, & ſubſelliis quacunque etiam occaſione, ſanguine viperino cautius fugiendam eſſe clamitant, & in eam tanquam in vitiorum, & malorum omnium lernam calide debacchantur. Tantum ſcilicet apud eos poteſt præjudicata opinio, quam ubi ſemel imbiberunt, nullis ab ea argumentis, nullis rationibus abduci queunt. Sed ſi rem recto judicii oculo æſtimemus, quid illa quæſo jucundius, quid dulcius, imò quid utilius eſſe poſſit non video. Paradoxum fa-

tcor

teor multis vestrum esse videbitur imò pene inauditum, de quo nunc mihi dissertandum est. Sed sententias vestras, & judicia paulisper quæso suspendite, & quo alios ex hoc loco dicentes favore, & benevolentia complexi estis, etiam me nunc complecti haud dedignemini. Spondeo Auditores, imo si vultis fidejubeo, in meam vos pedibus ituros sententiam, si abdicato affectuum, & opinionum lenocinio, rationes quas in medium adducam, ponderare vobis sit animus.

Ac ne vos longiori verborum proloquio (quod Oratores solent) demorer, ad id cujus causa potissimum cathedram hanc conscendi, me accingo. Inter alia quæ rei alicujus præstantiam homini commendare solent, non minimum sortiri locum, utilitatem, neminem vestrum esse credo qui ambigat. Quis enim sanæ mentis contemnat, quis improbet id, quod virtutibus, scientiis, artibus hominem imbuit & ornat? quod spe destitutis spem facit, prostratos erigit, curas mergit, afflictis adfert solatium, dolori lenimentum, quod imbecillibus robur, pusillanimis, & pene dejectis animum addit, quod eloquentiam dicenti conciliat, homini meticuloso parresiam, hæsitanti promptitudinem, quod denique obstacula omnia, & in rebus maxime arduis aggrediendis impedimenta summovet, & amolitur? Nemo sane. At quid illud est nisi ebrietas? Poëtam audite non è minimis, qui de illa sic canit.

Quid non Ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis curam eximit, ac docet artes:
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

Tanto Poëtæ si fidem derogatis, experientia illam rerum ac stultorum magistram consulite vero veriora esse videbitis quæ dico, intrate o polia, lautiora convivia frequentate, familiar *sympofia*, hæc ita se habere, luce meridiana cla

.rebit. Si enim de Jurisprudentia, si de Reip. ibus, si de populi ritibus, statutis moribus inerit sermo, ilico *Bartolos* ibi & *Baldos*, *Donellos*, *acios*, *Alciatos* audieris inter pocula, & calices Regno, & Principe dissertantes, juris nodos, c legum ænigmata, & involucra tanta dexteritate explicantes, ut in tribunali eos versari dicas, aut *Areopago*. Si de Medicina sermo, ilico *Æsculapios*, *Galenos*, *Paracelsos*, *Fernelios*, *Vesalios*, *Riolanos* dissidentibus inter se sententiis dimicantes videbitis, & morbos, morborumque causas, signa, symptomata, curationes anxiè & curiosè ventilantes. Si de Poësi, perstrepent mox atria *Virgilii*, *Ovidii*, *Flacci*, & Poëtarum Principis *Homeri* versibus, & sententiosè dictis. Si de Oratoria, prodibunt in scenam *Demosthenes*, *Cicerones*, *Hortensii*, *Mureti*, de eloquentiæ palma inter se contendentes, magno convivantium applausu. Sed quid Humana loquor Auditores? Ubi Sacra, ubi Divina quæso calidius agitantur, ubi Salutis mysteria, & Sapientiæ sublimioris adyta, majori studio & acumine, ubi magistralius, & confidentius disputantur, quàm inter pocula, incalescentibus vino animis, adeo ut quæ iniri solent super Religionis, & fidei articulis in Academiis, & Scholis, frigere videantur certamina, præ hoc agone Dionysiaco, & subselliis madentibus *Liberi Patris*. Ut vere, & benè dixerit *Græcorum* aliquis, ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, *In vino veritas*. Veritatem homines haud raro declinant, & fugiunt, aut quantum in se occulunt, & in latebras silentii, aut oblivionis antra recondunt, ne dispallescat. Ebrietas hic quid? ita natura comparata est, ut cum *Tempore* latentem diu veritatem protrahat, & educat in auras. Ideo principes familiarum, & amicorum animos exploraturi ad largiorem compotationem eos invitant; ut bene alibi observatum à poëta.

Reges (inquit) *dicuntur magnis urgere culullis*,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,
Num sit amicitia dignus. L Non

Non alia quoque interdum Judices tortura u
tur, non alio equuleo, catastis, fidiculis, au
mellis, ut maleficos caute marpesia duriore
criminis confessionem adigant, quam vino. N
pe *Arcanum semper* (ut est in veteri versu) *a*
Ebrietas. Quam multa silentio involuta jam pr
periissent, nisi ab inferis, & *Orco* vini bene
& *Bacchi* munere, revocata fuissent, & fa
adepta, nunc perennarent? Inter pocula, he
Principum facinora deprædicantur, narrantu
gestæ, laudantur victoriæ, producuntur trop
triumphat hic si usquam *Mars* ille βροτόλοιγ
& τείχεσι πλήτης.

Hic *Decios* audire est, hic *Fabios*, *Camillos*,
cellos, *Scipiones*, *Lucullos*, *Coriolanos*, *Scævolas*,
que heroas & insignes belli duces, in prælii
pturis urbium, cladibus hostium, fortitud
suam ad cœlum extollentes, ut alio præcon
buccinatore laudum suarum non egeant. Hi
lites gregarios cicatrices suas, vulnera, var
tæ suæ discrimina, jactitantes quæ pro Patri
Principe suo subiere. Hic *Crassos* audietis, &
sos divitias suas, & aureos montes crepantes.
Crasos loquor? inter pocula, & *Bacchi* mune
mo non dives est. *Irus* hic, & *Ibycus* reditus
& pecunias computant, & qui sobrius vix
habet quem lingat, & ære alieno ad ambas
aures obsessus, animam debet, potu, & vino
dens, rerum omnium copia abundat, haud
quam si exhausta nummus redivivus pullulet
In hac Palæstra *Bacchus* nec ignavum fert, ne
lancholicum: Tristitia enim & mæror hic
lant. Sed ut res anxia est, pectus siccum; i
in venas benignior ille succus manavit, grat
dies, & soles melius nitent. Et quid ad bona
lctudinem magis conducere putatis, quam
tem hilarem, *Bene vivere, & lætari*? Faci
præ aliis Ebrietas, filia *Bacchi*, qui propterea à
...is Lyæus appellatur, παρὰ τὸ λύειν, & à L

Liber, quod curarum & sollicitudinum vinculis constrictos solvit, ac liberat, à *Flacco* poëta illa Venusino *Euius dissipat*, *Euius curas edaces*. Verè me hercule, & oppositè. Quis enim tam inextricabili curarum labyrintho intricatus est quem non ilico expediat *Bacchus*, ejusque filia Ebrietas. Reperiuntur multi queis rei familiaris angustia, & cura æris alieni, quo premuntur, nullam diu noctuque quietem indulgent, quamdiu sobrii sunt, & abstemii: at si paulo liberius biberint, & largius aspersi sint Flore *Liberi Patris*, importuno hoc curarum pondere mox liberantur, liberatique canunt, saliunt, tripudiant. Et ne cuiquam vestrum hoc mirum videatur; quid in Aulis *Principum* frequentius? quid in tribunali, quid in castris tritum magis & receptum, etiam inter primariæ dignitatis viros, qui Remp. qui Justitiam administrant, qui arma tractant, quorum aures perpetuo tubæ, litui, tympana circumsonant, qui bella moderantur, qui de pace, de induciis consilia agitant, qui domi aut foris ad rerum gubernacula sedent, quàm defatigatum in tanta mole rerum, & dejectum intentiore studio animum surrigere, & recreare ad tempus lautioribus Symposiis, frontemque diu curis contractam exporrigere Threicia amystide, aut Herculano aliquo scypho? Exemplo summorum olim virorum in Rep. Romana, etiam magni illius *Catonis*, cujus, teste Flacco, *narratur sæpe mero caluisse virtus*. Videtis Auditores quo in pretio olim fuerit hæc *Bacchi* filia. Nempe hæc illa est quæ blæsos, imo pene mutos format ad eloquentiam, adeo ut qui sobrii & sicco palato, vix tria verba latinè profari queunt, verecundia, aut studiorum desuetudine præpediti, ubi labra lautius proluerint, non *Parnassi* fonte caballino, sed *Bacchi* liquore, illico quasi solutis linguæ repagulis, cum *Crœsi* filio, Latinitatem suam quæ diu latuerat, simul & semel depromunt, & convivantibus, vapulante interdum ut fere solet, Prisciano, libe-

liberaliter, ultro, & non rogati impertiunt.

Hæc illa est quæ Poëtas in scribendis carminibus juvat, materiam suppeditat, ingenium acuit, venam stimulat, adeo ut nunquam carmina meliora fundant, quam cum bene poti. Exempla vultis adducam? Testis mihi ille Poëtarum Princeps *Homerus*, testis *Martialis*, testis *Venusinus* noster quem vina melioris notæ, quale *Cæcubum*, *Massicum*, *Falernum*, *Albanum* in pretio habuisse, & avidè hausisse testantur Odæ ejus singulis fere paginis ne dicam lineis. Testes quoque multi alii, & præ cæteris antiquissimus ille pater poëtarum *Ennius*, qui

Nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda:

ut & *Æschylus* qui tragœdias, non nisi inter calices scripsit, nec me hercules de nihilo.

Ὕδωρ γὰρ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Quid multa Auditores? Hæc illa est quæ vultum hominis morbis, aut curis pallentem, nitori suo restituit, genis ruborem, labris purpuram, oculis vigorem, fronti gratiam, corpori universo robur suum & decus; adeo ut rejuvenescere videantur adulti, & in senecto corpore revirescere capulares & decrepiti senes. Vidit hoc olim *Antiquitas*, Sapientiæ magistra, quæ *Bacchum* succulentum, formosum, lepidum, plenum sanguinis, & juvenem esse finxit, nec formam unquam mutare, aut ætatem, & ad omnium animos ac voluntates devinciendas ipsis *Gratiarum* manibus, factum. Non mirum ergo est in tanto pretio haberi filiam ejus Ebrietatem, non à gregariis tantum & plebejis, sed à primariis & summis in Republica viris. Quid alios? ab universis populis, regionibus, regnis. Coluit enim eam *Græcia*, & in ea *Alexander* nomine & re verè Magnus, qui præmia statuit Athletis *Bacchi*, & potoribus tricongiis, si capacissima

pocula

pocula ἀπνευστὶ & uno impetu educerent. Unde græcari etiam apud *Græcos* in proverbium abiit: Coluit & eam *Ægyptus*, coluit *Hercules*, coluit Imperator *Tiberius Nero*, qui à bibendo Biberius Mero dictus est. Sed quid *Gentilium* exempla moveo, cum piorum in promptu sint? Coluit eam *Noach* omni pietate, & vitæ sanctimonia insignis: coluit *Lothus* vir integerrimus, coluerunt alii, quibus ne patientia vestra recensendis abutar, in præsentiarum supersedeo. Ac ne rem altius petam, eos quæso, Auditores, intuemini quos hodie in Clero Romano admiratur plebecula, tanquam rarioris pietatis (ita me Bacchus amet) & sanctimoniæ exempla, qui Angelicam se vitam agere profitentur Monachi, Anachoretæ, funigeri, Cucullati, & quidquid talium est fraterculorum. Quos obsecro vos Auditores strenuiores sui habet cultores hæc *Bacchi* filia? Testes mihi ora & vultus eorum, testes prominentes, & obesi ventres, & plus quam saginata corpora, quæ in subeundis laboribus frigere quidem, at in exiccandis poculis sudare consueverunt, ut non à vero longe abfuerit, qui stomachos eorum *Bacchi* amphoras appellarit, & ventres dolia *Danaidum*.

Sed ne dum rei plus nimio notæ probandæ diutius incumbo, de ejus veritate ambigere videar, finem dicendi facio. Audivistis Ebrietatis effecta, utilitates, commoda, quod hominem instruat, ingenium acuat, eloquentiam conciliet, parresiam, & dicendi libertatem pariat, afflictis solatium præbeat, infirmos muniat, meticulosis animum addat, prostratos erigat, mœrore confectos exhilaret. Audivistis optimam esse artium magistram, Poëtarum in scribendis carminibus adjutricem, vultus & ora hominum condecorare, conciliare gratiam, & decus rugosæ & decrepitæ senectæ. Audivistis exempla Regum, Principum, populorum, qui madentem hanc Gentilium deam coluerunt: exempla quoque sanctissimorum homi-

hominum in *Papatu*, qui Sacris ejus operantur, & vinum aquæ præferunt. Nihil jam restat, quàm ut vina coronetis, poculis infundatis, infusa exhauriatis, cyathos vertatis. Dixi.

ORATIO XXVI.

IN EBRIETATEM,

Habita à

BONIFACIO KINSCHOT.

OPtassem Antagonistam meum antequam hanc dicendi provinciam susciperet, recordatum fuisse versiculi illius, non minus veri, quam omnium ore triti:

Quicquid agis prudenter agas, & respice finem.

Hoc enim si seriò fecisset, & ea cura ac studio quo debuit, vitam profectò hominis aliter longè instituendam esse judicasset, nec ingenii sui nervos tam turpi vitio commendando intendisset. Sed ostendisset (credo) cerebrum suum, si quod modo illi cerebrum erat, medico eguisse, cum illa diceret. Quis enim, nisi planè ab omni pudore derelictus sit, illa defendere, & deprædicare audeat, quæ Stoicorum paradoxis παραδοξότερα, omnium rectè sentientium calculo damnari solent, & Reip. bene constitutæ finibus exturbari. Factum tamen ut videtis, Auditores, non in recessu, aut obscuro aliquo loco, sed in frequentissima hac Auditorum corona. Quod ut pronis auribus audire, nec veritatis amor patitur, nec animi mei candor: ita etsi multa ab eo ad defendendam Ebrietatem allata sunt, quæ telis ipsi Achillæis validiora videntur. Ego vero nulla dicendi copia, nulla præditus sum eloquentia, caussæ tamen, quam defendendam aggredior, æquitate suffultus, veritatis patrocinium suscipere non dubitavi, nequis forsan iis, quæ jam producta, fidem habeat, at contra ut omnes

co-

cognita portenti illius turpitudine, indies magis magisque eam declinent, fugiant, detestentur. Vos Auditores quotquot hic adestis qua possum animi demissione rogo, imo obtestor per communia Sacra *Musarum*, & jura humanitatis, ut me hanc vitiorum lernam, hac mea qualicunque oratiuncula impetentem, favore vestro, & solita benevolentia complecti, haud dedignemini.

Ac ut in ipsam quod ajunt arcem causæ penetrem, & turpem illam belluam, quæ belluinos facit homines, suis coloribus depingam, quæ ab Antagonista meo ad defensionem crapulæ in medium allata sunt, exactius paulò expendamus, ut quam putida, ridicula & inepta sint unicuique vestrum luce meridiana clarius appareat. Cui quæso vestrum non moveat risum illud quod in Orationis principio asserere non dubitavit, Ebrietatem artium, linguarum, & virtutum omnium informatricem esse, ac magistram. Sed

Proh Superi! quantum mortalia pectora cœca
Noctis habent?

Quid enim est cum ratione insanire, ut cum Comico loquar; nisi hoc sit? Itane Commilito, itane fibulam laxare ausus es tuæ in dicendo licentiæ? itane quæsito colore, & honestis nominibus ut *Virtutem* nobis obtrudere, quæ vitiorum maxima est? non *Pallas* illud tibi misit in mentem, sed ipsa *Moria*. Ventris enim capacitas non est virtus, & frustra expectatur actio laude digna ab homine, cujus corpus est instar spongiæ, quæ impletur, ut depleatur, & depletur, ut impleatur. Quare, ipsi lubet & persuade hoc sed cerebro vacuis, & capitibus helleboro dignis, qui inter vitia, & virtutes discernere nequeunt. Nobis certè qui jam pridem aliter edocti, & in meliori longè schola educati sumus, nunquam persuadebis. Unde enim stupra, incestus, adulteria, unde furta, rapinæ, jurgia, dissidia, lites, bella, nisi ab ebrieta-

munitum habeant, vitiique hujus turpitudinem, & quæ import[illegible]in genus humanum detrimenta probè considerarint. Intuemini enim, quæso, mecum Ebrietatis habitum, verba audite, mores aspicite, quid videbitis? nihil *nisi ignorationem sui, dubia & parum explanata verba, Siculis gerris vaniora, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, stomachi tormenta, cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit*, cum *Capitolium*, rationis arcem invadit, *Palladium* rapit, hoc est omne judicium subvertit, & quod unum habet *Ebrius* in malis, bonum perdit, peccandi verecundiam. Ubi enim possedit Animum nimia vis vini, quicquid mali latebat emergit. Nullum in animo latet vitium quod non prodat. *Tunc avidi Matronam oculi licentur, tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit; tunc impudicus morbum profitetur, ac publicat; tunc petulans non linguam, non manum continet, crescit insolenti superbia, crudelitas sævo, malignitas livido. Hinc plusquam vitrea valetudo, morborum lues, luxuria supplicia, pallor, & genæ pendulæ, oculorum ulcera; raucitas vocis, nervorum vino madentium palpitatio, incerti labantium pedes, tremula manus, furiales somni, & inquies nocturna*: hinc ingeniorum tarditas, torpori inertia, ut vix credam in tota *Arcadia* esse ullos asinos usque adeo asinos, quin hi digniores sint, qui fœno pascantur, quam illi, *digni qui molam versare Nepotis*. Amplius: hinc effusiones patrimoniorum, egestas, furta, cædes, libidines portentosæ, hinc denique famæ naufragium, & rerum divinarum lethæa quædam oblivio. Neque hoc *Gentiles* ipsos latuit qui *Bacchum* soliti sunt pingere stupidum & obesum, nec non *Venerem* finxere judicio Paridis *Junoni*, & *Palladi* formæ palmam præripuisse. Nempe significare voluerunt, ubi *Bacchus* in pretio est, & *Venus* illa amorum dea, ibi deam honorum *Junonem*, deamque eruditionis, & sapientiæ *Palla-*

dem fugere, & excludi: hoc est ubi crapulæ & libidini indulgetur, ibi honoribus pariter, & eruditioni viam intercludi. Hæc si tecum Commilito seriò perpendisses, siccine (ut à te factum) stilum tuum, & linguam ebrietati commendandæ in doctissima hac Auditorum corona, commodare voluisses? & si hæc tecum ad animum revocarent, strenui illi *Bacchi* Athletæ, ac potores tricongii, in quorum manibus amphoræ ut calices versantur, & si vel hilum saperent, næ illi impurissimæ huic Virgini Ebrietati, quæ unius horæ hilarem insaniam longi temporis tædio pensat, & cujus ornamenta tot vitiis consuta vident, misso repudio, ad Sapientiam se converterent, veram sobrietatis, & temperantiæ magistram. Tu Divam illam, ejurata crapula, amplectere, atque exosculare, illa tibi non in labris sit; sed in fibris, in animo, non in vultu. Quam quò propius pectori appresseris, altiusque menti impresseris, eò longius à te amandabis, vel solo nutu spongias istas madentes, gulæ mancipia, gurgites, dolia, ventres.

Nihil hic dicam de nausea, & fastidio stomachi, cum invitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur, nihil de hemicrania, & dolore capitis, nihil de catarrhis, de tinnitu aurium, de rubore & lippitudine oculorum, de morbo colico, de hydrope, tympanite, de podagra, epilepsia, hemiplexia, aliisque morbis innumeris qui ex ebrietate dulci hoc veneno, blanda hac peste, crudeli hoc gaudio, tanquam ex alta radice ubertim suppullulant; nihil de oris graveolentia, de rubricato in pustulas vultu, gemmato, & quasi fruticante naso, & id genus alii, quæ tot tantaque sunt, ut vel loquacem delassare queant *Fabium*, & vel *Milonem* dejicere. Hæc interim est illi formositas, hæc corporis εὐεξία quam tantopere deprædicasti. Taceo pericula, & vitæ discrimina in quæ passim homines præcipitat: Taceo mortem præproperam & immaturam

quam sæpe in ipso ætatis flore temulentis, & ebriis accersit: Ruinas & excidia urbium, Rerumpublicarum depopulationes horrendas, tragicos Principum interitus, & quidquid talium est calamitatum. Quid enim perdidit Trojam? perdidit Ebrietas. *Græci* qui decennali vix obsidione eam expugnare potuerunt, expugnarunt crapula: quod non minus eleganter quàm judiciosè observatum à Poëta: *Invadunt Urbem somno vinoque sepultam.* Quid *Ammonem* Regis *Davidis* filium, quid *Holofernem*, quid *Nabalem*, *Belsasarum*, quid *Marcum Antonium*, magnum virum, & ingenii nobilis, quid *Alexandrum Magnum*, quem tot prælia, tot itinera, tot hiemes, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, perdidit? intemperantia bibendi, & ille Herculanæus ac fatalis scyphus. Quid ejus familiarissimum *Clytum*? Ebrietas. Quid *Lapythas*, quid innumeros alios? quos si recensere omnes hic esset animus,

Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Sed ex ungue leonem: Facile enim unicuique ἐκ τῦ κρασπέδυ τὸ ὕφασμα γινώσκειν. Accedit in cumulum malorum omnium gravissimum, quod non tantum bonis corporis, fortunæ & animi nos exuat, non vita tantum spoliet; sed & aditum quoque ad regnum Cœlorum cultoribus suis intercludat, cum ad fatalem metam deventum est, & decretorium illum diem, qui de omnibus anteactis fert sententiam. At si fortasse rigidus nimis Ebrietatis censor vobis esse videar, & ingrata nimis auribus quorundam profari, non me jam, sed Prophetam audite. *Væ*, inquit, *surgentibus summo mane, ut potum inebriantem sectentur, prorogantibus ad crepusculum usque, ut vinum incendat ipsos.* Et magnum illum doctorem Gentium. *Ne errate*, inquit, *neque scortatores, neque idololatræ, neque adulteri, neque fures, neque avari, neque Ebriosi hæreditatem regni Dei possidebunt.* Videtis Auditores quæ ebriosos (quibus omne in popina & taberna vitæ præsidium

dium est, & plurimum meri cepisse, Virtus) pœna maneat: Maledicti in hac vita, & quod omnium calamitosissimum, æternum perituri post hanc vitam, nisi seria resipiscentia ad meliorem mentem redeant. Nam quod veneranda Sanctorum nomina in hanc scenam protrahere non erubuerit, qui jam ante me declamavit, quis vestrum non videt, quàm malè & perperam ab eo factum, eoque dignus qui nulla re magis, quam contemptu, ac silentio refutetur. Legibus enim vivitur, non exemplis, & multitudo errantium non parit errori patrocinium. Sancti fuerunt. Esto: sed & homines, & si quæ illis humanitus acciderunt (ut humanum est labi) deploranda in iis sunt, non imitanda, nec in hac temporum lue, & contagione morum trahenda in exemplum, imo totidem argumenta sunt, quæ nos à tam turpi vitio dehortari debent, omni *Scylla* vel *Charybdi* formidabiliori.

Nam *Lothus* Patriarcha nunquam se tam nefario incestu polluisset, nec Noa morum probitate, & vitæ sanctimonia insignis filio suo se deridendum præbuisset, nudatione inverecunda femoris quod sexcentos annos texerat, nisi fuissent ebrii. Qui profecto si adhuc viverent, & lucis hujus usurà fruerentur, ipsi nos ab ebrietate essent dehortaturi. Rogatus *Anacharsis* (qui tres botros vineæ tribuisse fertur, primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium mœroris) quanam ratione quis effugere possit temulentiam, respondit: *Si indecoros ebriorum motus, & gestus præ oculis habeat.* Unde *Lacedæmonii* vino madidos & insaniæ proximos, *Helotas* mancipia sua, pueris spectandos exhibebant, ut cum illorum inconditos clamores, & Stentoreas vociferationes audirent, saltationes & tripudia intuerentur, tam stulto & ridiculo moti spectaculo, ab ebrietate abhorrerent. Ægyptii in conviviis ponebant super abaco scelerum, ut ejus aspectu convivæ à crapula revocarentur. *Plato* vinosos ad Speculum relegabat, ut in eo conspecta

exoſculemur, quæ nos idoneos reddit obeundis muneribus noſtris, gratos hominibus, & acceptos Deo: vitamque noſtram (ut finem faciam) ſic inſtituamus, ut cuivis appareat nos non vivere ut edamus, quod pecudum eſt, quas natura ad paſtum abjecit, ſed edere ut vivamus. Ventris enim capacitas bruto magis convenit quam homini, & nemo dicetur vir ampliſſimus, ob ventris amplitudinem. Nec gloria eſt vincere homines in re, in qua homines ſuperantur à doliis. Cibus famem ſedet, potio moderata ſitim reſtinguat. Quos fines qui egreditur, is intemperantiæ quidem labem contrahet, ſed ad Temperantiæ, & Sobrietatis laudem nunquam aſſurget. Dixi.

ORATIO XXVII.

DE SUPERBIA,

Habita à

GERARDO F. F. MEERMANNO.

HEgeſias Cyrenaicus Philoſophus, inſigni ſua eloquentia, mala hujus vitæ olim ita repræſentavit, ut triſti eorum imagine, Auditoribus ſuis ob oculos poſita, multis ſpontaneæ Mortis obeundæ cupidinem injecerit. Et *Cicero* ſummus ille dicendi magiſter eloquio ſuo hoſtibus Patriæ, *Catilinæ* & aliis arma pene è manibus excuſſiſſe fertur. Utinam Auditores mihi eſſet vel *Hegeſiæ*, vel *Tullii* facundia, ut non tantum odium Superbiæ, quæ totum nunc pene terrarum orbem perreptaſſe videtur, ſuperborum animis ingenerarem, ſed eam prorſus ex iis excuterem! Sed fruſtra tantorum Oratorum eloquentiam opto, fruſtra deſidero, quam vix eſt ut mente aſſequi, aut cogitatione complecti queam. Quid ergo? à propoſito meo deſiſtam, & peſtem illam ingeniorum im-

pu-

pune grassari patiar, & majora indies capere incrementa? Vetat pietas quæ me ad virtutis amorem, & studium impellit; vetat obedientia quam illi debeo, qui me hanc Cathedram conscendere, & in Superbiam ex publico hoc loco declamare, & verba ad vos facere voluit. Vetat vultus vester multo jucundissimus, ex quo augurari mihi videor, nihil vos magis desiderare, quàm ut stili mei aciem stringam in turpem illam vitiorum *Excentrum* & fœditatem ejus vivis coloribus depingam: vetat denique materiæ, & argumenti quod mihi ad dicendum offertur, copia. Quare vos omnes viri humanissimi, studiosi & adolescentes suavissimi, obnixè rogatos volo ut ingenii mei tenuitatem, ac dicendi infantiam vestro favore, ac æquitate sublevare, eamque mihi de hoc vitio declamanti audientiam largiri haud dedignemini, quam aliis ante me ex hoc loco dicentibus, pro solita vestra in Scholæ nostræ studiosos humanitate, ac benevolentia indulgere consuevistis.

Nemo vestrum est Auditores, qui non vitandum merito censeat id quod à *Sathana* originem suam traxit: Et hæc illa est dè qua nunc loquimur Superbia. A superbissimo enim spiritu ortam, vaferrimus & infestissimus ille generis humani hostis, tam altè mentibus hominum instillavit, ut nulla pene major apostasiæ, & defectionis a Deo causa extiterit, quàm Superbia. Qua factum est ut homo non contentus imagine Dei, ad quam conditus, justitia, & sanctitate originali, qua præditus erat, Deo bellum inferre non dubitavit, & Creatorem suum quantum in se erat, de solio deturbare, plus quam sacrilega audacia, & nefaria ingratitudine. Hinc vero Auditores quanta malorum Ilias? quanta miseriarum ac calamitatum copia? Hæc enim illa est quæ funestissima bella, duella, jurgia, dissidia, cædes, & lanienas excitat: hæc parentes cum liberis, fratres cum fratribus, Magistratus cum subditis, Reges cum regibus committit:

hæc ut parem non fert, sic nec superiorem. Quid enim *Absolonem* impulit, ut in Patrem insurgeret, arma capesseret, & ad internecionem usque persequeretur? Superbia. Quid primum illum parricidam *Cainum*, ut fratrem suum *Abelem* è medio tolleret, instigavit? Superbia. Quid *Abimelechum*, ut fratres suos ad unum omnes crudelissimè necaret, induxit? Superbia. Hæc illa est quæ *Demetrium* Seleuci filium ut patruelem suum Regem *Antiochum* interficeret, & Athaliam impulit, ut stirpem regiam extingueret. Hæc *Sancheribum* ut munitissimas urbes *Judeæ* arctissima obsidione cingeret, Hierosolymam oppugnaret, blasphemiam in Deum *Israëlis* non minus proterve, quam impudenter evomeret, concitavit. Hæc denique *Cræsum* Lydiæ Regem opulentissimum, ut in *Cyrum* persarum Regem insurgeret, instigavit. Et quis tandem malorum esset finis, si quæ ex ea velut ex alto quodam gurgite, in genus humanum promanant, recensere mihi esset animus? *Tarquinium* hominem libidine præcipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt *Superbum*, & putarunt sufficere convitium. Inde enim impietas, audacia, temeritas, πυλυπραγμοσύνη, iracundia, crudelitas, avaritia, fraudes, concussiones, rapinæ, & quidquid talium est scelerum, & flagitiorum, originem suam trahunt. Hinc blasphemiæ & contumeliæ in Deum, contemptus Numinis Divini, seditiones, conferto velut agmine violenter erumpunt.

Sed ut exemplis res fiat illustrior, intuemini mihi, quæso, Auditores, *Herodem* illum, de quo Sacræ litteræ, quid enim olim adegit ut pateretur se à populo adorari, & tanquam Numen aliquod proclamari, nonne Superbia? Quid *Caligulam*, *Domitianum*, *Heliogabalum*, portenta illa generis humani, & sceptrorum propudia impulit, ut tanto cum typho mortalitatis suæ, & humanæ sortis obliti, pro Diis haberi voluerint? & religiose coli.

tan-

tanquam Numina? Quid Regem *Hosiam* ut munere Sacerdotali defungi non dubitaverit sumpto in manum thuribulo, nonne Superbia? Taceo hic Auditores *Saporem* illum Persarum Regem, qui ad *Constantinum* Imperatorem scribens, Solis ac Lunæ fratrem se nuncupavit. Taceo *Alexandrum* qui per litteras petiit, ut publico decreto *Lacedamoniorum*, divini sibi decernerentur honores, & in Deorum numerum referretur. Taceo *Xerxem* qui fastu suo, & superbia, ad insaniam pene redactus, mari vincula, & compedes minatus est, quid dico minatus? compedes in mare conjici jussit, quasi captivum, Regis, & sceptri Persici servitio mancipatum. O impiam, ô sacrilegam, & intolerabilem audaciam! Sed quanto tibi stetit Rex insolentissime hic animi tui fastus? quanto furiosa illa temeritas, qui manus & pedes ab *Oriente* ad *Occidentem* mittere, montes in planum deducere, *Templum Apollinis* audacter diripere, *Neptuno* compedes, *Cælo* tenebras minitari, & *Hellespontum* navibus tuis sternere non dubitasti? profligato enim numeroso tuo exercitu, ab exigua militum manu, & clade navali accepta, vix cymbulam, infeliciter superbus, vix scapham invenisti qua evadere, & fugitivus in *Asiam* summo cum dedecore, & ignominia redires. Ita, ita nimirum in eos animadvertit summus ille rerum Arbiter, & magni Mundi moderator Deus, qui vel imperii licentia fascinati, vel assiduis assentationibus occæcati, altius æquo se efferunt, & fastu suo cuncta quasi à se difflare videntur. Nam ut in aliorum quoque tragicos exitus mea se diffundat Oratio, ubi obsecro vos, Numina illa terrestria, *Herodes*, *Domitiani*, *Heliogabali*, qui sacrificiis, altaribus, Dei titulo, & statuis honorabantur? à justissimo illo scelerum vindice Deo ad exquisitissima supplicia rapti, vitam miserrimè finierunt. *Herodes* enim dum divinos sibi vendicat honores, ab Angelo percussus ὀρανόθεν, à vermibus eroditur, qui de superbia ejus triumphant, ac

vivus,

vivus, videnſque interfuit proprio funeri: *Caligula* à *Chærea* è medio tollitur. *Domitianus* à libertis ſuis interfectus, ejuſque cadaver populari ſandapila elatum per veſpillones, ſummo cum dedecore, terræ mandatur. *Heliogabali* denique diu multumque per urbem raptatum, & dilaniatum cadaver, in putidiſſimas cloacas conjicitur. *Haman*, ſuperbiſſimus ille *Thraſo*, laqueo vitam finiit in patibulo, quod probiſſimo *Mardochæo* erigi juſſerat. *Core*, *Datan*, & *Abiram*, qui excitato tumultu, non minus petulanter, quàm ſuperbè in *Moſem* inſurrexerunt, vivi à terra abſorpti ſunt. Ite nunc Superbi, criſtas erigite, ſupercilia tollite, magnitudinem fortunæ veſtræ peccandi licentia metimini, quidquid libet pro licito judicantes, ubi aures veſtras ſuperbas aſſentatorum turba circumſtetit, divinos denique vobis arrogate honores. ſequitur, *ſequitur ſuperbos ultor à tergo Deus*, & ἀλαζονείας οὔ τις ἐκφεύγει δίκην. Sed quæſo quid eſt quod erectis in audaciam criſtis, tantos geratis animos? quæ ſodes ſuperbiæ veſtræ cauſa? Generis ne veſtri & proſopiæ nobilitas? Sed quis Rex, ut *Plato* ait, non ex ſervis oriundus, & quis ſervus non ex Regibus? Omnia iſta longa varietas miſcuit, & à primo Mundi ortu uſque in hunc diem perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſque alternata ſeries.

Virtute decet non ſanguine niti:

Nam genus & proavos, ut bene Poëta Sulmonenſis, *& quæ non fecimus ipſi*,

Vix ea noſtra voco,

Et Juvenalis,

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos!

In illis gloriari parum, aut nihil eſt;

Nobilitas ſola eſt, atque unica Virtus.

Honores! Quis honoratior *Sejano*? Sed quo die illum *Senatus* deduxerat, populus in fruſta diviſit: nempe ὁ κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, &

Hera

Hora momentum est inter solium, & aliena genua: magnisque negatum stare diu, nimioque gravis sub pondere lapsus.

Forma? at quam fluxa illa, & labilis. Quid enim Homo est, animal istud superbum? nisi imbecillitatis imago, ad omnem fortunæ contumeliam projecta, calamitatis trutina, & ut verbo dicam, pituita & bilis?

Poëtam audite:

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Ætas vobis florida est, & vegeta? flos iste dum loquimur arescit. Divitiæ & opes? At illis quid inconstantius, quid incertius? quibus non casibus fortunæ, & mutationibus obnoxiæ sunt? Victores estis & triumphatis? Sed in victoriis ipsis quàm subita sæpe, & repentina rerum vicissitudo, & catastrophe? In finibus propagatis te attollis *Superbe*? Quid animo accessit, nisi curæ majores, aut metus? Quid corpori? *metire umbram*, videbis. Externa illa omnia sunt quæ te inflant: æstimari debes à te ipso. Illa abeunt, veniunt: Tu vide non quid in te magnum habeas, sed quid tuum: quia non fortuna, sed virtus felicitatis mensura est: contra magna fortuna, magna servitus, & viscata sunt ejus beneficia, cum habere te putas, haberis. Qui in summa dignitate collocati sunt, sæpe idem patiuntur, quod illi qui evaserunt ad summa excelsarum turrium cacumina, quibus cerebrum solet vertigine concuti. Summa potestas pluribus casibus, molestiis & periculis est obnoxia: non secus ac in magna sylva procerissimæ arbores à ventis pulsantur vehementius. In Regno gloriaris, & Imperio? Sed quid sceptris infidum magis & mutabile? & quàm paucis *Fortuna* currum à carceribus ad metam sine offensa aut eversione perduxit? lubrica est, nec invita teneri potest. Imo quanto quis fere altius elatus est, hoc fœdius corruit. Exempla obvia passim, & in omni ævo. Qui-

Quicunque Regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leves metuit Deos,
Animumque rebus credulum latis dedit;
Me videat (inquit *Hecuba) & te Troja, non unquam tulit*
Documenta fors majora, quam fragili loco
Starent superbi.

O prudentem vere, qui hic prudens! nam beatum quenquam dicere, qui in his vitæ fluctibus jactatur, quis audeat, donec sit in portu? cuncta enim mortalium incerta, quantoque plus adeptus sis, tanto te magis in lubrico censeas. Hodie magnus es? cras alius, aut nullus: perenne sub polo nihil. Quàm levi enim momento deturbantur de solio, privantur sceptro, exuuntur imperio, rapiuntur ex hac vitæ statione ad Plutonia regna, & ut pondera ab alto lapsa in præceps eunt. Exempla vultis adducam Auditores? Ubi nunc obsecro vos terror ille gentium *Julius Cæsar* tot victoriis, ac triumphis insignis? Periit. Ubi *Pompejus* ille magnus? periit. Ubi *Annibal* qui Romanos ad *Cannas* vicit? periit. Ubi *Alexander* qui totam pene *Asiam* imperio suo adjecit? periit. *Assyrii*, *Persæ*, *Græci*, *Romani*, quid nunc, aut ubi sunt? abierunt. Ubi supra fidem cumulatæ opes? Ubi *Cælo* certantia opera? non apparent. Imo omnia illa, nihil, si cum *Æterno*, & *Æternitate* comparentur. Ita est Auditores. Quicquid alte se sustulit, opportunum est ad casum. Præclare Romanus ille Sapiens; *Nulli fortuna minus benè quam optima creditur: alia felicitate ad tuendam felicitatem est opus.* Quid mirum?

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præsens non habet hora fidem.

Eodem die ubi Inserunt navigia sorbentur.

Quod si hæc quæ adduxi exempla vos quotquot estis superbi, à Superbia non deterrent, intuemini quæso terram quæ maledicta à *Deo* ob superbiam hominis, tribulis nunc, & spinis inhorrescit. Stellas & micantes illos cœli ignes contemplamini.

gemunt ſub pondere peccati, & reſtaurari deſiderant. Hominem videte, quot morbis ille, quot malis, quot vitæ caſibus obnoxius? ut non ſine cauſa eum Princeps ille Philoſophorum *Ariſtoteles* vocaverit, *Ludibrium Fortunæ, miſeriæ trutinam, & ſpolium temporis.* Et unde hæc malorum Ilias ſi ad rectæ rationis lancem momenta rerum ponderentur, niſi à Superbia? Quare cum tantorum malorum ſit cauſa, tantarumque calamitatum fons & origo, cum homini mentem adimat, bonis & honoribus exuat, *Deum* offendat, populos, urbes, regna, imperia in ruinam agat, ad vos Imperatores, Reges, Principes qui Rerumpublicarum gubernacula tenetis, me converto, vobiſque illud *Senecæ* monitum in memoriam revoco.

Vos quibus Rector maris atque terræ
Jus dedit magnum, necis atque vitæ,
Ponite inflatos tumidoſque vultus:
Quidquid à vobis minor extimeſcit,
Major hoc vobis Dominus minatur:
Omne ſub Regno graviore regnum eſt,
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis prohibetque Clotho
Stare Fortunam: volat omne fatum.
Nemo tam Divos habuit faventes
Craſtinum ut poſſit ſibi polliceri.
Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Humana cuncta fumus, umbra, vanitas, & ſcenæ imago, ſpecioſo quidem fuco circumlita, ſed intra nihil habentia fronti ſuæ ſimile. Et ut magnæ arbores quæ diu crevere una hora exſtirpantur: ſic multorum annorum cumulatum Imperii corpus brevi momento ad ima deturbatur. *Irus & eſt ſubito qui modo Craſus erat.* Quia ut fulmina ſæpius feriunt excelſas turres, quam humilia tuguria: ita Deus

Deus sibi *Superbos* proponit in scopum, in quem sagittas justitiæ suæ intendit, & eos ingenti ruina percellit, dejicit, evertit.

Hæc quæso viri Principes expendite, felicitati vestræ frænos imponite, fastum omnem deponite, & cum animis vestris deputate vos brevi in pulverem reversuros, & dicto citius hanc Mundi gloriam vobiscum perituram. *Valet ima summis mutare, & insignem attenuat Deus, obscura promens.* Fastum quoque deponite vos *Crœsi* filii, vos *Crassi* nepotes qui opum vestrarum nec modum capitis, nec finem. Cogitate quàm graves Superbiæ suæ pœnas dederit dives ille Epulo, qui, purpura olim decorus, & luxu diffluens, nunc *Averni* pabulum, & *Orci* victima, ad *Tartara* deturbatus, ne aquæ quidem guttulam impetrare potest ab eo, quem cum esset in vivis mendicantem superbissimè contempsit, qua ardentem linguam suam refrigeret. Fastum deponite Pastores, qui Auditoribus vestris humilitatem identidem inculcatis, & animi demissionem, eamque exemplo vestro virtutem vita & moribus exprimite, serioque illud Poëtæ expendite,

Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Fastum ponite vos Præceptores, & discipulis φιλαυτίαν, & agnatam illis arrogantiam monitis vestris extundite. Fastum ponite & vos Adolescentes studiosi, *Musarum* alumni, quantumque superbia *Phaëtonti*, & *Icaro* nocuerit, cogitate. Fastum denique ut finiam, omnes quotquot estis homines: & si omnino firmam celsitudinis vestræ fabricam constituere vobis est animus, de fundamento prius cogitate HUMILITATIS. Illa enim, ut ait quidam Patrum, non solum Religionis Christianæ, sed & omnium Virtutum est basis, & fundamentum, quæ labuntur aut diffluunt, nisi ea nixæ, nisi ea nexæ. In quam recte quadret responsum illud Demosthenis interroganti *quid primum, quid secundum, quid tertium, quid ultimum*

mum esset in Oratore, quid in arte dicendi prora & puppis? *Pronuntiatio* inquit. Ita genuinam, & non fucatam modestiam, & humilitatem appellare mihi fas principem, & potissimam vitæ humanæ partem, & quasi TOTUM hominis. Dixi.

ORATIO XXVIII.

IN VITAM AULICAM,

Habita à

LAMBERTO BOOTIO.

CUm *Menippus* adolescens apud *Homerum*, diversa Deorum scelera legisset, ea licita esse, atque honesta credebat: nam dii quod faciunt quis non arbitretur honestum? Hic vir postea factus, cum illa tanquam turpia prohiberi legibus animadverteret, incertus animi Philosophos adiit, sciscitaturus ex iis quænam esset optima vita. Sed neque Philosophi exspectationi ejus satisfecerunt, cum inter se pugnantibus dissiderent sententiis, & alii in voluptate eam statuerent, ut *Epicurei*, alii in quadam animi ἀναισθησία seu indolentia ut *Stoici*, alii in actione virtutis, ut *Peripatetici*: Quidam vero animi, corporis, & fortunæ bona simul juncta, vitam dicerent præstare vere beatam. Incertior igitur ille multo quam antea, consulere mortuos decrevit, & ad inferos descendit, ac ex *Tiresia*, quia & ipse vates fuerat, ubi & apud quos vitæ tranquillitas, & beatitudo inveniri posset percunctatus est, qui cum voce diu respondere negasset in aures tandem insusurrans, apud privatos homines optimam vitam, summamque felicitatem reperiri dixit: non vero apud Reges, Principes, ac longè latéque terrarum Dominos. Videre tamen est hodierno die homines non gregarios, non de trivio,

sed

ſeri Patricios, ſed Optimates, qui altè hanc animis imbiberunt ſententiam, liberos ſuos melius, ac liberalius in *Aulis* inter ſorices Palatinos, quam in ſcholis educari: Rati tum demum felices eos eſſe ac fortunatos, cum Regum atria frequentant, latera ſtipant, & in purpuratorum numerum cooptati, vultu & præſentia Principis frui conceditur. Sed immane quantum diſcrepat! & næ illi craſſum, ne quid gravius dicam, errant errorem. Quem ut Oratiuncula hac mea inpræſentiarum profligare conſtitui, ita obnixè, & qua poſſum animi demiſſione, à vobis contendo, Auditores, ut non de injucunda, neque inutili materia diſſertanti, ſilentio veſtro ac favore ſuccurrere, haud dedignemini. Quo declamatiuncula mea ſcopum ad quem collimat, rectius feriat, & benevolentiæ veſtræ ſecundis quaſi impulſa ventis portum ad quem tendit, facilius conſequatur.

Ac ne prolixis plus nimio vos demorer ſermonibus, ſi nihil aliud dicerem cur fugienda ſit *Aulicorum* vita, quam quod ab omni fere virtutis ſtudio derelicta, ad vanitatem, & morum licentiam admiratores ſuos, & cultores tacito quodam, ac ſurdo lenocinio trahat, & ad luxum, crapulam, libidinem, aleam, ſcyphos Herculanos, potationes portentoſas, Relligionis contemptum, ne dicam Atheiſmum, alumnos ſuos, & purpuræ candidatos haud raro impellat; quis ſodes ab ea non abhorreat ſi vel minimæ pietatis, ac probitatis ſtricturæ in animo ejus deliteſcant? Nam admiſſa ſemel in Aulam juventus, ut in vitium flecti cerea eſt, dulci hoc morum contagio delibuta ſemel, virtutis ſi quæ in ſe habet ſemina extingui patitur, & vitia, tanquam animæ zizania, & plantas noxias, ſuccreſcere in puerili hoc ſolo, per naturam nequitiæ fertiliori, quam probitatis, adeo ut in tanta colluvie vitiorum per tot bonæ mentis impedimenta, eluctari non poſſit ad ullam frugem. Extincto vero per *Aulæ* licentiam omni virtutis ſenſu, mox ætate pro-

vectior imitatur quæ videt, manetque alta mente repoſtum, quidquid vitioſum eſt, & pertinaciſſime illi ad extremam uſque ſenectam adhæreſcit. Quid mirum? omnia hæc juniores in *Aulis* diſcunt, & Principum palatiis. Tenera adhuc ætatula deliciis ſolvitur, molliſque ea educatio nervos omnes, & corporis & mentis, elidit, proterit, frangit. Quid non adultus committet, qui inter tot obſequia fortunæ, tot vitia adoleſcit? vix dum prima verba puer exprimit, & jam in ſericis & purpura repit, coccum intelligit, jam conchilium poſcit, ante palatum ejus quam mens inſtituitur. Arrident grandiores, ſi quid licentius dixerit, verbaque ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu & applauſu excipiunt, ſcurrilemque verborum ſpurcitiam non venia modo, ſed & laus conſequitur. Ne miramini Auditores, reliqua *Aulicorum* turba ſic docuit, libidinoſæ vitæ ſpecimina videt quotidie, & audit, conviviis intereſt lautis, opiparis, omni ferculorum, ac cupediorum apparatu inſtructiſſimis, turpia, inhoneſta, atque indigna relatu ſpectantur, audiuntur. Diſcunt hæc pueri, antequam ſciant, vitia eſſe. Et ut facilius eſt denigrare alba, quam dealbare nigra; ita facilius eſt inficere eos vitiis, quam iis inſtillare virtutes. Ad illa enim toto quaſi pondere feruntur inſtigante naturâ. Ac deinde ubi per ætatem Sapientiores facti, *Aulæ* repudium mittere, & ad meliorem frugem ſeſe recipere conantur, ita his aureis *Aulæ* compedibus illigati ſunt, ut in hoc diſſolutæ vitæ curriculo perſeverent, & in eodem licentiæ cæno perpetuò hæſitent. Uſque *adeo* Auditores *à teneris adſueſcere multum eſt*. Omnes itaque Patresfamilias ſerio quotquot ſunt, admonitos volo, quid ajo? non ego ſed ſagaciſſimus ille arcanorum Naturæ Speculator *Plinius*, ut Filios ſuos non in *Aulam*, in qua pereant, ſed ad *Lycurgum* aliquem, aut *Solonem*, Virum nempe doctrinæ, & morum gravitate conſpicuum, adducant. Nam ut

Teſti-

Testudines Indicæ in ipso Meridie, suavissimis solis radiis allectæ, nudo gaudent tergo per tranquilla maris æquora fluitare, donec oblitis sui solis æstu exarescat cortex, & domicilii sui testa, adeò ut mergi denuo nequeant, jamque invitæ natent opportuna Venantibus præda: ita *Aula* clientes hodie, & purpuræ cultores, dum aureos sibi pollicentur montes, & Attalicis conditionibus, nec non amplissimorum spe præmiorum allecti, in Principum *Aulas* se insinuant, earumque deliciis Sibariticis sic inescantur ut pedem retrahere, & vel *Pegaso* illigati, expedire se nequeant noxiæ huic *Chimæra*, nimirum majus quiddam est quam multi censent, cursum rectum in undoso illo mari tenere, & in *Aulâ* non abripi licentiæ ventis. Metant igitur hunc Agrum histriones, mimi, balatrones, parasiti, sycophantæ, & quidquid talium est hominum, qui ad gratiam se dantes, & auram, *Placentini* magis, quam *Veronenses* nigra in candida vertunt: Sed exeat, exeat, inquam *Aulâ*, ut cum Poëta hoc dicam;

Qui vult esse pius, virtus & summa potestas
Non coëunt.

Quid? Ibine virtutem regnare, justitiam dominari, honestatem, temperantiam, humilitatem, modestiam, principatum tenere creditis Auditores, ubi omnia ejurata probitate, ad fastum, vanitatem, malitiam, & ad luxum comparata sunt? Ubi vada & *Syrtes*, & omnia simulationum plena sunt, plena simultatum, simulationis, invidiæ? Ubi histrioniam tanquam in *Theatro* agunt, & summam stultitiam tegunt specioso obtentu sapientiæ? Ubi non semper recto judicii oculo res, aut homines æstimati, sed hominibus munus, non homines muneri donantur? Ubi ex fraude, fallaciis, mendaciis, constare toti videntur, & quidquid Leonem præferant,

Astutum vapido servant sub pectore vulpem.

Ubi denique non aliæ sunt hominum studia, nullæ aliæ curæ, quam aut voluptatum, aut opum, aut honorum aucupia ad quæ certatim adfluunt, & con-

concurrunt? Vestram fidem! Auditores in illis ne sitam censetis vitæ humanæ beatitudinem, ac felicitatem? Scio non facitis. Quis est enim ita in temporum historiis peregrinus, qui aliter sentiat? Reclamat experientia, quæ omnia hæc in casu posita esse & iisdem pene, quibus mare æstibus adfluere & refluere, haud obscure commonstrat. Reclamat gravissimorum virorum authoritas, quorum eruditio summa, non secus ac fax quædam cælitus delapsa, Universum terrarum Orbem illustrat, & Cimmerias ignorantiæ, ac cæcitatis animi tenebras violenter dispellit. Quid illi? Ut è multis paucos producam. Sic eximius ille censet civilis prudentiæ Magister & sincerus humanarum actionum arbiter *Tacitus*, *breves* (inquit) *sunt Regum amores*, eorumque gratia vitri instar cum maxime splendet frangitur, eoque lubrica, si usquam & vita, & via eorum qui in *Aula* versantur. Quid *Polybius* Historicorum ille Princeps? *Qui Regum* (inquit) *Regias sequuntur*, *Regis voluntate nunc beati*, *nunc miseri existunt.*

Nam ut oculus exiguâ festucâ læditur: sic Principum gratia vel minima offensa cadit, & perit. Reclamat denique & infinita exemplorum series quibus omnibus sigillatim enumerandis ne Tulliana quidem suffecerit eloquentia. Testes hic appello *Aulicorum* fortunatissimos, Unus pro multis spondeat & respondeat *Aratus* optimus Princeps, qui cum sanguinem exspueret, hausto veneno à *Philippo Macedone* sibi propinato, in has erupit voces, *hæc sunt regiæ amicitiæ præclara præmia*, verumque illud esse comprobavit, nimirum ut *Arithmeticorum* calculi aliquando valent multa millia, aliquando nihil, modo talentum, modo obulum æreum: Sic Regum amicos aliquando quidvis posse, rursus mutata in fastidium gratia, nihil. O splendidam miseriam! O miseram vitam, imo ut verius loquar, vitam non vitam!

Quare,

Sun

Stat quicunque volet potens,
Aula culmine lubrico;
Me dulcis saturet quies:
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.

Nec me hercule de nihilo. Tam anceps enim Auditores humanissimi, tam mutabilis, tam inconstans est hæc *Aulicorum* personata felicitas, ut omnino ignores quid, aut cui credas. Adeo ut quod magnus olim *Afer* de pavone, ego de nobilitate hac dicam Aulica: Omni conchylio micantior qua colla florent, omni petaso inauratior, qua terga fulgent, omni syrmate solutior, qua cauda jacet, multicolor, discolor, nunquam ipsa, semper alia, toties denique mutanda, quoties movenda. Intuemini mihi quæso *Aulicorum* mores, reperietis quoties moventur, toties mutari. De fortuna solum hoc dico, quæ si usquam alibi, certe in *Aulis* incerta, ac volubilis errat, & *Protei* similis, dicto citius elabitur. Nulli ex magnitudine sua securitas est. Per infinita rerum discrimina ad summos honores conscendunt; Ubi pervenerint jam, aut consistunt ægrè, aut in illo ipso fastigio tot adversa, & tristia experiuntur, ut, si tuto liceat, descendere optent, & priora vota damnent ipsi, haud absimiles iis, qui dum ad culmen venire contendunt, una cum ipsis ramis, quos comprehenderunt, decidunt. Exemplum in *Sejano*, qui diu *Tiberii* potens, & ad instar ejus statuis, honoribus cultus, tandem una epistola subversus est, & *caput illud toto Orbe secundum*, ut cum Poëta dicam, laqueo præbuit, & cadaver suum opprobriis, lacerationi, unco. O cœca mortalitas! Tu ille superbus paulo ante, & insolens ubi es? quid es, desiisti esse, & tot annorum cumulata felicitas, subito turbine quassata, & eversa est flammarum naturæ similis, quæ sicut paululum à se remota illuminant, ita satis admota sibi, comburunt. Quid mirum? Dominatur ibi maxime invidia,

locum ibi calumniæ, atque obtrectationes habent: facile ac subito iram gravem Principes concipiunt, & conceptam semel diu retinent, moneri sese aut reprehendi, ægre admodum ferunt. Unde *Calisthenî* propinquo suo consuluisse, *Aristotelem* legimus, ut cum *Alexandro* rege suo quam rarissimè, aut suavissimè loqueretur, utpote eo qui vitæ necisque in eum haberet potestatem. Excrescat in immensum Oratio mea, si omnia hic enumerare mihi esset animus, sed ἐκ τῶν ὀνυχῶν τὸν λέοντα. Apud *Hadrianum* Imperatorem tanti fuêre momenti, tantum potuere delatorum ac Sycophantarum voces, ut etiam intimæ admissionis viros hostium loco postmodum habuerit. Erat olim non de Imperatore solum *Justiniano*, sed & de universo Imperio Romano præclare meritus *Belisarius*, hic tamen qui *Persis*, *Vandalis*, *Gothisque* superatis triumphans redierat, ab invidorum calumniis liber, atque immunis esse non potuit, sed de fastigio honorum ac dignitatum suarum, fulminis velut ictu dejectus, orbatus oculis, facultatibus omnibus exutus, triste spectaculum humanæ vicissitudinis præbuit, & in summa rerum angustia, mendicare coactus, his verbis prætereuntes in bivio collocatus, ad misericordiam commovit, *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, invidia depressit.* Non minus ergo eximie quam vere poëta:

Paucos beavit Aula, plures perdidit,
Sed & hos ipsos, quos beavit perdidit.

Heu sortem humanam! ô instabiles rerum vices & fortunæ mendacia! ô spes fallaces! Quid fortissimus ille terrarum domitor *Alexander Magnus*, qui imperium suum Oceano, famam astris æquavit? Nonne duces ejus strenuissimi in equuleum impositi, *Persis*, quos vicerant, fuere spectaculo? Alius mensam Regis suo sanguine adspersit: alius ne simplici quidem morte defunctus est; sed exquisitissimis suppliciis mortalitatem explevit: *Parmenionem* indicta causa trucidat, per

quem

quem *Attalum* occiderat. *Clitus* inter vina & pocula trajectus hasta una cum esculentis, & mero, vitam eructat. *Calisthenes* dum adorari *Persarum* more Regem prohibet, manibus pedibusque truncatus, lumine utroque cassus, auribusqhe, & naribus amputatus, monstro quolibet monstrosior, squalidus in carcere detinetur,

Vivum cadaver, & mortuam vitam trahens.

Calamitates suas quod solum potest, deplorat, qui cum *Lysimachus* ex commiseratione venenum propinasset, irato Leoni objicitur. Quid hic *Zenonem* Philosophum commemorem, quem *Phalaris* Tyrannus crudelissime interemit? Quid *Anaxagoram*, quem Cypriorum Rex *Anairem* obtruncari jussit? Quid *Harpagum* *Astiagis* purpuratum, cui iste filios in convivio epulandos apposuit? Quid *Prexaspen* cujus filiolum *Cambyses* ob vinolentiam reprehensus, sagitta transfixit? Quid denique ut à profanis ad Sacra mea transeat Oratio, magnum illum Ducem Hebræum, Regem, Prophetam, typum Messiæ, *Davidem* loquar, quam sodes à *Saule* gratiam retulit? Quod congiarium ab ingrato Principe pro tot tantisque incredibili fortitudine reportatis victoriis, tot feliciter pugnatis bellis in regni columen, & stabilimentum? Non invidia solum *Aulicorum* perpetuo conflictatus est, & delatorum calumniis, sed & iram & indignationem Principis non semel est expertus, qui in innocuum caput conspirare, & necem ejus moliri non desiit ad ultimum vitæ suæ spiritum. Ite nunc vos magni purpuræ cultores, ne dicam mancipia, qui de generis nobilitate, stirpis altitudine, sanguinis antiquitate, tantopere gloriamini: qui vultum & favorem Principis demereri, superba Regum terere limina, in palatiis eorum versari, præsentia frui, summam interpretamini hominis esse felicitatem, adhuc ne speciosa & splendida illa *Aulicorum* vita vos delectat? adhuc ne *Aula* decus, & fulgor vos movet, impellit, trahit?

hit? Non arbitror, fugite, fugite inquam hanc *Charybdim*, hanc *Scyllam*. *Sirenes* illic & *Lothophagi*. Hæc ut pericula enaviges quisquis es in hoc aulicæ vitæ salo, opus tibi non prudentia solum, & *Argi* oculis, patientia *Socratis*, constantia *Reguli*, longanimitate *Fabii*, frugalitate *Pisonum*, sapientia *Lælii*, pietate *Metelli*, sed dicam fortuna. Per quod ut maximè ex voto tibi feratur navis, tamen in multos scopulos impingere, multis vadis obhærescere necessum est. Disertissimum illum Oratorem *Ciceronem* audite, & istud oraculum consulite, non quod furibunda *Delphis Pythia*, non *Dodonæus Jupiter*, aut *Ammon*, non *Ismenius Apollo*, sed maximus ille dicendi Magister sapientissimè pronunciat. Quid ille? Miserrimam illam esse vivendi rationem profiteri non dubitat quæ purpuram venerari, & Principum sceptra, ac diademata, adorare serviliter nata est: Quæ tamdiu speciosa apparet, & splendore suo hominum oculos perstringit, quamdiu fortunæ libido permittit, volubilis illa *Gentilium Dea*, quæ quam celerrimè reposcit quæ dedit, & quæ,

Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc illi, nunc alii benigna.

Cumque in universum humanum genus non parum sibi juris vindicet, maximè tamen eos insectatur quos ad honorum sublimitatem evexit, quos quasi pilas habet, quas pro libidine versat in omnem partem, imo quam celerrimè destituit, nec destituit tantum, sed & abjicit, nec abjicit solum, sed ad duriorem aliquem casum reservat, ut sæpe inter fortunam maximam, & ultimam nihil interfit, nihilque medium inter præcipitia, aut summa in lubrico illo culmine, & fastigio *Aulæ*, ad quod gradibus ascenditur, sed descensus præceps est, & periculi plenus.

Plura dicerem *Auditores*, si aut attentio vestra, aut argumenti dignitas prolixius Orationis genus desi-

desideraret: sed quoniam de utroque abunde, & vobis & mihi constat, tempus me admonere videtur & patientia vestra cohortari, ut vela Orationis meæ contraham. Quemadmodum enim semen quamvis exiguum in bono solo sparsum facile comprehendit, & se explicat; ita & breve monitum in bona mente. Dixi.

ORATIO XXIX.

PRO VITA RUSTICA,

Habita à

GULIELMO HORTENSIO.

NOn me fugit in novo hoc exercitii genere, nova mihi parata judicia, sive illorum quos percellet inopinata hæc in publicum prodeundi libertas, in eo qui tenuitatis suæ conscientia retentus, hactenus latuit: sive aliorum quibus vilescit quidquid in hac doctissimorum Auditorum corona profertur, non satis elaboratum. Sed ut infirmitatis meæ sensu, quam non invitus agnosco, haud parum commoveor, & superciliosorum hominum præmaturis judiciis, quos infantiæ suæ olim cepit oblivio, & qui non nisi quæ docta sunt, admirari solent. Ita contra subdit mihi animum, tum humanitatis vestræ recordatio, tum instituti mei ratio. Liberalis enim, & ingenui adolescentis officium esse duco, studia sua protrudere, & generoso conatu ad laudum fastigia eniti, adeo ut non in audaciæ crimen meo judicio trahi debere videantur, sed laudari, qui in Oratorum circulis, & his dicendi spatiis, profectus sui qualiscumque specimina exhibere, & latinitatis studium publica aliqua Oratiuncula profiteri non erubescunt. Cogitanti autem mihi de quo potissimum argumento apud vos verba facerem, non

aliud æque allubuit atque illud de vita ruſtica, de cujus felicitate, paucis oratoria hac diſſertatiuncula apud vos agere in animum induxi. Quod dum affecto magis officii ratione, quam cupiditate gloriæ, non tam veniam mihi rogandam eſſe video in hac cauſa minime ambitioſa, quam benevolentiam expetendam. Sed ut certum aliquem declamatiunculæ meæ curſum tenere poſſim, ad ſumma hæc capita tanquam ad helicen oculos aſſidue flectam. Primum enim agere inſtitui de vitæ ruſticæ antiquitate, & origine. Secundo de utilitate, poſtremo de jucunditate. Philoſophorum quidam non è minimis, haud inſcite olim dixit, τὸ πρεσβύτατον τιμιώτατον· Antiquiſſimum quodque pretioſiſſimum. Antiquitas enim quantum ponderis & momenti adferat ad rei alicujus dignitatem commendandam, nemo veſtrum credo eſſe, qui ambigat. Quæ ſi uſquam certe in Agricultura ſe prodit, qua nihil antiquius eſſe vel ex eo conſtat, quod non à *Cerere* Deâ illâ Gentilium, non à *Triptolemo*, *Abdo'onymo*, non *Columella*, *Palladio*, aut aliis originem ſuam duxerit, ſed ab ipſis Mundi primordiis, & nata cum Orbe nato. Primus enim omnium noſtrorum parens *Adamus* Agricola fuit, & poſthabitis omnibus aliis curis, totus in hac cura, ut ruſticando victum ſibi, & ſuis quæritaret. Ejectus enim poſt lapſum è *Paradiſo*, & damnatus ad ligonem, marram, ſarculum, non aliud ſibi vitæ genus amplectendum propoſuit. Filii ejus duo patris inſiſtentes veſtigiis, agris quoque colendis, & pecoribus paſcendis operam dantes, licet longe lateque terrarum domini ætatem contriverunt. *Noachus*, cum univerſum *Jehova* genus humanum diluvio perdere decreviſſet, ab horrendo illo Mundi interitu cum familia ſua, in Arca quam Dei juſſu ſtruxerat, ſuperſtes, in agricolatione ſeriò deſudavit. Et qui eum poſtea ſecuti non aliam Majorum ſuorum exemplo, vitæ rationem ineundam eſſe cenſuerunt. Ita optimus quiſque

inter

inter Patriarchas, & eorum posteros; ut sacra testatur pagina, spreta urbium amplitudine, aut pastor fuit aut agricola, & in tentoriis commorantes, iis quæ agrorum proventus suppeditat contenti, vitæ rusticæ tranquillitatem turbis forensibus, longe prætulerunt. Sed ut à sacris literis ad profanas mea se convertat oratio, quis *Adonidis*, & *Alcinoi*, quis *Tantali*, & *Hesperidum* hortos ignorat, quos tota olim celebravit Antiquitas? Quis *Cyri* Regis manu plantaria instituta, *Semiramidis* aërios pensilesque hortos, quis *Masanissæ* novum, & celebrem in iis cultum, ad stuporem pene, & admirationem totius *Africæ*? Jam inter priscos *Græcos*, & *Romanos* quot illustria capita proferri possent, qui posthabitis aliis gravioribus curis, in hoc vitæ genere felicitatem suam collocarunt? & hortorum spatiis, sepibusque se incluserunt? Ita *Tarquinium* Regem jam tum prisca illa *Roma* accepimus in hortis, & plantariis molliter ambulantem, & papaverum capita resecantem. *Catonem* Censorium in re hortensi occupatum, & de ea serio scribentem: *Lucullum* post Asiaticas victorias, in iisdem secure otiantem. *Syllam* abjecta Dictatura, suaviter hic senescentem, & *Diocletianum* insigni prudentia Principem, viridaria sua, olera & lactucas, ad *Salonam* purpuræ, & sceptris præferentem. Quid mirum Auditores? Est enim quædam homini ingenita ad Agriculturam animi propensio; qua fit ut etiam illos ad se trahat, qui maxime ab ea videntur alieni? Atque ut insignem illam Cœli fabricam micantesque illos ignes, nemini adspicere fas, sine occulto horrore aliquo, & admiratione magni illius *Architecti*. Ita nec hunc inferioris *Mundi* mundum, & eximias terræ opes, sine tacita quadam gaudii titillatione, & sensu. Hinc evocati olim qui *Imperii* habenas tenuerunt, ab aratro nempe ad curiam, & fasces, à prædiis ad *Dictaturam*, & *Consulatum* promoti, & ad clavum Reipublicæ collocati, ut urbibus, provinciis, populis, gentibus,

præessent, qui securi potentium & Aulæ, agris colendis se totos devoverant: quorum tanto flagarunt amore, ac desiderio, ut mutuata olim ab agricultura, ejusque frugibus nomina sibi imponere non dubitarint. Hinc enim *Fabii*, hinc *Pisones*, hinc *Lentuli*, hinc *Cicerones*, & alii quos summos belli duces, aut illustres heroicasque fuisse animas historiarum testantur monumenta.

Sed ne plus nimio me diffundam in Antiquitatis ejus elogio, pedem hic figo, & ad alterum in quo utilitatem statui, me accingo. At hic cui tanta dicendi vis, Auditores, tantaque copia, qui commoda ejus examussim enumerare queat? Quis omnigenas fruges, quis annuos proventus, & opimas divitias nunquam fatiscentis naturæ, oratione complecti?

Non mihi si centum linguæ, sint oraque centum,
Ferrea vox.

Stellæ enim & Sidera, quæ admirabili celeritate cursus suos conficiunt sine sensu laboris, sine tædio lassitudinis, & in perpetuo motu nunquam defatigantur, atque omnia elementa, conferto velut agmine in Agriculturæ felicitatem conspirare videntur, & quævis anni tempora, menses, dies, quasi Naturæ tributa persolvere, vigente in omne ævum officio. Sole enim (ut à Vere fiat initium) signum *Arietis* ingrediente, cum mitescere incipiunt hiberna frigora, liquescere nives, manifesta dies capere incrementa, statim *Blanda serenati facies aperitur Olympi*, & in tanta cœli clementia, & insigni aëris temperie, Terra benigna illa mater, prægnans fœcundo sinu, quid tum non subacta producit? Quid non sponte fundit? Quid bona fide creditum enixa non reddit? Quantam spem facit Agricolæ futura messis? Quot & quanta nobis ad vitam tolerandam necessaria copiose suppeditat? Cujusmodi fere sunt in campis gramina, in hortis lactucæ, nasturtii acrimonia, raphanorum radices teneræ, sambuci pubescentis folia, asparagi, lupini silvestres.

ſtres. Pecudum quoque quanta copia, porcellorum ſubrumorum, agnorum & vitulorum lactentium in ſtabulis, & in piſcinis ejus trutarum, parcarum, cyprinorum, murenarum? In Gallinario, quot illi pulli gallinacei, gallinæ pullaſtræ, capones! In columbario columbi & pipiones; alibi anſeres, anateſque altiles, adeò ut ſi convivio amicos, & conſanguineos excipiendi ſit animus, minimè ipſum ſollicitum eſſe oporteat, unde fercula ſua, unde dapes ſit petiturus, domi eas habet, & intra prædii ſui terminos, & quidem ineptas *luxuque carentes delicias*, ſed ut vix quidquam lautius à foro, aut macello. Et ſi tanta *Agricolæ* ex Vere commoda, quanto longe majora ex Æſtate, quæ non tam benigna nutrix, quam bonorum prodiga videtur, quorum nec ordinem facile invenies, nec finem, ut quæ latè diffuſa, nec includi numero poſſunt, nec termino. Nam ut palati, & linguæ delicias mittam, ſuggerente materiam natura ipſâ, Braſſicas Appianas, Cyprias, Melones, lactucas ſeſſiles ſucco tenerrimo, tum criſpas, & capitatas, quæ conditæ pullegio, naſturtio, dracunculo, & aſperſo boraginis flore, paſcunt oculos, & orexin excitant ſtomacho non contemnendam. Quid meſſe æſtiva uberius? Hic, hic Auditores frugum, fructuumque in *Agricolæ* noſtri prædio copia, & largitas, quorum ſpectaculo oculus ſaturari, animus expleri poteſt. Hic graminis ad fœniſecia, læta paſcua, hic frumenti leguminiſque affluentia maxima; hic viciarum, fabarum, lini; hic avenæ, hordei, ſiliginis, & tritici jugera plurima. Hic ceraſa præmatura, & ſerotina, Actia, Aproniana, duracina, tum pruna Damaſcena, decumana, cerea Armenica, pira Falerna, Venerea, Pomponiana, regia, tum pomum nanum, malum muſteum, Autumnalium, prævium, ſanguineum, orthomaſticum, petiſium, tum quæ durioris corticis; nuces Avellanæ, Ponticæ, Baſilicæ omne deliciarum, quas Horti benignè effundunt, genus plane

condiendæ, ac temperandæ vitæ. Quis sanus eas non præferat apris, murenis, & attagenis? Hic flavæ segetes, lividæ vites, onustæ opibus suis arbores: non corollæ jam aut serta texuntur; sed teritur area, fluunt præla, horrea, cellæque complentur. Quæ vivendi ratio, quæ sors, quæ conditio, hoc vitæ genere utilior, quæ fortunatior? imò quæ necessaria magis dici potest, aut excogitari? Civitates enim exustis, & devastatis agris, ad inediam redigi, & si obsidione cingantur, expugnari necesse est, ut hoc inter alias in *Hierosolyma*, & *Samariâ* videre est. Hæc causa est, Auditores, ob quam jure civili sancitum sit, ne vel in maximo bellorum æstu damno afficiantur *Agricolæ*, vel prædiis suis exuantur. Sed ne attentione vestra abuti videar, ad vitæ rusticæ jucunditatem, ultimam orationis nostræ partem, nunc propero, quam quoties serio perpendo, non possum quincum Poëta exclamem,

Τί πρῶτον τί δ' ἔπειτα τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

Cui enim tanta est in dicendo facundia, tantum ingenii flumen, qui eam graphicè suis coloribus depingere queat? Omnia enim in ea vultu admodum blandienti se nobis offerunt, sensusque nostros incredibili quadam dulcedine afficiunt, nares mira suavitate demulcent, oculos amœna pulchritudine perstringunt, totumque hominem singulari quadam voluptate perfundunt. Quales violæ, veris primulæ, bellides, hepatica candida, cærulea, purpurata, caltha, crocus, hyacinthus stellaris, narcissus, irides, tulipæ, rosæ. Ut hic naturam matrem congessisse dicas, mortalium delinimenta omnia, serenioris vitæ, in qua vel *Nestor* vel *Priamus* posset repubescere, imo vel mortuus revivíscere. Nam si varietatem, & amœnitatem, si odorum fragrantiam considerare sit animus, qui è floribus manant, suavitatem colorum qui se oculis ingerunt, ipsa mens hac dulcedine titillari se, ac capi dicet, imo pasci. Videmus enim illum è calice,

hunc

hunc è vagina, alium è gemma protuberantem, videmus unum morientem subito, alium subnascentem: quem non delectet tam varius aspectus, & cultus magnæ Matris? Et quæ illa tam rigida, tam ferrea mens, quæ inter hæc amœnissima oculorum oblectamenta, & pabula, huncque inferioris *Mundi* mundum non flectat se molli aliqua cogitatione, ac tacita quadam gaudii titillatione liquescat? si nitores, si pigmenta inspiciamus, si hunc sanguinem, hoc ebur, hanc nivem, hanc flammam, hoc aurum, ac tot colores mira varietate oculis blandientes, quos Artifici cuique penicillo æmulari fas, æmulari quidem non imitari. Denique quis exhalans ille odor, quis penetrans ille spiritus, & pars æthereæ auræ infusa ab alto? Ut non abs re Poëtæ flores plerosque finxerint è succo, aut sanguine immortalium Deorum. Vix opinor in *Insulis fortunatis* esse quicquam jucundius. Plane mihi videor intueri *Paradisum* cui custodem cultoremque Deus præfecerat *Adamum*. Jam quid campos gramine luxuriantes loquar, quid prata virentia, quid plantaria, quid arbores florescentes? quid vinearum fœcunditatem commemorem, quid oliveta? Quæ omnia tacita admiratione sensus, imo mentes nostras suspendunt, & in stuporem pene rapiunt. Quid vitæ hujus delicias, quid curarum, & laborum laxamenta, quid spectacula non inamœna, quid gaudii illecebras quas frustra terrarum alibi quærimus, recenseam?

Cum in reductâ valle mugientium Agricola
Prospectat errantes greges;
Inutilesque falce ramos amputans,
Feliciores inserit.
Aut pressa puris mella condit amphoris
Aut tondet infirmas oveis.
Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit,
Ut gaudet insitiva decerpens pyra;
Certantem & uvam purpura.

Aut

Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obstanteis plagas:
Aut amite levi rara tendit retia
Turdis edacibus dolos.
Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem
Jucunda captat pramia.
Labuntur altis interim ripis aqua,
Queruntur in silvis aves,
Fontesque limphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod invitat leves.
Quis non malarum quas amor curas habet,
Hac inter obliviscitur?

Quid Urbana vita, *Auditores*, ad hanc vitam? Oppida adi, vide, lustra, quid in iis nisi tumultus, procellæ, turbæ? Circumstrepent enim te subito, res, hominesque, & negotium non solum tua negotia facient, sed aliena. At hic altum, securumque otium? nemo qui appellet, aut interpellet, liber hic si usquam à strepitu *Urbium*, à murmure *Aularum*, à salutationibus importunis, & temporis furibus. Imo attollit se magis ad alta animus cum solutus, & sui juris, videt suum *Cœlum*; quam cum ædium aut urbium carceribus inclusus. Et in hac sententia olim magnus ille *Scipio* qui à Reip. pulcherrimis muneribus otium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum frequentiaque interdum, tanquam in portum, in solitudinem se recipiebat, ratus sapientiæ non indicium, sed initium esse, secum consistere, & sibi vacare. Ad hæc quæ vitæ simplicitas, qui mores, qui candor in hac vita? Longe hic exulat ambitio, luxus, libido, crapula. Probitas hic, & modestia habitant, hic pudor, hic innocentia, & vita malarum fraudium, artiumque expers. Aperti hic si usquam homines ab *Histrionia* omni alienissimi, & simplices, sine fuco, sine fallacia, & qui animum quod dicitur in fronte promptum gerunt. *Hypolytum* illum apud *Senecam* audi:

Non alia (inquit) *magis est & libera, & vitiis carens*
Ritusque melius vita qua priscos colat,

Qu

Quamqua relictis manibus campos amat :
Non illum avara mentis inflammat furor ,
Non aura populi , & vulgus infidum bonis ,
Non pestilens invidia , non fragilis favor.
dum otiosus & *Persarum* regibus beatior,
procul negotiis
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore ,
Forumque vitat , & superba civium
Potentiorum limina.

Tranquilliorne vita, *Auditores*, dari poteſt, ubi claſſica nulla, aut tubæ audiuntur, ſed modeſtè, & ſecurè remoto omni ſimulationum velo, viĉtitare licet experti ambitionis, & pallentium curarum? inque ambulatiunculis cottidianis *Cœlum* hoc in *Cœlo* tot aſtra ſcintillantia, & æternum lucentes faces, adhæc terras, maria, novum priſcumque orbem indagare cuique fas, vel luſtrare ſine turba, aut faſtu? non arbitror. Contrà ut flumina per ſe dulcia, cum in mare venerint ſaleſcunt: ſic homines haud mali, ex agris in urbem redacti, tactu inquinantur, & mixtione.

ORATIO XXX.

DE CONCORDIA,

Habita à

JOHANNE E. F. DE MEY.

Ut illi qui in irato mari, periculoſa tempeſtate jactantur, de ſerenitate ſermones agitare haud raro ſolent; qui lethaliter decumbunt, de bona valetudine; qui belli calamitatibus premuntur, de pacis commodis, inſito Mortalibus more, ut vota ſua faciant ſermonum ſuorum argumentum: Ita ego *Auditores* qui naturâ ſimultates, diſſidia, contentiones, odia, qui bella, pugnas, præ-

lia, odi cane pejus & angue, cogitanti mihi quo potissimum orationis genere in *Athenao* nostro conscensa hac cathedra ad vos verba facerem, in mentem venit CONCORDIA, quæ virtus ut propter necessitatem, & insignem ejus in hac rerum humanarum œconomia usum, digna videtur, ut omnibus hominibus quotquot in hoc Universo sunt, de meliore nota commendetur: ita hanc præ aliis serio ac sedulo amplectendam, imo & colendam esse ostendam. Vos Auditores iterum atque iterum rogatos volo, ut aurem, & auram benignissimæ voluntatis mihi præbere, & æquitate vestra supplere haud dedignemini, quod ætati meæ, & ingenio deesse non invitus agnosco.

Et ut ab eo quod maximè ad se homines allicere solet, initium faciam, eos ita natura comparatos esse videmus, ut unanimes, & pleno impetu ferantur ad id quod utilitatem aliquam ipsis allaturum certo sibi persuadent, & nullos labores, nullas molestias, nulla pericula in eo consequendo subterfugiant. Quanta enim cura, quanto cum labore, Agricola terram stercorat, arat, pastinat. conserit, occat in spem dubiæ, ac incertæ messis? quot vitæ sustinet discrimina miles, quot periculis objectat caput, ut de fronde populea victor gloriari possit, aut adorea, & pulvere non indecoro sordidus, hostiumque exuviis gravis, jactare vulnera sua & cicatrices? Quot sulcat maria exul patriæ Mercator, quot trajicit freta, superat flumina, quot saxa inhospita, syrtes, brevia, præterlabitur; quot denique, ut cum Poëta loquar, dolato confisus ligno, procellis se exponit, ac tempestatibus, quæ singulis illi mortem momentis intentare videntur, merces exoticas petituro! Mirum itaque est non omnes pari studio, ad *Concordiam* ferri, cum nihil ea sit utilius. Obeamus enim quæso cogitatione nostrâ omnia vitæ genera, eaque animorum nostrorum oculis perlustremus, & insignem utilitatem ex *Concordia*, ad illa redunda-

re

re deprehendemus. Utilis enim eſt ad conſervandas Eccleſias, quas peſſum ire oportet, & in ruinam agi, niſi *Concordia* ſtabiliantur, tanquam firmo ſtatumine, ac pedamento, ideoque illas Eccleſias in quibus hæc colitur, florere, & à miniſtris Verbi Divini, *Dei* auxilio, quàm plurimos ad *Chriſtum* converti, Deumque religiosè coli videmus. Mitto animorum conjunctionem, quæ luculenter ſe prodit in illarum membris, mitto curam quam illa pro ſe invicem gerunt, mitto benevolentiam, & amorem quo ſe mutuo proſequuntur. Utilis hæc inſuper eſt SCHOLIS. Præceptorum enim, ac diſcipulorum animo arctiſſimo cum venerationis, tum obſequii vinculo conjungit, facitque ut & docentes, & diſcentes ſuo officio recte fungantur, & junctis quaſi viribus, rem litterariam promoveant: Sed quid Eccleſias, quid Scholas loquor Auditores! Quis ſodes, quæ Regnis, Imperiis, Rebuſpublicis commoda, utilitates, emolumenta ubertim adferat, mente aſſequi, aut cogitatione digne complecti queat? quis eloquentia ſua emetiri? Regna enim, civitates, populos, gentes contra vim hoſtium tuetur, protegit, ac defendit, adeo ut tranquillitas, & firmitudo illarum non tam in armis, & militum numero, quam in incolarum *Concordia* conſiſtat. Quod cum *Ageſilaum* Lacedæmoniorum regem non fugeret, cuidam ſciſcitanti, quam ob cauſam *Sparta* mœnibus non cingeretur, ad majorem civium ſecuritatem, haud inſcite reſpondit; Civitatem non vallis, non mœnibus, non propugnaculis, ſed incolentium fortitudine, & vigilantia muniri oportere, quos ſi jungat *Concordia*, nullus poteſt eſſe murus inexpugnabilior. Et alii quæritanti qua de cauſa *Spartani* mœnibus deſtituti eſſent, ad cives converſus armatos, & unanimes, hi, inquit, *ſunt Spartæ civitatis mœnia.* Et *Micipſa* apud *Saluſtium*, cum vitæ ſuæ finem in grandi jam ſenecta, inſtare animadverteret, fi-

lios

lios suos ad *Concordiam* hortatur: *Ego*, inquit, *regnum trado vobis firmum si boni eritis*, id est, si concordes, & animis juncti; *si autem mali*, si discordes, & animis diffidentes, *invalidum.* Sensit enim vir altæ mentis, qua erat animi prudentia, *Concordia res parvas crescere, discordia vel maximas dilabi.* Utque *Tyrrhenus lapis* quamvis grandis, teste *Plinio*, innatat, comminutus sidit; sic & imperia per eam sustinentur, sine ea pessum eunt, cum bello civili diffidentibus animis, milite passim castrisque inundant agri, & agricolarum, *Cereris*, *Bacchi*, *Pomonæ* felicitas pessundatur. Suprema enim malorum, & Rerumpub. pestis, contentiones sunt, & partes, ipsis bellis externis, fame, morbisque nocentiores, non aliter quam si remiges, & nautæ digladientur in una aliqua navi, aut testa testæ (ut est in adagio) collidatur. Vidit & *Scyllurus*, qui (ut *Plutarchus* auctor est) cum relictis filiis octoginta, summum vitæ suæ diem esset obiturus, omnes ad se jussit accersi, hastiliumque aut telorum fasciculum cuique obtendens, ut illum confringeret, voluit. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia ad unum omnia facile confregit, filios admonens his verbis: *Si*, inquit, *concordes eritis, validi invictique manebitis, contra si turbis, si contentionibus, si dissidiis distrahamini, imbelles eritis, & expugnatu faciles.* Id quod olim quoque confirmavit *Pytho* rhetor *Bizantius*, cum esset supra modum crasso, & obeso corpore, prodiissetque in concionem, suasurus *Concordiam Bizantiis* seditione civili graviter tumultuantibus, statim populi risus obortus est, ex ipso corporis habitu: At ille risum vertit in rem seriam; *Ridetis*, inquit, *cives cum tale corpus habeam, uxorem habeo multo me obesiorem, & tamen concordes: quodvis enim grabatulum, quivis etiam lectulus capit ambos: discordes ne tota quidem domus.* Ita est, Auditores, *Concordia* quasi aureum, & adamantinum vinculum est conjugii, quo maritus, & uxor arctissimè colligantur.

Et.

[redacted]

:t quod in conjugio præstat *Concordia*, præstat & libi, quacunque conditione, & forte sint homines. Hæc illa est contra quam nullæ insidiæ sunt opportunæ, nulla calliditas satis callida, nulla vis atis valida. Sed ut omnia ferè *Concordia* commoda., uno quasi fasce complectar, nutrit illa virtutes, itia expellit, & quidquid est honestarum artium imul efflorescit, quæ semper pacis, & comites esse olent, & alumnæ. Quin &

Tutus bos avide rura perambulat,
Ditat rura Ceres, almaque Faustitas:
Pacatum volitant per mare navita,
Culpari metuit fides.

Constat, constat inquam sub *Concordia* regno, rillis, prædiis, agris sua felicitas, urbibus honos, nari commercium, animo candor, & integritas. Verbo quidquid Rempublicam beare potest, & onis omnibus cumulatam, ab interitu æternum rindicare. *Scipioni Africano* quum *Numantinos* sæpe victores jam fregisset, obsessosque tandem expugnasset, *Tyresium* roganti, qua de causa *Numantia* aut prius invicta, aut post eversa fuisset, respondit; *Concordia victoriam, discordia exitium præbuit.* Sed & honesta quoque est *Concordia*. Quis enim non honestum statuat id, quod à *Deo* ipso originem suam ducit: quod boni omnes laudant, amant, desiderant: ad quam *Christus*, ad quam Prophetæ, ad quam Apostoli, nos uno ore adhortantur? Quid enim universa *Christi* vita aliud est, quam *Concordia*, mutuique amoris doctrina? quid aliud exigunt, inculcant, urgent ejus monita, quid parabolæ, nisi pacem, nisi charitatem mutuam? Eximius ille Vates, & Prophetarum princeps *Esaias*, cum divino afflatus numine, *Messiam*, illum hominum cum *Deo* conciliatorem, venturum prædiceret, num Satrapam, & longè latéque terrarum Dominum pollicetur? num urbium expugnatorem, gentium & populorum domitorem? Nequaquam. Quem igitur? Principem pacis, quæ ut inquit poëta,

Optima

——— ——— *Optima rerum*
Quas homini novisse datum, quæ sola triumphi
Innumeris potior.

Taceo hic quod summus ille doctor genti Paulus *Corinthios*, & nos obtestatur, ut *Con diam* colamus, cum inquit, *Obsecro vos per D num nostrum Jesum Christum, ut sitis concordes, non sint inter vos dissidia, sed sitis eadem mente, eâdem sententiâ.* Servator noster *Christus* qu Quoties cum adhuc in terris versaretur, pacem *Concordiam* suis discipulis adprecatus est? Qu graphicè & suis eam coloribus depingit regius Psaltes? Psal. 133.

Nil charitate mutuâ fratrum, nihil
Jucundius concordiâ.
Non aura suavi Balsami cum funditur
Aaronis in sacrum caput;
Et imbre lato proluens barbam, & sinus
Limbum pererrat aureum:
Non ros tenella gemmulis argenteis
Pingens Sionis gramina,
Aut verna dulci inebrians uligine
Hermonis intonsi juga;
Fraterna quam pax incolit domum, juvat
Dominus benigna dextera:
Et quibus auget, filiorum & filios
Multis propagat seculis.

Sed ut virtutis ejus præstantia clarius adh enitescat, obsecro vos, Auditores, videam (ἐναντία γὰρ, ut est in veteri verbo παράλλη μᾶλλον φαίνεται,) quàm noxia, quam pernicio sit discordia. Hæc ea est quæ conjuncta disjungi jura amicitiæ violat, consanguinitatis vincula d solvit, hospitalitatem omnem pessundat, tum tum ex tumultu, bellum ex bello serit, civitat urbes, oppida, hostibus aperit, Respublicas etia florentissimas, si Annalium monumentis cred mus, sola evertit. Non ætas, non dignitas, quer quam protegit, quo minus stupra cædibus, & cæd

stuy

ſtupris miſceantur, militibus in omne fas nefaſq; avidis, ut vænalibus, non ſacro, non profano abſtinentibus. Exempla vultis adducam? Intuemini mihi quæſo potentiſſimam illam olim *Numantiam*, quid illam evertit? diſcordia. Quid florentiſſimam urbem *Romam*, illam Imperii ſedem perdidit? diſcordia. Quid *Carthaginem* magnitudinis Romanæ metropolin? quid *Corinthum*, quid *Trojam* Phrygiæ æmulam? quid *Hieroſolymam*, quid alias innumeras, quibus jam recenſendis ſuperſedeo, in ruinam egit, delevit, perdidit? diſcordia. Adeò nihil in humanis ſtabile, permanenſque ſinit inquies, & diſcors mortalium mens, ut per belli rabiem ne ſaxis quidem, & *Capitoliis*, ac ſurgentibus in cœlum *Baſileis*, ſua ſit perpetuitas, quies. Nempe ut rarò mare quietum eſt, ventos plurimum, & ſæpe procellas habet: ſic Reſpublica in qua diſcordia dominatur. Contra nulla quamvis minima natio, poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſa conſumpſerit. *Græciæ* civitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Sed duo ſunt quibus Reſpublica conſervatur, in hoſtes fortitudo, & domi concordia. Quod cum *Satanam* veteranum illum, & internecinum generis humani hoſtem non lateat, omnem ille occaſionem ferendi inter homines ſemina diſcordiæ captat, atque ideo alios ad ambitionem, alios ad vindictæ cupiditatem, alios ad ſuperbiam, alios denique ad πολυπραγμοσύνην impellit, ex quibus tanquam ex alto gurgite manat malorum & calamitatum illa *Erynnis* diſcordia.

Audiviſtis, Auditores humaniſſimi, quàm utilis, quàm honeſta, quàm denique jucunda ſit *Concordia*, quàm triſtis contra, calamitoſa, pernicioſa, ſit diſcordia. Quid reſtat? niſi ut omnes omni ſtudio hanc virtutem colamus, eique nos totos conſecremus. Et ſanè ad concordiam, ſine qua nec Civitas rectè gubernari, nec domus rectè adminiſtrari poteſt, vel bruta ipſa animantia, animos noſtros

ſtros excitare, atque inflammare debent. Quid? nonne armentatim vivunt elephanti? gregatim paſcunt aves, turmatim volant grues? comitia ſua habent Ciconiæ? mutuis officiis ſe tuentur Delphini? Sed quid de his verba facio? cum in ipſis quoque plantis, amicitiæ vim quandam naturalem voluerit Deus eluceſcere. Vitis ulmum amplectitur, & ſteriles quædam ſunt niſi maritum adjungas, cum quo uniantur, & amicitiam colant. Uſque adeo illa quæ nihil ſentiunt, tamen *Concordiæ* bonum ſentire videntur, & à diſcordia naturali inſtinctu abhorrere. Quid quod inter immaniſſimas feras quoque convenit, & tuta eſt inter eas ſimilitudo: *Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam*, Leo leonem non incurſat, Aper in aprum non vibrat dentem, *ſævis inter ſe convenit urſis*, Lynci cum lynce pax eſt, Draco non ſævit in draconem, Luporum concordia tanta eſt, ut etiam proverbio celebretur, nec maris quidem belluæ, ac piſces, niſi in diverſa genera, ſæviunt. Et nobiliſſimum animantium homo ſocietati natus, ratione, & conſilio præditus, Compendium illud Univerſi, naturæ illud miraculum, ſolus, inquam, homo ab homine diſſidebit? & is cui ratio in id data eſt, ne diſſideret, cui lex, quæ rationem in officiò contineret, cui præmia propoſita, quæ ad tantum bonum excitarent, ſupplicia quæ à tanto malo abſterrerent, cui exempla rerum inanimatarum, cæleſtium, terreſtrium, oſtendunt, non tantum quid *Deus* à nobis exigat, ſed etiam quid à nobis poſſit præſtari. Solis inquam hominibus, diſſidiis, rixis, contentionibus, pugnis, ſe mutuo perdere decretum erit, & in mutuam præcipites ruere perniciem? Abſit, Auditores, abſit, & procul à nobis faceſſat furialis hæc *Megæra*: quibus nullus unquam dies optatior affulgebit, quàm qui pacem bonis omnibus exoptatiſſimam nobis reſtituat, pertæſis tot acerba caſuum, & calamitatum, unaque eos qui in *hac triſtium* temporum ſcena diviſi à nobis & qua-

ſi

si æstu quodam abrepti violentæ tempestatis. Ecclesia enim tranquillæ Reipublicæ, veluti succulento feracissimæ arboris trunco, feliciter insita, amœnissimos, suavissimosque Fidei, & Pietatis fructus ubertim proferre solet. Ubi contra perpetuis dissidiis agitata, & discordi libertate lasciviens, paulatim magis ac magis degenerat. Tu DEUS, qui cœlorum perennes orbes, qui siderum inæquales cursus, qui elementorum alternas vices, qui denique res omnes superas, inferas, temperas, moderaris, & gubernas, populi tui quæso clementer miserere, & composito hoc tristi in Ecclesia duello, quo tot per annos Patria nostra veluti pertinaci tabe colliditur, caliginem hanc, nebulasque dispelle, & eorum causas, peccata. Quæ adeo apud nos non desinunt, aut minuunt, aut augeri potius, & crescere videantur, una cum pœnis; nec in uno alterove, sed apud plerumque ordinem, ætatem, sexum. Dixi.

ORATIO XXXI.

In Vituperium CURIOSITATIS,

Habita ab

HENRICO GROMMEO.

INgeniosissimi *Vatis* aureus verè est versiculus;

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Ea enim mali natura est ut inveteratum fiat robustius, eoque in incunabulis, & in ortu resecandum, ne longius serpat, & *pars sincera trahatur.* Quod si tanta, auditores, morbis corporis diligentia & cura occurri solet, cur non & animi? qui eo graviores sunt, quo nobiliorem nostri partem periculosius infestant. Inter quos mihi

le principatu contendere videtur *Curiositas*, & innumeris aliis vitiis longè præripere nequitiæ palmam. De qua ut apud vos inpræsentiarum verba facere institui: ita antequam ulterius provehar, à vobis summopere contendo, ut tenuitatem meam vestro favore, & benevolentia sublevare dignemini, quo oratio mea his veluti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit portum facilius consequatur. *Euclidem* insignem illum Mathematicum ab importune curioso quodam multa rogatum de Diis, respondisse ferunt: *Quæ*, inquit, *quæris ignoro, at unum hoc scio Deos non bene velle Curiosis*: & *Augustinum* magnum Hipponensis Ecclesiæ doctorem, strenuumque veritatis antistitem interroganti cuidam, quid rerum Deus egerit ante conditum mundum, hoc responsum dedisse ajunt, nempe *occupatum fuisse fabricando inferno hujusmodi Curiosis*. Innuerunt viri illi magni, nihil esse quod hominem homini, imo ipsi Deo invisum magis reddat, atque exosum, abominanda hâc, & nefandâ *Curiositate*. Quam egregiè, & graphicè mihi depinxisse videntur, & velut Apellæo adumbrasse penicillo, eruditionis illi principes, & sapientiæ magistri Poëtæ, sub *Lamiarum* fabula: Nam ut illæ domi, & intra privatos parietes oculos capiti exemptos, in vasculo recondebant, & egressuræ eosdem in ferebant, ut omnia quæ foris gererentur intentis ac curiosis oculis perlustrarent; ita hoc genus hominum *Lamiarum* instar, ita comparati sunt ut neglecto munere suo, alienis sese immiscea[nt] negotiis, nullumque non moveant lapidem ut minutissima vicinorum rimari queant, [&] sciscitari; nempe quos reditus annuos habea[nt] quas facultates, quantopere sint obærati, q[uas] expensas faciant in victu, & amictu, an in [fo]rum prodeuntes numerato emant, an die ca[. ..] an conjuges suas ament, an inter eos sit dis[cor]dia, inter domesticos rixæ, jurgia, contenti[ones]

:lia ? an ancillas suas familiarius habeant, an
aulos cædant, quâ horâ prandeant, cænent, de-
nbant, surgant, an clavem cellæ circumferant,
in aliis ejusmodi minutiis, & curis nugaculis
:nue inertes, se exercent, longéque curio-
res sunt in proximorum vitiis, quàm virtuti-
s indagandis. Nam si quis, aliorum forte pru-
atiam, justitiam, liberalitatem, modestiam,
temperantiam laudibus extollat, aut frigidè,
oscitanter auscultant, aut plus satis ea sibi ex-
prata esse dictitant. At si quæ aliorum crimina,
licta eliminari videant, & proferri in lucem,
.cò arrigunt aures *Pamphili*, & avidè ea arri-
unt, cucurbitulis similis, quæ quod in carne
terrimum est, ad se trahunt, nempe si virgi-
m alibi constupratam intelligant, matronam
adulterio deprehensam, exortam inter con-
iguineos, affines, fratres, discordiam, aut
:er vicinos, aut amicos simultates, ac inimici-
s. O tempora! ô mores! Nihil enim illi im-
nsius quærunt, optant, amant, (ut ingenio sunt
obili, & cupidi novarum rerum, inque una ea
ra curiosi) quam ulcera aliorum, papulas, &
:atrices omnium oculis exponi, nec ullis magis
'monibus delectantur, quàm qui famæ alicujus
honori decoquunt, in id nati ut neque ipsi
iescant, neque alios sinant. Muscis haud absi-
les, quæ levia, & polita loca prætervolant, &
ibris ac sordidis adhærescunt; aut gallis galli-
ceis, qui areæ suæ neglecto semine, e sterquili-
o hordei granum unum atque alterum eradere
alunt, curiosa indagine in fundo alieno, quàm
:giter, & ubertim de suo pasci. Sic *Curiosi* qui-
s aures non solum prurientes, & avidæ, sed
tes quoque & acuti oculi, rebus suis posthabi-
, si quid alibi latet, aut occultum est, id in me-
um provertunt, ut in omnes tota rei historia dis-
llescat. *Ægyptus* quidam non minus argutè
àm *eleganter respondisse* fertur sciscitanti cui-

dam importunius, quid gestaret, *ideo* inquit
latum est, ne scires, tu vero cur curiose indaga
occultum? Sed nec hoc fine stat malum. N
honori aliorum injuriosa est *Curiositas*, & v
rum tranquillitati insidiosa, dum quæ diu
runt indagine sua prostituit, & in lucem p
dit, aut sinistrorsum detorquet: sic non
temporis pretiosi, luxuriose prodiga est, in
tandis iis, quæ si sciantur nihil conferunt
tioni, si nesciantur, nihil adimunt. Tales i
dum neglecta solidiori literatura, quæsti
nugaculis pueriliter indulgent, operosè n
gunt Exempli gratia, ubi locorum *Apiciu*
fuerit, quæ mensæ, quæ deliciæ, quæ fercu
convivæ; ubi *Messalinæ* fornix, qua nihil im
tius *Roma* tulit; Cujas equus magni illius
qui *Romæ* liberandæ causa se in ardentem
voraginem præcipitem dedit, *Thessalusne*,
mida, an *Appulus?* Vinum *Falernum Chio*
pientius? quæ mater *Hecuba*? quid *Achilli*
inter virgines, quid *Sirenes* cantare solitæ
pho publica ne fuerit, libidinosior *Anacr*
ebriosior vixerit? Quod nomen fuerit n
Æneæ? & id genus alia, quæ magno im
temporum, magna alienarum aurium m
constat: Aut magno conatu iis imitandis i
bunt, unde nihil referant utilitatis. Tales i
Circulatorum, & *Agyrtarum* præstigias ar
tur, ut morionum, histrionum ματαιοτεχνι
quicquid talium est circumforaneorum,
tineas Rerumpublicarum, & pecuniæ ærus
sordidos, Principes Christiani, & Magistra
bibus suis prohiberent, næ illi *Augiæ* sta
purgarent, & cum *Hercule* monstrorum dom
dici possent. In quorum numerum & h
repono, qui astutiam, & dexteritatem cl
randi (quod apud *Lacedæmonios* frequens)
sius affectant; aut inter ludendum dolo de
di aut callidè proditionem dissimulandi, au

catores peregrinantes spoliandi, aut pyraticam exercendi, ut a *Barbarossa*, & *Draguntio* factum. Sed, obsecro vos *Auditores*, quis sani judicii homo ejusmodi præstigias, aut exercitationes, artes vocet? quæ tanto contemptiores, & nocentiores sunt, quanto plus ingenio, & dexteritate valet, qui eas callet? Idem judicandum de iis, quæ etiamsi non nocent, sunt tamen inutiles: Qualis funambulorum; aut ejus *Abbatis* qui harmoniam ex porcorum grunnitu instituit, apud regem *Ludovicum* ejus nominis Undecimum; aut qui per foramen acus grana mihi è longinquo mittebat; aut ejus qui se lusciniæ vocem, & philomelæ cantum referre posse, apud *Agesilaum* gloriabatur; & id genus alia. Sed missis his vilioribus curiosorum hominum propudiis, ad eos mea nunc se convertat oratio, qui acri quodam cupiditatis, ac desiderii thyrso impulsi, in abditissima non philosophiæ solum, sed etiam in sacrorum oraculorum adyta licentius ac petulantius Gygantea audacia, nasuculi penetrare, non exhorrescunt, & circa sacram hanc mysteriorum flammam, quæ caste sanĉteque haberi vult, lascivire nulli dubitant, donec tandem papilionum instar, aut culicum, qui vespere lucernæ lumen circumvolitant, ab ea amburantur. Quid enim hic scientia nostra, nisi umbra in Sole? Caligant hic, *Auditores*, caligant hic oculi nostri, ut noĉtuarum, ad lumen diurnum; & cymbulam ingenii qui immittit in hoc pelagus, fluĉtuabit, aut merget. Contra *Medio tutissimus ibit*, quicunque intra modestiæ, & humilitatis limites se continuerit, nihil sollicitus de iis quæ Divina illa mens occulta, & abdita nobis esse voluit. Præclare mehercule, miraculum illud doĉtrinæ & promptuarium omnigenæ eruditionis inexhaustum, *Scaliger*:

Ne curiosus quære causas omnium,
Quæcunque libris vis prophetarum indidit,
Afflata cœlo, plena veraci Deo;

 Nec

Nec operta sacri supparo silentii,
Perrumpere aude, sed prudenter prater
Nescire velle, qua Magister maximus
Docere non vult, erudita inscitia est.

A quo non abludere videtur vetus illud *Socratis*, Græcorum omnium sapientissimi

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐ πρὸς ἡμᾶς.

Una hic & quidem maxime laudabilis a nihil audere, unum acumen nihil cernere scientia, nihil scire.

Sed quanta hic passim proh dolor inge temeritas, & lascivia, qui per umbraticas tionum formulas, augustissima mysteria tanquam non in Dei *Sacrario*, sed in *Lyca* rentur? quanta hominum in divinis, & h curiose indagandis audacia? Sunt enim quærendo lapide philosophico, ut vocant, suam extrahunt, &

Mercuriali in nihilum convertunt omnia f

Alii totius *Universi* amplitudinem, terra tum, & peripheriam, maris profunditatem *ni* vastitatem, tanquam si unius jugeri essen tiri conantur; Alii horoscopis, & genitu tandis insenescunt, ut Regum, Principum gnatum fata prædicant, & hariolantur. magiâ, & necromantiâ prolixe disserunt super insomniorum interpretatione, anxi tigant. Alii circa genealogias, operose de Quærunt quomodo *Deus* Filium suum ab generarit? Qui & quot sint ordines *Ange* quæ discrimina officiorum, qui gradus, quæ tates? Qui sint, quos *Deus* in librum vitæ quos ex eo deleverit? Quæ sit natura ign quem animæ infidelium, ac reproborum cientur? Qua ratione, quo pacto, peccatum peccans, hæreditarium, originale, à parent liberos propagetur? Et quis tandem isto mnium esset finis, si quis ea mente assequi, gitatione complecti in animum induceret

intolerabilis illa in talibus φιλαυτία· nam Curiositatis aura inflati, ubi semel hanc de ingenii sui sagacitate, & acrimonia in rebus indagandis opinionem imbiberunt, superbi redduntur, & arrogantes, nemini cedunt, pertinaciter, & mordicus suas imaginationes, ne dicam somnia, tuentur, sero alios in consilium adhibent: Sibi credi volunt de bello, de re forensi, de pace, de induciis, de fœderibus ineundis, de politia, de Theologia, denique de re qualibet sententiam dicentibus. Sunt poëtæ, sunt oratores, philosophi, musici, belli Duces, architecti, & quid non? Similes illi morioni Syracusano, qui atra bile correptus, se omnium hominum opulentissimum opinabatur, suasque esse naves omnes, quæ ad portum in *Sicilia* appellerent. Ita illi credunt se omnia scire, omnia probe intelligere, nihil ignorare, & hac in parte nihil ab illo differunt. Sunt enim docti, ut ille dives erat, opinione duntaxat: qua fit ut res magnas nonnunquam suscipiant, ad quas gerendas interdum non aptiores sunt, quam canis ad aratrum, aut asinus ad lyram, aut si apti, audaciæ crimen incurrunt, & nimia curiositate peccant.

Exempla dabo? ecce hæc pauca. *Core*, *Dathan*, & *Abiram*, licet honorifico munere fungerentur, eo tamen non contenti, & partim ambitione, partim invidia, & *Curiositate* impulsi, *Mosen* exauthorare non dubitarunt; unde in tantam excanduit iram Deus, ut illos cum uxoribus, & liberis, horrendo hiatu terræ perdiderit. *Osias* optimus alioqui rex, post eximias ab hostibus reportatas victorias, leprosus tandem obiit, quod arroganti *Curiositate* impulsus, nec regio diademate contentus, contra vocationem suam in sacerdotii munus involasset. *Simon Magus* cum vidisset per impositionem manuum Apostolorum, dari *Spiritum Sanctum*, curioso gloriæ, & lucri aucupio, obtulit eis pecuniam, ut eandem illi potestatem dilargirentur. Sed sacræ illæ gentis doctor *Petrus*, cognita

ejus hypocrisi, & avaritia, pecuniam ejus diris devovit. Profana hic *Auditores* exempla commemorare si esset animus,

Icaria numerum dicere coner aqua.

Brutus & *Cassius*, libertatem publicam *Cæsaris* ambitione oppressam, sumptis armis restaurare conati sunt. Quis non judicasset feliciter hoc successurum? hinc tamen plures quàm ex superioribus bellis, patriæ natæ sunt calamitates. *Annibal* cum *Phormionem* quendam causidicum sibi, & Auditoribus mirè placentem, de bello & re militari disserentem audiret, interrogatus, quid ipsi videretur, respondit se multos vidisse delirantes senes, neminem qui *Phormione* magis deliraret, quod relicta arte sua Causidici, qui nunquam hostem, nunquam castra viderat, nunquam denique partem ullius bellici muneris attigerat, de bello apud tanti nominis ducem verba facere non dubitasset. Certe *Apelles* (ut est in proverbio) *sutorem ultra crepidam* de tibia *Veneris*, quam pinxerat, judicantem ferre non potuit. Sed hujus mali quærat hic forte aliquis quæ causa, & à quo fonte potissimum promanet hujus vitii & criminis propudium, & pessima perturbationum omnium animi *Curiositas?* Prima certe ejus causa mihi videtur ingenii humani levitas, & inconstantia, quo fit ut febricitantium more, nunc hoc velint, nunc illud, & rerum omnium novitate abrepti, tranquillum nunquam habeant animum, nunquam compositum. Altera hujus perturbationis causa est ignavia, quæ nos à curis, negotiis, & laboribus deterret. Hinc est quod nemo fere sorte sua contentus, & munere suo sibi placeat, aut acquiescat, sed

Optat (ut est in versu) *ephippia bos, piger optat*
arare caballus:

& ut eximiè eximius ille Lyricorum princeps *Flaccus*,

Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat:

Ille

Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem est
Soles felices viventes clamat in urbe.

Sed & alia est *Curiositatis* causa, nempe ambitio. Nam quemadmodum Avari omnia bona soli possidere cupiunt, etiam turpi, & sordida æruscatione conquisita, teste *Vespasiano* magno illo imperatore, qui urinæ tributum imposuit: ita quidam adeo temere ambitiosi sunt, ut in omnibus excellere gestiant. Si quem laudari audiant, quod sit insignis musicus, palæstrita, gladiator, cursor, poëta, ludio, aleator, non gloriæ tantum illorum æmulantur, sed & æquare eos conantur, imo omnes ingenii intendunt nervos, ut laudis iis palmam præripiant. Sed næ illi magno conatu magnas nugas agunt. Nam dum per omnia vagantur, & ubique se esse credunt, nusquam sunt: οὐδὲις γὰρ ἀνὴρ ἅπανθ᾽ ὁρᾷ, & cujus unquam tam felix, tam exercitatum fuit ingenium, tam ab omni errore defecatum, cui tantus discendi ardor, tanta vis, ut omnibus capiendis, discendis, imitandis, assequendis sit idoneus? Sed ne patientia vestra, *Aud.* abuti videar, Orationis filum abrumpo, & verborum desino apud eos, quos jam ex attentione ipsa & benevolentia, qua me audiverunt sententiæ meæ suffragatores esse video, & lernam hanc vitiorum, *Curiositatem* non improbare solum, sed detestari, dignam quæ ultra *Sauromatas*, & glacialem *Oceanum*, aut orbis terrarum finibus exterminata, ad *Orci* tenebras relegetur. Dixi.

ORATIO XXXII.

In Obitum

Celsissimi Principis MAURITII, recitata

Carmine à

GULIELMO POELIO.

AUraicos cineres, nec non suprema Parentis
Funera communis patriæ, bustoque repostum

Magnanimum Heroëm, & seclis memorabile nomen
Fert animus nunc ore loqui, stragesque potentum
Hoc Mavorte datas. Tu quæ Parnassia pandis
Antra, mihi dic Musa modos, queis fœta Triumphis
Arma virumque canam, Patriæ quem nuper ademptum
Fata redonarunt Superis, cœloque locarunt
Emeritum. Da Musa mihi præconia laudis
Nassaviæ, exactosque iterum renovare labores
Auraicos, & sæva minantem prœlia dextra.
Mascula vis animi, primis se prodit in annis,
Et celso mens orta polo: pia semina laudum,
Virtutumque exempla dabant generose Parentum
Nomina, Cæsareumque decus, tantoque propago
Digna loco, totidem stimuli: Puerique minacem
Armabat ballista manum; frœnoque peritus
Flectere equum, & validas dextra vibrare sarissas,
Ibat in hostiles turmas, lituique, tubæque,
Tympanaque in mediis spirabant prœlia campis,
Dum cuneos inter Ductor, densasque phalanges
Errat, & armatas acies in prœlia trudit
Intrepidus, rutiloque micans sublimis in ostro
Instat, & excusso Martem terrore lacessit.
Hæc Junior. Neque enim mens ignea nata trophæis.
Expectare virum voluit. Prætexta laborum,
Et pugnæ documenta dedit, præsaga futuræ
Laudis, & Auraicæ posthac præludia famæ.
Occupat insigni claram stratagemate *Bredam*,
Seque in fallaci patefecit cespite primus
Mauritiæ virtutis honos, & gloria præcox:
Principium magnorum operum, ne Græcia felix
Sola foret, fraudisque suæ jactaret honores.
Nec tantum placuere Duci fraudesque, dolique,
Callidaque astuti sectari facta Simonis:
Dextera plus valuit, nec Belgis sufficit uno
Victores audire modo. Tu conscia rerum
Cal-

Calliope, dic bella mihi, dic prœlia, & acri
Oppida victa manu, debellatasque *Philippi*
Degeneres animas, injectaque vincla catervis
Cantabricis, stratas acies, & subdita Cattis
Littora, & hostili fumantes sanguine terras.
Post scelus infandum, funestaque fata Parentis,
Straverat innumeris Hispanus navibus æquor,
Regna Britanna suis juncturus, avitaque Nymphæ
Sceptra Caledoniæ debellaturus *Elisæ*.
Haud mora: Succurrunt Batavi, funduntque superbos,
Mattiacum genus, Hesperios, & in æquora mergunt.
Æolus aspirat venti pater, inque minaces
Iruit ipse rateis, totique innantia ponto
Castra Britanniacis, Thuleīque illisit arenis.
Quid referam accensas armato milite *Gades*,
Disjectasque trabes, lacerasque per æquora puppes,
Et ditis spoliata Tagi pomæria, multis
Commemorem, & tinctum scelerato sanguine pontum
Auspiciis *Heems-Kercke* tuis? heu quanta movebas
Funera tunc genti Hesperiæ! Heu quantus Ibero
Terror! ubi sterili quassatas littore naves
Vidit, & invictæ damnosa incendia Classis.
Hæc pacem tum bella dabant, cessitque superbus,
Et timuit pugnare diu, luctuque refugit
Damnorum, bellique satur, fera prœlia Martis
Pertæsus, Batavasque acies, & Principis arma..
Sed pelago me terra vocat. Dic Musa triumphos
Quos retulit, quorum mihi *Brabantia*, rerum
Conscia, testis erit: magni dic nobile lethum
Varaxi, cæsosque Duces, domitasque catervas
Militis incauti, & spumantes sanguine campos.
Et tu dives opum, pecorumque, & pinguis aristæ
Flandria spectasti quondam victricia nostri
Principis arma tuis fatalia, membraque passim

Trunca virûm, fœdoque fluentia corpoı
Militis Hesperii, cum se lux altera Juli
Prodidit, horrendam vestrûm testata ru
Exitiumque, tuo subitas cum in littore
Turbatasque acies, & turpia terga phala
Spectat ovans, orbasque suo Rectore co
Victor *Aransiades*, Patriæ cum tota per
Debebat, vel stare salus, tumidique Ba
Hinc fluctus, hinc sævus Iber, vel mor
rem
Suadebant, vel fœda trucis ludibria poı
Causa *Deo* placuit: densis concurritur a
Jam videas nostros, jam rursum vincere
Nunc Batavus, nunc credit Iber, sp
triumphi,
Estque anceps Fortuna diu, victricia dc
Arma fuère Ducis, debellatasque cohor
Occupat, & capto tandem Rectore tri
Quid mihi Pellæum juvenem, quid *Gra*
dax
Amphitruoniadem geminos qui contud
Quid veterum monumenta ducum,
vetustas
Objicis, & victas disjectis mœnibus ar
Hic major se prodit honos, neque tant
Ivit ovans Macetes. *Asiam* pugnare t
Pellææ vicere manus: non fortis Iberi
Agmina, & instructas acies: Ille impig
Nos tumidum Batavi transtris supera
quor:
Ille Scythas, mollesque Arabas: nos mil
Oceanum, ferroque amplum peragra
bem.
Quid celsas referam dejectis mœnibus
Auspiciis, Dux magne, tuis; *Daventri*
Nassavias superata canit. *Zutphania* nos
Annumerata locis, patriæ submittere fa
Nec non *Hulsta* potens didicit. *Covorda*
Auraicis, nostrisque etiam *Stenovica* tr

Additur, & domini *Gertrudis Berga Philippi*
Imperium pertæsa diu victricibus armis
Succubuit: mox indomitæ per sæcla *Groninga*
Mœnia celsa ruunt. Quid multis? fœdera poscit
Mursia: Nassovii duro *Brevordia* cedit
Obsidio, & tanto gaudet Rectore pacisci.
Tu quoque sublimi circumdata *Gravia* vallo.
Herois tandem dextra cadis, altaque *Slusa*
Mœnia Toxandris nimium vicina refringi
Vidimus, Auraicique Ducis cessisse furori.
Te sileam victrix armis *Ostenda*, *Philippi*
Fortibus oppugnata diu? quam tertia messis
Hesperias vidit spernentem impune cohortes,
Hostilesque minas. Heu quanto sanguine, quanta
Strage virûm stetit hæc ingens audacia cœptis
Cantabricis, dum belli aleam tentando, suorum
Horrendo exitio didicere, quid arma Batavûm,
Quid cunei, quid castra queant. Te *Bommela* magni
Mendozæ opprobrium, & terror fugientis Iberi
Vindicat obsessam Auraicus. Quid plura? labores
Ultima Nassavios explevit *B.rga*, superbas
Dum spernit secura minas, & cincta catervis
Undique Cantabricis stetit imperterrita, & altis
Mœnibus Hesperios retudit generosa furores,
Auxilio Dux magne tuo. Concurritur armis
Cominus, & solo libertas sanguine tuta est.
O rerum fatique vices! *Quam nescit eodem*
Stare diu fortuna loco! Quam quidquid in alto est
Labitur, ingentemque trahit sors magna ruinam!
Nil stabile est. Moritur Patriæ spes omnis, & omnis
Gloria Cattigenum. Cœlo seu fata vocarint
Emeritum cursu emenso, saturumque dierum:
Seu fuit ira *Dei*, poteras non clarior ultra,
Nec Batavis vixisse tuis illustrior, Heros
Magnanime, aut plures oculis lustrasse triumphos.
Scilicet hæc hominum sors est, hæc dura Potentes
Fata manent; sic magna ruunt, sic Numina rebus

Crescendi posuêre modum: Non purpura fulgens
Principibus, ducibus clypei, mollesque tyaræ
Ægroto Domini deducunt corpore febres
Lethiferas, arcentque trucis fera spicula mortis.
Hoc tamen infelix tristem solabere casum
Patria, si moritur, nullo superatus ab hoste
Occubuit, scelerata atris immixta venenis
Toxica, & instructis acies in bella maniplis:
In caput hoc potuere nihil, nil turba Sinonum,
Nil percussorum mucro, nil sica latronum.
Omnibus invictus stetit his. Sed ferreus ordo,
Fatalisque dies, qui Sceptra ligonibus æquat,
Auraico posuere modum, finemque labori.
NOS lachrymis: neque enim nimio indulgere dolori, .
Duraque fata queri, votisque reposcere fas est
Emeritam terris animam, Cæloque locatam
Sat Batavis, Patriæque datum: Te sera loquatur
Posteritas Dux magne, tuisque ornata trophæis
Fama volet, quà se Thracum Mavortia tellus
Pandit, & algentem Rhodope procurrit in Æmum.
Quà Nilus rigat arva tumens, quáque aspicit Austrum
Albion, aut Scythicos Thule timet ultima fluctus,
Nomen Arausiadæ serum se effundat in ævum,
Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion,
Nocturnosque micans præcedet lucifer ignes,
Astrorumque choros. At tu cui terra, polusque
Militat, & validas Mundi moderaris habenas,
Summe *Deus*, Patriæ vindex, miserere tuorum,.
Barbaricosque inter strepitus, & murmura belli
Protege, & Hesperias acies, cuneosque minaces
A nobis averte Parens, & Principis arma,
In Morinos converte, tuum ut decorata trophæis
Patria in æternum laudet per sæcula nomen.

ORA-

ORATIO XXXIII.

In Obitum

Illustrissimi Principis Mauritii,

Habita ab

ISAACO BOSSCHARDO.

NOn minus verè, quàm eleganter seculi nostri VARRO, *Æterna*, inquit, *lex à principio dicta huic mundo, nasci, denasci, oriri, aboriri, nec quidquam stabile, aut firmum summus ille rerum Arbiter esse voluit, præter ipsum.* Quis enim tam rationis expers est, tamque ab omni humanitate alienus, qui hæc non videat, capiat, intelligat? Testantur quippe hoc omnium temporum monumenta, testantur Annales & rerum omnium magistra experientia, testatur denique hodiernus adhuc dies, rebus humanis inesse fatalem quandam metam, catastrophen, inevitabilem, & rapidissimi torrentis instar, florentissimas Respublicas, Regna, Imperia, & cellissima quæque in hoc Universo, quæ multorum opinione æternitatem quasi minari videntur, properare ad interitum. Nec me hercule injuria? Nam ut ferro rubigo agnata est, & ligno teredo sua, & caries; ita Regnis, & Rebuspubl. internæ sui pereundi causæ. Oriuntur, florent, crescunt, stant, & hoc ipsum ut cadant:

Valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens.

Nec Regnorum hic tantum, & Rerumpublic. circulus est, & catastrophe, sed & hanc instabilitatem, rerumque vicissitudinem in ipsis Regibus ac Principibus videre est, qui licet hostibus suis toto vitæ suæ spatio invicti extitêre, vincuntur tamen, & superantur tandem à morte: Ut ejus rei,

nec

ne longius abeam, domesticum, sed funestissimum (pro dolor!) habemus documentum in Principe nostro, communi patriæ Parente, belli fulmine, libertatis assertore strenuissimo, quem

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

De tanti Herois vita, & obitu pauca dicere impræsentiarum fert animus, tantique Principis manes quo possim honore prosequi stat sententia, cui liberum hunc aërem, hanc vocem, hunc spiritum, hunc denique florentissimum Patriæ nostræ statum debemus.

Vos rogo, Viri ornatissimi, Auditores humanissimi, ut mihi de tanti Herois laudibus in frequentissima hac Auditorum Corona declamanti, aures benevolas præbere haud dedignemini. Si generis ejus splendor, ac prosapiæ nobilitas antiquissimis utrimque imaginibus clara, quidem ad tanti Principis commendationem facere videtur, verè sanctéque hoc affirmare ausim, paucas familias reperiri, quæ Nassaviam εὐγενείᾳ superent.

Cum enim per se nobilissima sit, quis eam vel hoc nomine certe nobiliorem esse non judicabit, quod Cæsares olim, & Imperatores, ex ea originem suam duxerint, & hodierno adhuc die nobilissimas Europæ familias affinitate sibi junctas habeat. Sed hæc Historicorum calamis consignanda relinquo. Si enim Oratione vela pandere, & quasi aperto invectus mari per stirpis ejus laudes decurrere instituam, vereor, ne cum dicendi principium vel facillime repperero, exitum reperire non possim. Ad Principem ipsum venio, & præclara ejus facinora, qui omni nomine, & fama superior, aliunde emendicatæ nobilitatis insignia, de quibus vulgus illud nobilium tantopere gloriari solet, risit, & flocci fecit, abunde suis ipsius virtutum insignibus nobilitatus, magni parentis filius, & incomparabilis Herois magna progenies. Hic patre defuncto, decimo & octavo ætatis anno gravissimis undique curis, molestiis, periculis circum-

cumſeptum Imperium adeptus eſt, & in ipſis Regiminis ſui auſpiciis tam luculenta excelſi, ac generoſi animi dedit indicia, ut longè ſupra ætatem eſſe viderentur, quæcunque diceret, aut faceret: Scilicet in cujus jam mente, non mento elucebat prudentiæ maturitas,

Ante annos, animumque gerens, curamque virilem.

Et ut in herbeſcente adhuc ſegete, certa prope ſpes futuræ meſſis apparet, & totius reliquæ vitæ exſpectatio ab educatione pueritiæ pendet: ita nemo tunc erat qui non ab ineunte & primulâ ætate talem (qualis poſtea fuit) futurum auguraretur. Qui ſi nullo genere illuſtris fuiſſet, ſua tamen virtute, & animi generoſitate à natura ſibi inſita, ad eum dignitatis, & celſitudinis gradum aſſurrexiſſet, quem conditio mortalium vix ac ne vix animo ac votis complecti poteſt; illuſtriſſimâ autem & ſplendidiſſima familia natus ita ſe geſſit ut non minus ipſe lucis ac dignitatis majoribus ſuis attuliſſe, quam ab eis accepiſſe videatur. Puer è *Germania* ad Academiam Lugduno-Batavam auctoritate patria fundatam eſt ablegatus, in qua præceptores aliquot, inprimis autem virum nobiliſſimum H. Wittenhorſtium præfectum primò, mox & ſenatorem habuit. Ex omnibus ſcientiis Matheſin, ac Geometriam, ſibi familiares reddidit, & in iis diſcendis, colendis, evolvendis non parum deſudavit, in Geographicis, Mechanicis, Polioreticis, & Architectonica præ aliis eminuit, haud ignarus quam non utilis modo harum diſciplinarum cognitio ſit Principi, ſed & neceſſaria, ad caſtra locanda, oppida munienda, propugnacula ſtruenda, tormenta dirigenda. Ex Hiſtoricis delegit ſibi *Tacitum*, quem in deliciis habuit, & tanquam ſummum civilis prudentiæ Magiſtrum luſtravit, volvit, trivit. Hoc enim Scriptore ulluſne unquam altius in abdita Principum conſilia penetravit, & intima eorum Arcana felicius ſcrutatus eſt?

Sed

Sed inter alia Politiæ, & rei militaris ſcientiæ tam ſtrenuam navavit operam, & tanto cum ardore ei incubuit, ut eam in ſuccum, & in ſanguinem pene vertiſſe, idque unum tota vita egiſſe, videretur: Ita monita ejus, & præcepta ad manum habebat, & in expedito. Non enim ignorabat Princeps prudentiſſimus, quantum ea momentum adferat, & pondus, ad proſperam, & laudabilem Reip. adminiſtrationem. Quid de terrarum ſitu, de populorum moribus ac inſtitutis, quid de urbium obſidendarum ratione hic dicam? In quibus omnibus tam incredibiles, Adoleſcens adhuc, progreſſus fecit, ut nullum ſibi parem, nedum ſuperiorem habuerit. Illud vero præ aliis Divini propemodum in eo ingenii præſtantiæ eſt argumentum, quod cum fere omnibus belli ducibus, etiam exercitatiſſimis aliqua tantùm diſciplinæ militaris pars nota ſit, & explorata, noſter hic Princeps in omnibus eum perfectionis gradum eſt conſecutus, qui non ingenii ſolum humani modum excedit, ſed & laudes noſtras longo poſt ſe intervallo relinquit, adeo ut nullum genus belli fuerit, in quo illum non exercuerit fortuna. Quavis enim ratione, quavis arte urbes obſidebat, obſeſſas oppugnabat, oppugnatas tandem ſub poteſtatem redegit, & illuſtriſſimorum *Ordinum* Imperio adjecit: nunc aperto *Marte*, & machinis ad impetum inſtructis, nunc cuniculis, nunc ligonibus, aggeribus, locris, lineis; & quicquid talium eſt portentorum, vel ad capturam *Carthilaginis*, aut *Numantiæ*: Nunc ſtratagemate quod loco ſapientiæ eſt, hoſtem circumvenire paratus: Boni enim Duces non aperto ſemper Marte, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto interdum attentant; nonnunquam parva, ſed expedita militum manu inſtructiſſimas hoſtium acies cingere, laceſſere, & adoriri non dubitavit. O inauditam animi generoſitatem! ô maſculum vere animum imperterritum periculis, & inter prælia felicem! O virtutem Herculeam!

qua

qua maximorum Ducum vestigiis insistens famam veteris sæculi Principibus æquavit ; & quæ illi,

In astra, & ipsos fecit ad Superos iter.

Quid hic commemorem summam in deliberando prudentiam, & altitudinem animi, in exequendo fortitudinem, & alacritatem, admirandam ejus in rebus arduis sagacitatem, quâ omnes terræ situs, maris spatia, portuum ac fluminum vada, profunditates ita perspectas habuit, ut tutum nihil, aut clausum hosti relinqueret : & si forte à maris aut fluminis intercapedine impediretur, quo minus expugnanda sibi adiret loca, mox

Fragilem truci commisit pelago ratem:
Nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes hyadas, nec rabiem Noti.

Imo nec mortem ipsam, adversus quam impavidus, imperterritusque stetit, sæpe illud Ennianum exclamans,

Vivam an moriar nullus in me est metus.

Pedes, eques, semper Dux, nonnunquam miles, omnia disposuit, obivit, sæpe destinato, aliquando ex occasione prælium commisit. Sæpe in acie cecidit hostem, sæpius prævenit, sæpe festinando, aliquoties cunctando, aliquoties & pugnando vicit. Noctes quoties plurimas insomnes traduxit, neminem facilius opprimi ratus quam qui periculi securus nihil timet ? Prudenter me hercule! Nam nos capit somnum, quo vigile pudet dormire militem : noctem pro die habet cujus gloriæ nox dies est, & in tenebris publico invigilat, qui in tenebris lu[illegible] præclare factis fœnerat. Imo omne temporis [illegible]m saluti suorum impendit, qui singulis momentis periclitari eam non ignorat. Obsidionis tempore iisdem fere quibus militem periculis se exposuit, vallos conscendit, facienda imperavit, inter pilas, & faces ivit intrepidus, nunc in opere, nunc in agmine militi suo mixtus, mane,

vesperi

vesperi ubique suis conspicuus; nempe quod momenta belli moram non admittant, & ut timendi nescia, ita metuendis semper proxma securitas. Nihil mari sine eo, nihil terra, nihil bello gestum est aut pace: præsens multa, nec minora absens, cum ubique præsens esset, executus. Et ut aliquid sine eo, nihil tamen non ab eo gestum est. Statuit enim prudentissimus Imperator, nullum in bello efficacius esse incitamentum, ad accendendos militum animos, Ducis præsentia. Illic se mori posse ubi potest miles, ardentius procedere operas, pugnari acrius, consisti pertinacius sub tanto virtutis, & præclaro factorum Judice. Nec de nihilo. Remove enim Imperatoris oculos, languet militum virtus, adhibe, gliscit illa, & vires capit illo aspectante, conficit facienda alacrius, absente tardius, segniusque. Desperant facile & ad fugam parati sunt, qui Ducem suum sentiunt desperare: majus sui pretium esse autumant, cum mori secum non detrectant Duces, qui præsentia sua robur, & vires inspirant militi. Nec malè *Antigonus* olim trepidanti gubernatori (in navali prælio contra Ptolomai d:ices(& multitudinem hostilium navium causanti; *Me vero ipsum*, inquit, *præsentem cum quot comparas?* Nec propterea temerarius esse debet Dux, sed circumspectè audax, cum metu aliquo intrepidus, cum cautela fortis, ut summæ rerum, & Imperii se ipsum reservet? nec ullo loco, nisi quantum necessitas cogat commissurus se Fortunæ. Talis AURIACUS qui militem suum non dicta modo, sed & facta, & exempla à se petere voluit. Disciplinam militarem, que castrorum solet esse robur & præsidium, severissimè in omnes observari voluit. Abstinentiam, ac continentiam à milite sic exigebat ut armis tantum, galeis, & cristis, non petulanti morum licentia a civibus differre videretur. In suppliciorum exemplis statuendis inexorabilem plerumque se præbuit, ac immotum. Nam id, qua po

leb

:bat prudentia longo rerum usu didicerat, impu-
itatis spe, & præpostera Principis clementia, ma-
:ficis libidinem ad peccandum accendi, & nimia
centia deteriores fieri. Hac interim disciplinæ
:veritate sic utebatur, ut eam pro virtute singu-
ɔrum, & cum opus esset, temperaret, non laxaret.
Quo effecit ut quod utilissimum in castris semper
.uit, hostem minus milites metuerent, quàm Du-
em, quem omnes tam supra se esse, quam pro se
:iebant. In conflictu, & ubi ad manus ventum
rat, nemo sic militi parcebat, cum non temere
erdendus sit in prælio, qui bello reservatur. Ne-
ıo sic utebatur, quippe à quo non vitam, sed mor-
is patientiam exigebat. Unde in pretio apud eum
nilites non molles & delicati, sed horridi, non
ælati auro argentoque, sed ferro, & animis freti.
Quippe illa prædam verius, quam arma esse: ni-
entia ante rem, deformia inter sanguinem & vul-
.era. Vultus ejus verè gravis, compositus, ac viri-
is, in quo ipsa habitabat Majestas, gestus milita-
is, nihil blandum usquam, aut fucatum. Ex ore,
upercíliis, incessu, corporis totius habitu, Martem
;radivum, ultorem πτολίπορθον μιαιφόνον καὶ
·τείχεσι πλήτην descripsisses. Cultus non ad pom-
ıam & luxum, sed ad nitelam, & munditiem com-
ıositus, quam & famuli præ se ferebant ad unum
ımnes, ut è benè constituta probi patris familia,
ıon ex Aula, singulos prodiisse judicasses. Nec cu-
iositati, aut novitatis studio indulsit, aliam atque
liam vestibus formam inducens, ut delicatuli
nulti hodie, qui quando trium literarum tyrannus
lle, *Mos* ita jubet, *Germanorum* modo, modo *Gal-
orum* simii ad nescio quem habitum non peregri-
ıum solum, sed ridiculum, levem, & aulico-rusti-
um petulanter deflectunt, & quod turpe dictu,
ɔriscæque simplicitati Batavæ probrosum, *Hispa-
ıum* oderunt, & tamen imitantur.

Quid mirum? proclivior usus
In pejora datur, suadetque licentia luxum
Illecebrisque effrena favit.

Sed

Sed ut ad Principis res præclare geſtas, noſtra Se convertat Oratio,

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Pictores imitabimur qui Orbem terrarum in tabella pingunt, non ut æquent, ſed ut repræſentent. Sic ſtrenua Herois noſtri facinora obiter enumeranda potius, quàm ad amuſſim recenſenda eſſe reor. *Principum* enim Heroicos auſus lambere facile eſt, facundia exhaurire difficillimum. *Breda* Brabantiæ ocellus quæ non ita pridem anni prope ſpatio arctiſſima obſidione cincta ab Hiſpano, ſine exercitu olim, ſine ſtrepitu, arti & induſtriæ Principis noſtri ceſſit, qui novo, & inaudito ſtratagemate à ceſpite victoriarum ſuarum initia facere voluit. Cujus victoriæ magnitudinem ab hoſte poſtea tot copiis, tot ſumptibus, tanto rerum apparatu, tanta denique pertinacia, ducti ſumus. Non ita multo poſt (nam victoriis ſingulos fere diſtinxit annos) *Steenwicum* urbem munitiſſimam cum *Otmarſo* & *Covarda*, provinciis noſtris adjicit. Mox *Groningam*, & *Gertrudis montem*, alteram provinciam non urbem, alteram Provinciarum præſidium, ſine motu pene expugnavit. Ne quis miretur Auditores, hæc ſic in tranſcurſu, & ὡς ἐν παρόδῳ à nobis perſtringi quæ vel ſingula digna memoria, ac laude ſæculorum, ampliſſimam declamandi materiam nobis ſuppeditarent. Nam & ita vicit: & præcipuum victoriarum omnium monumentum, & laudem in feſtinatione & Dædaleo, ut *Plautus* loquitur, remigio, collocamus; quanquam metuo ne magis etiam ſit feſtinandum. Uno enim eodemque anno *Rhenobercum*, *Murſam*, *Grollam*, *Enſchedam*, *Oldenſeliam*, *Lingam* occupavit, & quod palmarium duco, *Bommeliam* graviſſima, & periculi plena obſidione liberavit. Taceo *Graviam*, *Wachtendonckum*, arcem *Andreanam*, quarum quaſdam paucis horis, quaſdam uno atque altero die, munitiſſimas pleraſque, totidem ſubegit menſibus, & cepit. Taceo denique *Sluſam Flandrorum*, *Ardenburgum*,

burgum, *Isendicum*, *Bergam ad Zomam*, quam sæpius ab hoste tentatam, & arctissimè obsessam sine armis solo adventu suo vindicavit.

Nec felix tantum fuit in oppidis obsidione cingendis, iisque superandis, verum etiam aperto Marte hostem aggrediendo, cujus temeritatem consilio, furorem fortitudine, audaciam virtute sæpius superavit. Cum enim patentem campum exercendæ virtutis nactus esset, invictissimorum belli ducum si quisquam in oculis totius *Europæ*, implevit numeros. Cujus rei testes sunt trophæa, quæ ab hoste *Turnhonti* summa cum laude reportavit: Testes Aquilæ triumphales, vexilla, arma, hostium spolia, signa bellica, quæ in pugna Flandrica ad *Neoportum* dimicante manu obtinuit, quæ in Aula *Bataviæ nostræ*, etiamnum hodie tanquam sacra triumphi Nassavii anathemata, asservari volunt patriæ Patres. In qua pugna eam consecutus est nominis famam, quam nulla posteritas conticescet, nulla unquam oblitterabit oblivio. Cladis enim magnitudinem & victoriæ, sex septemve millia in loco cæsi, ac captivi prope innumerabiles, testantur. Inter quos ut dubii sunt bellorum, & ancipites casus: Patriæ terror, & diu *Rheni* incubus *Mendosa* fuit, qui Victori fastum, & animum submisit. O exemplum fortitudinis in omni ævo rarum! ò miraculum prudentiæ militaris & ætatis suæ decus! O belli fulmen formidabile! Quid amplius? illud in Principe nostro laudibus celebrandum est, quod Mari sub auspiciis ejus gestum. Quas non *Consilio & ductu ejus terras alio sole cadentes* adire ausi sunt Batavi nostri μιξαλονίνδανοι qui inter tympana & tubas, classes, & classica vivere, & *Hispanorum* metuendam fortunam assiduis bellis fatigare didicerunt? qui mortem per decus obitam immortalitatis instar, vitam per dedecus retentam, quavis morte pejorem putant. Quas non, illi audaces *Neptuni* filii, alias orbis plagas, longe a nobis dissitas invenerunt, & inventas detectasque

tectaſque occuparunt? In quas oras *Antipodum* ſub alio Mundi cardine degentium, armata manu, & inſtructa claſſe non irruperunt? per quot terras & maria oculos, pedeſque non tulerunt? *Gades* expugnarunt, *Galpen* proterruerunt, Inſulas fortunatas, divi *Thomæ* inſulam, aliaſque invaſerunt. Ac ne quid de nova *Zembla* hic dicam, ubi cum & homines, & ſol & dies medias inter nives, & glaciem defeciſſent, cum frigoribus, ac feris diu commiſſi fuere invicti *Argonautæ*, & Pelagiani noſtri Batavi, diuque in mortis, & vitæ confinio luctati ſunt. Ne quis aut adverſis nos terreri putet, aut metuere fortunam, qui naturæ fines jam exceſſimus, & inferre mortem, & contemnere didicimus, vitæ prodigi. Plura dicerem, Auditores, ita alia mihi ſemper ex aliis occurrent in tam uberi, & ampla declamandi materia. Sed ut omnes tanti Principis laudes deprædicare nec virium mearum eſt, nec inſtituti; ita rem tantæ molis à me nec exigere vos, nec exſpectare certo mihi perſuadeo. Unum tantum hoc addam. Quam admiranda, Auditores, Dei providentia, circa tanti capitis curam enituit! Quoties id ſubductum ſicariis, quoties tempeſtatibus, quoties morti! toties ſane ſervatus dici debet quot dies, immo quot horas pene, inter ferri, & æris ſtrages in caſtris exegit, & adeo quidem inoffenſus, ut inter media tormentorum fulmina & tonitrua, inter cadavera, ne minimam quidem vulneris ſticturam, nedum vulnus corpore unquam exceperit, quamvis mortem circa ſe, omnibus telis ſuis ſævientem, videret. Quod vix ſine miraculo factum, ſine ſingulari ſane Numinis cura non factum. Sed ut nulli MORS parcit ubi decretorius ille dies ſemel illuxit, qui omnium finem facit; ita nec huic Principi.

Tot victoriis inſignis, tot trophæis conſpicuus obiit tandem, & mortalitatem explevit incomparabilis ille Heros, cui vita omnis in armis, honos omnis ab armis, inæſtimabili Patriæ diſpen-

dio.

dio, summo Populi luctu, & irreparabili Reipubl. damno, Spes suorum, terror hostium ac tremor. In quem Reges, Principesque oculos suos conversos, & intentos habebant, ad quem flos nobilitatis ex qualibet gente, ex toto propemodum orbe Europæo miles, *Teuto*, *Gallus*, *Polonus*, *Italus*, *Britannus*, *Scotus*, conferto velut agmine concursabat tanquam ad unicum præliandi Magistrum, *operumque militarium*, *& artis bellicæ*, *si quis alius*, *peritum*, & ad castra ejus velut ad Martis scholam, *Belli* gymnasium, & disciplinæ militaris Academiam, sub quo artem militarem, & armorum rationem nisi qui hausisset, totam ignorare credebatur. Quæ enim eum tanta mole rerum, militiæ pars latuit, quæ militaris disciplinæ forma? Quot illi leges debet? quot Architectonica militaris machinas? quot civis, & miles capita? quot Respublica urbes, & munimenta? quot publica tranquillitas dies & noctes, immo menses, & annos quietos? quantum felicitatis, & gloriæ res Batavæ? Quot hominum vota implevit, quot occupavit? Quis hoc Heroë juris & æqui, quis fidei observantior fuit? Quis ab ostentatione, & fastu eo erat alienior? Quis prosperis, & secundis minus intumuit? quis in utraque fortuna constantior? Quid in rebus bellicis intentatum, quid inausum reliquit? Quis magnitudine rerum gestarum, multitudine subactarum Urbium, lateque propagatis Reip. ditionibus, sed præcipue animi bonis, fortitudine, vigilantiâ, moderatione, prudentiâ, quæ genus Heroum maxime decet, hoc *Principe* clarior? Sed heu tristem, & acerbum patriæ casum! ô jacturam inæstimabilem in hoc rerum motu, & metu! Heu cladem!

Quam blanda vacillat
Excelso fortuna loco!

Caucaso durior est, & fibræ ut sic dicam corneæ, omnemque humanitatis sensum animo ejecit, qui securis auribus, aut obfirmato animo tanti

Principis funestum hunc audit obitum; imo ferus planè, ac ferreus, qui Athletam hunc, Atlantem verius dixerim, hunc Patriæ parentem, hostium terrorem, ingentem pace, invictum bello: non successu ad temeritatem, non prudentia ad ambitum, aut magnitudinem abusum, soli Reip. amicum & adversus eam, nullis lachrymis non prosequitur. Sed omnia Heu! nata interire, nec quidquam immortale esse in terris, præter vim mentis, & ingenii monumenta, magni hujus Principis è vivis excessus docet, *magnisque negatum*, ut cum Poëta loquar, *stare diu*, funeribus interdum misceri triumphos, triumphis funera, & rebus prosperis comitem ire dolorem, tristia confundi lætis, secunda adversis castigari, in illâ rerum humanarum inconstantiâ, & varietate desultoriâ fortunæ. Votum unum hoc addam Auditores, cum eo Oratiunculæ meæ finem imponam. Faxit Deus immortalis, Rex ille Regum, patriæ nostræ stator, & vindex, Imperii hujus conservator, Ecclesiæque suæ in Republ. hac benignissimus, & ad miraculum protector, ut quam libertatem avitam, illustris *Nassaviorum* fortitudo militaris, Procerum prudentia, Civium concordia, militum egregia virtus, & præ omnibus Deus ille Opt. Max. multis retro annis hactenus defensavit, sartam tectam, inviolatamque porro conservant patenti fato dispares fratri, & Patruo felicitate pares, utrique animi magnitudine simillimi *Fredericus* pater, Solque ille oriens *Gulielmus* magni parentis filius, ut in vivis his Principibus defuncti imaginem semper habeamus, tamque feliciter gubernent, ut nunquam nos incomparabilis istius Herois *Mauritii* tristis, & luctuosa subeat recordatio, & sera sit, nostrisque demum nota nepotibus dies, quæ Cœlo tradat hos Patriæ vindices, & defensores acerrimos.

ORA-

ORATIO XXXIV.

De Mutationibus Rerumpublicarum, earumque causis ex Sacra Scriptura petitis,

Habita à

JUSTO VLOETIO.

PRæclare poëtarum ille Princeps Homerus:

Κάλον ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Pulchrum ſane, ſi quidquam in hoc Univerſo. Quid enim pulchrius, quàm unum pluribus imperare, leges, & juſſa ponere, maria, terras, pacem, bella, Reipublicæ habenas moderari, juſtitiam adminiſtrare, ſubditis denique ſuis quietem, & ſæculo in quo vivunt, tranquillitatem largiri: Divinitas quædam videtur hæc dignitas, ab uno nempe capite tot capita coërceri, & univerſam illam multitudinem, inquietam, diſcordem, turbulentam, leniter redigi ſub commune quoddam Obedientiæ jugum, ſine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe *Mundus* poteſt. Vinculum enim eſt per quod Reſpublica cohæret; ſpiritus vitalis quem hæc tot millia trahunt; nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa *Imperii* ſubtrahatur. Sed quanto altius aſſurgunt Regum, & Principum munia, tanto majoribus curis, imo periculis implicantur. Quæ tantaque ſunt, ut duabus, magno illi dicendi Magiſtro Demoſtheni, viis propoſitis, quarum altera ad Rempublicam, altera ad mortem tenderet, eum eò impulerint, ut ſe potius hanc, quam illam electurum eſſe dixerit. Nec me hercule injuria: Nam quot quantiſque Imperia mutationibus ſolent eſſe obnoxia, quàm multi de ſolio deturbati, quot tragicos ſortiti ſunt exi-

tus, quot rerum ſubitas experti viciſſitudines, longè latéque terrarum Domini? De quarum mutationum cauſis, cum declamandi oblata mihi nunc ſit materia, & de iis fateor multa ex Philoſophia in medium adferri poſſent, ego Philoſophorum ſententiis valere juſſis, quid hac de re ex S. literis ſtatuendum ſit, commonſtrare conabor. Hoc unum, Auditores, antequam in ſuſcepta hac à me provincia, ulterius provehar, à vobis ſummoperè contendo, ut qua humilitate, & benevolentia, alios ex hoc loco dicentes complexi eſtis, eadem & me jam nunc complecti haud dedignemini, quo telam hanc Oratoriam confidentius pertexam, & impoſito mihi impræſentiarum declamandi munere, felicius apud vos defungar.

Et quidem illorum primò in hac diatribe ſententiam adduci animadverto, qui fortuitò, ac temere nullo vel ordine, vel conſilio, naſci, denaſci, oriri, aboriri in hoc *Mundi* theatro, Reſpublicas, Imperiaque arbitrantur. Hujus autor ſententiæ fuit *Epicurus*, qui providentiam in Deo nullam agnovit, ſed omnia caſu volvi, omnia fortuitò fieri, ſibi aliiſque perſuadere conatus eſt: ſed ó delirantem Philoſophum! ô perverſam hominis profani ſententiam! uſque eò hominem ſapientiæ ſtudioſum deſipere, ne dicam inſanire potuiſſe veriſimile eſt? Oculos quæſo veſtros, Auditores, circumferte per hoc Univerſum, intuemini *Terram* in *Mundi* meditullio immotam, libratam in aëre, & nullo alio ſtatumine nixam, quam DEI omnipotentia: intuemini nobilem illam *Cœli* ſtructuram, tot varios ſtellarum, & ſiderum in Cœlo curſus, inter tot aſtra micantia Solem, magnum illum *Mundi* ocûlum, hunc ne caſu, viginti quatuor horarum ſpacio, magnam hanc Orbis terrarum Machinam emetiri putatis, ac decurrere? Tantumne quis fortunæ tribuet, ut caſu, tempeſtates Anni quatuor, *ver*, *æſtatem*, *autumnum*, *hyemem*, inviolabili ordine, inter ſe nexas, in orbem redire & no-

ctium,

[redacted]

ctium, ac dierum nobis dare discrimina, statuere audeat? Plantarum, animalium, mineralium, metallorum, casu naturas propagari, Lunam casu obtenebrari, terram fortuito concuti, aut aquis decumanis inundari, nemo opinor affirmabit, nisi planè rationem exuerit, & sensum. Verum & non minus inepta, ne dicam absurda, illa nobis videtur, quæ de annis climactericis fatali multis periodo credita) adferri solet sententia, quod & ipsos non tantum fluctuare constat, & pugnantibus inter se diffidere sententiis, sed neminem adhuc certum annorum terminum præfinire potuisse, quibus exactis imperia convertantur in pejus meliusve, vel grande periculum adferant: nam quod quadragesimum nonum, quod & numerus sit quadratus, & ex septenario septies multiplicato resultet: nunc sexagesimum & tertium quem *Antiquitas* omnis Climactericum Magnum appellavit, conflatum ex novies septem, & ex septies novem, & qui curas omnium pene *Mathematicorum* fatigavit, quemque decretorium esse asserunt, & personarum singularum fatum ac vitam cujusque attingere, illud in præsens curiosius non exquiram. Sed cum de civitatum & imperiorum conversionibus agunt *Mathematici*, septenarios, & novenarios numeros non in simplum accipiunt, sed quadratè sive cubicè multiplicant, & unus potissimum numerus accommodari ab his ad Rerumpublicarum occasum solet, scilicet 496 annorum qui ex septuaginta septenariis annorum conficitur, efficitque ut jam antiquitus proditum memoriæ sit, civitates omnes anno quinquagesimo everti aut enecti. Qua vero vi & quo fato non video: cum multæ fuerint Civitates, multæ Resp. quæ longè pluribus constiterint seclis, aliæ autem brevissimo tempore interierint. Neque ad rem quidquam facit quod exempla quædam referuntur earum Civitatum quæ ad finem ejus spacii interierint, cum multo sint plures quæ fixum illum & definitum gene-

thliacorum terminum aut exceſſerint aliquot ſeculis, aut diu ante collapſæ ſint, quam eum attigiſſent. Eoque hæc omnia meras conjecturas, & inanes ſpeculationes eſſe, ne dicam deliria, quis non videt? Quid enim rationi magis & veritati diſſentaneum, imo quid ſtultius excogitari poteſt, quàm Deum, cujus arbitrio & nutu cuncta reguntur, temporum momentis ſubjicere, & arbitrari, eum à quo omnia pendent, pendere à fatali annorum termino?

Abſit auditores, abſit; Deum enim, & æternam illam mentem, non aliter cogitare nobis fas, quam ut agens liberrimum in quo ſcientia, & præviſa ſint æterna: Eundemque firmum, immutabilem, ſemper unum, & ſui ſimilem animadvertimus, in iis quæ ſemel voluit, aut vidit, nihil flectentem, nihil fluctuantem. Ille nempe vitæ neciſque gentibus arbiter eſt. Qualem quiſque populus ſortem ſtatumque habeat, in manu ejus poſitum eſt, nulla pars mundi uſquam, niſi volente illo, propitioque floret. Quas nationes funditus exſcindi, quas tranſportari: quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipii fieri, quorumque capiti regium circumdari decus oporteat: quæ ruant Urbes, quæ oriantur, illius juriſdictio eſt. Certis quippe eunt cuncta temporibus, naſci debent, creſcere, exſtingui. Verum enim vero, cum omnia Deus non ſine cauſa, certo conſilio, & fine efficiat, diſpiciendum arbitror, quibuſnam igitur potiſſimum de cauſis, florentiſſima Regna, & potentiſſima Imperia transferat, immutet, perdat, & Rebuſpublicis benè conſtitutis, ſuas velit eſſe cataſtrophas, periodos & viciſſitudines, cum nihil in Orbe terrarum firmum ſtatumque ſit, ſed perpetuo quodam motu cuncta agitentur.

Multa hic, non inficior, docte, & præclarè Philoſophi: nam qua erant mentis ſolertia, ingenii acumine, indefeſſa induſtria, feliciter certe, & eximie,

eximie, in quæstionis hujus indagine desudarunt. Sed si rem penitus introspicere, & eam recto judicii oculo æstimare sit animus, ut certi aliquid in hac materia statui à nobis queat, & definiri, quo tutius nobis recurrendum putatis, Auditores, quàm ad veros illos sapientiæ fontes, Sacram dico Scripturam, quæ ut norma est, & regula omnis veritatis, ita nobis omnes eximet scrupulos & errores, si qui forte animis nostris insederint, nebulas absterget. Quid illa? certe non casu, & fortuito stare dicit imperia, & cadere: Sed eorum longe ante conversiones, & excidia prædicit. Prædicta olim ruina Monarchiæ *Assyriorum*. Quid enim illustrius illo prophetæ Oraculo? suscitabo contra eos *Medos*, & erit *Babylon* illa gloriosa *Chaldæorum*, instar subversionis in *Sodoma* & *Gomorra*, Esa. 13. 17. Quid clarius, & expressius eo, quod alibi propheta *Jeremias*? capta est *Babylon*, *Bel* confusus, victus *Merodach*, quoniam ascendet contra eum gens ab aquilone, quæ terram ejus in solitudinem ponet, Jerem. 50. 2. Quid planius eo, quod apud Prophetam *Danielem* cum *Belsasari* generaliter cum *Satrapis* suis, & purpuratis epulanti, scribens ad parietem manus apparuit, his verbis, *Numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. Appensus es in statera, & inventus es deficiens, & levis: atque ideo divisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Dan. 5. 26. Prædicta quoque ab hoc ipso propheta ruina Monarchiæ *Persarum*, prædicta *Græcorum*, & *Romanorum*, ortum suum habuerunt, & occasum, æterno Dei decreto, ac providentiâ, & cujus nutu, & arbitrio, ad tempus floruêre, ejusdem quoque voluntate, & arbitrio cecidêre. Nam ut hominibus singulis adolescentia sua, robur, senecta, mors: ne Rebuspub. & Regnis; & ut Solem assiduè vel nubes aliqua subducit, vel nox condit: talis omnis hic splendor & felicitas rapitur aut evanescit. Sed quæret forte hic aliquis, quas harum mutationum

Sacra pagina aſſignet cauſſas? Multæ ſunt, Auditores, & variæ, ſed ne patientia veſtra abuti videar, & benevolentia, præcipuas tantum adducam, ut ſi non rationum pondere, & verborum lenocinio, brevitate ſaltem mea, & compendio vobis placeam. Et quidem inter mutationum cauſas, agmen mihi ducere videtur IMPIETAS, & Religionis incuria, ſine qua non *Princeps* officium ſuum, non *Subditi* faciunt. Nulla enim res magis animos, & mores componit, quam *Religio*: & illa ubi in pectus demiſſa, *Virtutum* agmen ſequitur. Contra mota *Religionis* anchora, turbata ſimul Reip: navis, & ubi *Impietas* dominatur, ſtare diu ea nequit. Deus enim ut ſeveriſſimus gloriæ nominis ſui eſt vindex, ita non patitur abire impunè contemptum verbi ſui, ſed ejuſmodi genus hominum (ſi homines dicendi ſunt, & non potius brutæ pecudes) inexpiabili odio averſatur, & exquiſitiſſimis ſuppliciis, quà publicis, quà privatis, in tales animadvertit. Vultis Scripturæ locum? Certè non alio ſpectat illud prophetæ *Eſaiæ*: *quemadmodum*, inquit, *ſtipulam devorat ignis, & paleas flamma abſumit: ſic radix eorum quaſi putredo erit, & germen illorum ſicut pulvis aſcendet*. Quare? quia, inquit Propheta, abjecerunt legem Domini exercituum, & Sanctum *Iſraëlis* blaſphemiis affecerunt, domus rejecta eſt *Jacob*, & repleta eſt ejus terra idolis, & opus manuum ſuarum adorarunt. Tantum ſcilicet poteſt effrænis illa morum licentia, & extremum malorum *Impietas*, quæ ubi dominari cœpit, & levato quaſi velo, fractiſque pudoris omnis, ac honeſti repagulis, ferream ſemel frontem induit, nulla amplius ratione compeſci poteſt; ſed

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas:

Eoque Reſpublicas illas peſſum ire, & in ruinam agi, tandem neceſſe eſt, quæ Numinis contemptum, & impietatem profiteri non erubeſcunt. Vita enim hominum ſine hoc vinculo *Religionis*, ſtul-

ſtultitia, ſcelere, immanitate completur, morbuſque eſt Reip. ut plurimum conclamatus, & ſummæ adverſus remedia contumaciæ.

Altera cauſa INJUSTITIA eſt: transfertur enim, ut idem alibi Propheta, regnum à gente in gentem, propter injuſtitiam, & ſpoliantur juſto *Dei* judicio, qui alios ſpoliare, & exuere conſueverunt. Quid enim ſublata *Juſtitia* & exaugurato templo *Themidis*, Reſpublicæ, & civitates, niſi cloaca, & ſentina vitiorum, publica latrocinia, audaciæ, & iniquitatis aſyla, ſcelerum officinæ, & conclamatæ nequitiæ latibula, ubi licentia immiſſis habenis celſiores puderis, ac verecundiæ calles ſupergreſſa, impunè dominatur, & furit. Hæc ubi graſſari cœpit, dormiunt leges & veluti gladius in vagina reconditus, vel in uſu conſeneſcunt, vel fraudulenter malis artibus circumveniuntur: & quis tandem malorum eſſet finis, ſi quæ ex ea velut alto quodam gurgite, in genus humanum promanant, recenſere mihi eſſet animus; inde enim audacia, temeritas, avaritia, fraudes, partes, factiones, ſeditiones, bella civilia, concuſſiones, rapinæ, & quidquid talium eſt ſcelerum, & flagitiorum, originem ſuam trahunt. Hoc enim laxata vinculo *Civitas* diffluit, omnis inter homines ſocietas tollitur, quam ſequitur barbaries, & rerum omnium ingens confuſio: ita omnia in ruinam prona, graſſante in quodvis malum diſſoluta licentia, niſi audaciæ hominum, legum repagula objiciantur, & illa ad coërcendos maleficos inventa terriculamenta, taureæ, ſcuticæ, equuleus nervus, arbor illa infelix, & peculiaris parricidis culleus, atque adeo tota illa carnificinæ ſcena.

Tertia *Superbia* eſt, atque animi elatio, quam non odiſſe tantum, ſed & acerrimè quoque Deus punire conſuevit: Dum enim has de regno Babylonico cogitationes animo ſuo volvit *Nebucadnezar*; *Conſcendam in cœlum, ſuper aſtra exaltabo ſolium meum, ſimilis ero Altiſſimo*, *ecce ad infernum uſque*

cia, commemorat causam, cur nonnulli Reges à ministris suis regno spoliati fuerint, non aliam fuisse, quàm libidines, & voluptates, &. regnandi imperitiam, quæ usque eo processit, ut populo, aut domesticis in ipsos conspirantibus, aut externis bellum inferentibus, ita rerum omnium rudes, ita stupidi, & consilii inopes fuerunt, ut iniquissimis conditionibus pacisci non dubitarint, in Regni sui dedecus, & Majestatis opprobrium, partim ne quid de suis voluptatibus detractum irent, partim ob inscitiam suam, quæ tanta erat, ut ad res Regni restituendas, unde facerent initium, non intelligerent. *T. Manlium Torquatum*, memoriæ proditum est, cum Consul renunciatus fuisset, excusasse valetudinem oculorum, & summum Imperium detrectasse, quod indignum judicaret, ei capita a: fortunas civium committi, qui alienis oculis omnia gerere cogeretur: Sed qui alieno ingenio, alienaque linguâ ad omnia uti necesse habent, sine satis ad gubernandos alios, idonei videbuntur? At oculorum quidem lumine carentes nihil prohibet acie ingenii etiam futura prospicere optimeque consulere: quales in fabulis *Tiresiam*, & in historiâ Romanâ *Appium* legimus: cujus vero Sapientiæ luce careat animus quid is tandem gerere, quid cogitare, quid suscipere, quid exequi præclarum potest?

Sed quis me repente æstus tam longe à littore in altum abripuit? Anchoram jacio, malo enim prius dicendi, quàm vos finem audiendi facere. Conatus sum Auditores, eorum errores refellere, quorum naturæ alii, alii fortunæ, alii annis clymactericis aut astrorum influentiis regnorum mutationes tribuunt. Qua illud ratione præstiterim vobis judicandum relinquo, tyrocinia tantum sunt, quæ laudis satis referunt, si veniam apud vos mereantur. DEO sceptra, & habenas Regnorum, & Imperiorum vendicare volui: rationes quia ex sacris Scripturæ fontibus, & verbi divini sacrario de-

deprompta sunt, locum spero apud vos inveniant.

Interim grato hoc animo agnoscendum est, & non satis collaudandum, Dei optimi maximi in nos beneficium, quod Rempublicam hanc, dulcissimam omnium nostrum Patriam, tam clementer in hunc usque diem conservarit, & etiamnum benignè conservat, tuetur, ac defendit, adversus infensissimum nobis hostem, qui jam sexaginta retro annis, & quod excurrit, tam funesta nobis intulit bella, & nec jam desinit, idem enim illi in nos sæviendi animus, idem exstirpandi ardor, gentem illam sacram, rebellem, nefariam criminis læsæ Majestatis ream, & plus quàm Phalaris suppliciis dignam: tales enim censemur, Sed ades ô Deus, & patriàm nostram tam implacabili hostium suorum odio colluctantem, tam decretoriis armis impetitam, porro vindica, Proceresque ejus, & quotquot ad clavum sedent, ita consilio, & prudentia instrue, ut sub auspiciis eorum, & Principis *Frederici*, Rempublicam habeamus feliciter constitutam, fulcrum Imperiorum, *Religionem* & pietatem illibatam, res in tuto collocatas, in medio bellorum æstu Halcyonia, opes affluentes, concordes civium animos, exercitus instructos, militem exercitatum in pace decus, in bello præsidium, & frequentes victorias. Dixi.

ORATIO XXXV.

De Literarum Præstantia,

Habita ab

ARNOLDO BRANTIO.

INtuenti mihi hanc doctissimorum virorum frequentiam, quantulamcunque declamantiunculam meam præsentiâ suâ honestantium occurrit

quod de *Antiochenis* memoriæ prodidit festivus ille si quisquam Dialogista *Lucianus*. Apud illos cum brevioris staturæ, & pusilli corporis histrio in scenam prodiisset, qui Hectoris personam ageret, dicax ille populus illico exclamavit, *Astyanactem* se videre, *Hectorem* desiderare. Haud parum & ego quoque metuo, ne cum dignitas argumenti, de quo agere institui, Hectorem aliquem, id est magnum, & insignem Oratorem exigat, summopere vos miremini, quid sit, cur ego vix *Astyanax* aliquis, tenuisque ingenii homuncio, in conspectum vestrum prodire non dubitaverim: sed cum exploratissimum haberem, quo vos animi affectu publicè ex hoc loco dicentes prosequamini, quaque attentione aures Scholæ vestræ discipulis præbeatis, subdidit mihi animum hujus humanitatis vestræ recordatio; in quâ ut merito acquiesco, ita antequam altius provehar, & ad argumenti propositi tractationem nostra decurrat Oratio, à vobis quâ possum animi demissione contendo, ut tenuitatem meam, & in dicendo infantiam vestro favore, & benevolentia sublevare dignemini, quo declamatiuncula mea, quæ ut quantus literaturæ, & eruditioni habendus sit honos ostendat, tota occupatur, his velut secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit finem facilius consequatur. *Midam*, Gordii bubulci filium, *Phrygiæ* regem pecuniosissimum, qui cum *Bacchum* hospitio excepisset, jussusque esset petere quod vellet, mox voti compotem futurum, nihil æque se optare respondisse ferunt, quam ut protinus quidquid attingeret in aurum verteretur. Quod cum *Bacchi* benignitate obtinuisset, solidas arces, & regia solo contactu in aurum convertit. Verum cum urgente fame cibum sumere conaretur, atque illum quoque in aurum mutari videret, sensit tandem stolidus, se parum sapienter optasse: petiitque à *Libero Patre*, ut munus illud, quantumvis speciosum, sibi adimeret. Misertus itaque ejus *Bacchus* jussit

jussit ut in *Pactolo fluvio* se ablueret, quo facto in pristinum statum restitutus est. Quanto laudabiliora *Augusti*, & *Tiberii* Imperatoris vota fuerunt, quorum ille *Scipionis* fortitudinem, & *Cæsaris* fortunam à Diis contendit: hic tantisper ut viveret optavit, dum Reip. ne Patriæ suæ prodesse posset. Sed cum rem ad rectæ rationis lancem exigo, longè hos omnes mihi à tergo relinquere videntur illi qui vota sua altius protrudunt, & quibus nihil prius, nihil antiquius est, nihil magis in votis quàm ut in studiorum suorum cursu, ad doctrinæ, & eruditionis fastigium enitantur. Quo nihil ego in rebus humanis dignius esse censeo, nihil præclarius. Illa enim est, quæ mentem perficit, & adornat, judicium format, ingenium acuit, & quanto brutis longè præstat animalium nobilissimum homo, tanto hominem homine ipso præstantiorem facit. *Aristoteles* Philosophorum ille princeps, crasso cuidam, & obesæ naris homini percontanti, *quid esset discriminis inter doctos & indoctos*, haud inscitè respondit, *quod inter viventes, & mortuos*; sentiebat quippe vir altæ mentis eos qui corporum solum vita fruerentur, quam habemus cum pecore Arcadico communem, & externis tantum oculis Solem intuerentur, quem longè acutius cernunt aquilæ: animis vero quibus lucem, ac vitam donat literatura, nihil cernerent, vix ac ne vix hominis appellatione dignos, sed mortuos verius esse, quam vivos: quia si vivunt, vivunt tantum, & aura, omnis doctrinæ vacui, æthe-rea solum vescuntur, qua & asini, tantumque à doctis differunt degeneres animæ, quantum a videntibus cœci. Eximie olim, & præclare poëta:

Ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.
Διπλῶς ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Ita profecto est. Vana, vana sunt quæ miramur in hoc fluxu, & refluxu rerum humanarum, & malorum irritamenta sunt, non remedia, nisi mentem humanam, natura cœcam, Sapientia eruditio-

ne comitata regat, & moderetur. Et profectò ſi callidi rerum æſtimatores, fundos, agros magni æſtimant, quia his pignoribus minus noceri poſſe credunt, quanti putabitis æſtimandam Sapientiam quæ nec incendio eripitur, nec naufragio abſorbetur, & inter ipſas regnorum concuſſiones, ac motus inconcuſſa manet? Quam qui poſſident vere ſunt divites, nulla re egent, nihil ſibi deeſſe ſentiunt, nihil requirunt. Quin & cum *Biante* in urbis patriæ captura, & excidio, inter micantes ubique gladios, & militarem in rapinam tumultum, nihil rebus ſuis aſportantes, omnia tamen ſua ſecum portant, ludibria hæc fortunæ, ne ſua quidem putantes, quæ vulgus etiam bona appellat: quia ſi abeant, nihil inferunt, niſi ſemetipſa. Quid enim ſtirps, quid patria, quid genus? quid forma, quid honores, quid dignitates? Quid aurum illud quod tantopere admiramur? abeunt illa, nec eximere nos queunt aut noſtra, mortalitatis lege. Aurea vere *Stoicorum* ſententia. Μόνος σοφὸς πλούσιος, ſolus ſapiens dives. Et hæc *Ariſtippi*, hæc *Socratis* ſapientia fuit. Ita *Zeno Cleantes*, *Crates*, *Chryſippus*, *Epictetus* ſentire, ita loqui amavere: Quis, Auditores, *Diogene*, vulgi judicio, pauperior? Vixit enim in dolio, nullâ aliâ inſtructus ſupellectile, quàm patinâ ligneâ: at in gurguſtii hujus anguſtiâ, quàm auguſto fuit animo, quàm generoſo? veram magnitudinem metiens non ſpatiis, & latifundiis terrarum, ſed horum omnium contemptu, eoque *Alexandri* liberalitate major, quam rejecit, nec tamen eguit; quia ditior eſt, qui divitias ſpernit, quàm qui poſſidet. Animus enim hominis dives, non arca appellanda eſt. Et hæ veræ ſunt opes quæ ſupra omnem inconſtantiæ, & mutationis aleam poſitæ, etiam nudum, naufragum, exulem ubique terrarum comitantur, vel ad ultimam *Thulen* aut ad extremos *Garamantas*: in quas cuneus nihil poteſt ingruentium malorum, quæ nec eripi poſſunt

unquam,,

[redacted]

unquam, aut temporum injuriâ tolli, interverti, mutari: quas qui possident vere sunt divites, quia in pectore, & animi scrinio struuntur hæ opes, non in areâ, eoque usu augeri solent non minui, meliores fieri non deteri, non senescere, non contingere malis ut opes, non ignavis aut immerentibus, ut honores, non etiam avocare homines à virtute, sed instruere. Doctrina enim, & virtus arctissimo inter se vinculo conjuncta, hominem non doctiorem modò, sed meliorem reddunt: adeò ut quod agris cultura confert, hoc animis hominum eruditio, quæ si corporeis oculis cerni posset, incredibiles sui amores excitaret. Præclarè Romanus ille Sapiens: Certi sunt domitores ferarum, qui sævissima animalia, & ad occursum exterrentia hominem, docent pati jugum, nec asperitatem excussisse contenti, usque in contubernium mitigant. Leonibus Magister manum insertat, osculatur Tigrim suus custos, Elephantem minimus Æthiops jubet subsidere in genua, & ambulare per funem: sic doctrina, sic eruditio est artifex domandi mala, & in quo magis, quam in homine? aut minus disciplina in ingeniis poterit, quam in feris industria. Vultis exempla Auditores? magnos sæpe viros, perdita pene, ac desperata adolescentia, in patriæ salutem natos accepimus. Nimirum ut ager ex se infertilis, cultura tamen emendatus, ad fertilitatem provocatur: sic ingenium virtutis expers, disciplinâ ad bonam frugem potest demutari. *M. Torquatum* ingenii tarditas in agrum, tanquam in exilium ablegaverat, hic tamen periclitantem Latino tumultu patriam, insigni triumpho restituit. *Luc. Valerium Flaccum* quem *Roma* projectæ libidinis juvenem, virum omnis postea modestiæ, ac probitatis exemplum vidit. Quid *Fabii Maximi* adolescentiâ turpius? quid vero i lo sene ornatius, quid augustius *Roma* tulit: duos in uno *Sylla* homines fuisse dixeris, turpem adolescentem, & virum fortem. *Themisto-*

clis

clis vero adolescentia quid licentius, at is exinde juventæ suæ maculas, insigni literatura rebusque strenuè gestis ita eluit, ut *Græcorum* clarissimus extiterit, & prælio navali *Persis* ad *Salaminem* victis, Patriæ libertatis assertor fortissimus. Quid *Polemo* perditissimis moribus adolescens? ingressus Auditorium magni illius Philosophi *Xenocratis*, cum eum non minus graviter, quam doctè de sobrietate, & temperantia, dissertantem audivisset, adeò lectione ejus commotus fuit, ut omnem ab eo tempore incontinentiam exuerit, & ex homine luxurioso factus sit temperantissimus.

Sed ut altius provehar: Quid? compendiosiorem ullam arbitrantur esse viam ad honores, quàm per literaturam? illa enim est quæ hominum nomina non ingloria æternitati consecrat: hujus beneficio vivunt viri omni ævo præstantissimi, quorum curæ, vigiliæ, labores, merita, alto oblivionis silentio fuissent involuta, nisi nomen eorum, ac famam ab interiru vindicasset. Quid *Alexandri Magni* voto, in summâ fortuna defuit, præter *Homeri* ingenium? & quo alio nomine felicem prædicat *Achillem*, cum in *Sigæo* ad tumulum ejus adstitisset, nisi quod talem laudum suarum præconem habere meruerit? Quot enim ante eum Imperatorum, & belli Ducum ignota nunc omnia, & æterno oblivionis sepulchro recondita?

Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illachrymabiles
Urgentur, ignotique longâ
Nocte, carent quia vate sacro.

Adhæc quantam literatura gratiam, quantam benevolentiam, quantum animi affectum conciliat literatis, non apud gregarios, & è trivio homines, sed apud Patricios, Magnates, Reges, Principes? Scipio Africanus *tam elegans liberalium studiorum* (verba Velleji Paterculi sunt) *omnisque doctrina, & admirator & fautor fuit, ut Polybium Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiaeque secum*

cum habuerit. Vespasianus etsi cætera parcus, ingenia artesque fovit maximè: & primus è fisco (ait *Suetonius*) *Latinis Græcisque Rhetoribus annua* (*Bis mille & quingentos Philippicos*) *centena constituit. Antonius Pius* diffudit etiam liberalitatem *Vespasiani*, nec *Romæ* tantum, sed per omnes provincias *Rhetoribus*, & *Philosophis*, honores, ac salaria detulit, & *Frontoni* præceptori suo statuam in Senatu posuit & perpetuum gratitudinis suæ monumentum exstare voluit non ingrati discipuli. Sic & *Gorgia Leontino* vivo illi videntique statua ex auro, tanquam publici honoris ara, in æde *Apollinis* erecta, & consecrata fuit. *Stagira* eversæ ruinas, in gratiam *Aristotelis* & *Alexandro* discipulo ejus restitutas legimus. *Platoni* in *Siciliam* venienti, *Dionysius Syracusanus*, vittatam navem qua eum exciperet, obviam mittere non dubitavit. Doctissimorum hominum greges in comitatu suo habuit *Alexander*: Familiariter cum *Simonide* & *Pindaro* Poëtis *Hiero Syracusanus* vixit: *Augustus Imperator*, ætatis suæ doctissimos in summo amore habuit & pretio, *M. Varronem* unicè amavit, *Ciceronem*, *Salustium*, & *Livium* coluit, *Virgilium*, *Horatium*, aliosque sui temporis Poëtas summa benevolentia complexus est. Consiliis suis interesse voluit *Alexander Severus*: *Adrianus Imperator* cum audivisset quosdam, qui *Romæ* docuissent, ob decrepitam senectam muneri suo obeundo non satis idoneos, emeritos per ætatem, magnis beneficiis cumulavit *Anaxarcho* Philosopho, cum Quæstori suo jussisset *Alexander*, dare quantumcunque ille postularet, inaudita postulatione turbatus Quæstor, cum *Alexandro* indicasset philosophum petere centum talenta, Rectè inquit fecit, probe conscius se amicum habere, qui tantum dare & possit, & velit. *Xenocrati* Philosopho quinquaginta talenta dono misit, ea quum ille recusasset accipere, dicens, sibi non esse opus, interrogavit, amicum ne ullum haberet, cui esset opus? nam mihi

inquit

inquit vix *Darii* opes in amicos sufficiunt. delato ad ipsum scriniolo, quo nihil inte *Darii* pretiosius, pulchriusve repertum est, ‹ retur in quem usum destinandum esset, aliis suadentibus, huic optime inquit servandus tur *Homerus*, sentiens nullum esse thesauru pretiosiorem.

Plura dicerem, *Auditores*, sed sentio mil loco ex ipsa præstantiæ literarum cogita idem accidere, quod disertissimis nonnulli toribus evenisse *Lucianus* scripsit, ut cum fi Regum splendidissimis atriis & varietate num insignitis palatiis verba fecerint, pul dinis intuitu perturbati, in medio orationi tanquam attoniti constiterint, subitoque tuerint. Quare ne & patientia vestra, & at ne abuti videar, finem dicendi faciam. Au literaturæ, & eruditionis præstantiam, & d tem: quantis homines literatos comitetur h bus, quam nominis sui famam sibi pariant ‹ ctrina, & eruditione conspicui, quam alte se gnatum, Principum, Regum amicitias ins Audivistis nihil in hoc Universo dari, n hominibus desiderari posse, nihil excogitari pretio cum ea comparari possit, aut debeat restat? hoc unum Studiosi, & commilitor tandem & ad vos mea se convertat Oratio, num, inquam, ut eam quam tantopere vobi mendavi literarum præstantiam, serio ad a revocetis. Quis enim tam aversus a *Musis*, terarum decus non admiretur? quis ad Sapi *Socratis*, sublimitatem *Platonis*, ingenium *A lis*, eloquentiam *Demostheni*., non obstupesca denique scientiæ, & cognitionis studio noı tur, atque adeo doctrinam, eruditionem, arı magni faciat? cum nulla instituendæ vitæ r via animo, & cogitatione concipi queat, qı ita literarum auxilio indigeat, ut eas si ‹ stulerit, Solem ipsum de mundo sustulisse

ur. *Themistoclem* olim cum somnum capere *Adolescens* non posset, dicere solitum tradunt, se *Miltiadis* trophæo quiescere volentem, identidem excitari: quanto eos acrius incendi ac inflammari necesse est, qui quotidie non unius, sed innumerabilium hominum eruditione præstantium trophæo non è marmore, & lapide peregrino constituta, ad exigui temporis memoriam, sed ad omnem æternitatem commendata litteris, intuentur? easque opes quæ nec furem, nec prædonem timent, nec incendiis, ruinis, naufragiis obnoxiæ sunt, nec ullis denique casibus erui possunt? Molestiæ hic omnes si quæ se offerunt devorandæ. Nihil enim est quod non expugnet pertinax opera, & ut invia virtuti nulla est via, sic & nulla diligentiæ, & labori, qui omnia, ut cum Poëta loquar, vincit improbus. Non de nihilo *Musas* Poëtæ in montis cacumine sedem suam fixisse fabulati sunt, & labores, sudores, vigilias, ad earum atrium excubare voluit Antiquitas sapientiæ magistra. Sciebant enim viri prudentissimi, non alia ratione eruditionem parari, non alia lege, & conditione obtineri, Eruditionem autem, amare, imò & venerari vos scio quæ nulli præclusa est, omnibus patet, omnes admittit: sed ut natura gemmas altissimè recondidit, vilia contra passim obvia sunt: ita quæ optima nonnisi summo studio eruuntur & animi cottidiano, ut sic dicam, vomere proscindendi, & obserendi ad meliorem frugem. Non alia, Studiosi, ad eruditionem via est, non alia ad honores. In Flore vitæ estis, & ut corpus labori, mens ferendæ intentioni par redditur: non alii anni commodi huc magis, & apti: nisi ad magna, & alta nunc itis, nunquam postmodum perventuri. Occasio, cujus prætervolat opportunitas, nata vobis in hoc *Athenæo* protrudendi studia vestra, & perducendi ad metam. Illa si continuè ab ingenio vestro aliis omnibus curis & cogitationibus ex animo abjectis, foveantur, tandem in luculentissimos progressus e-

rum-

rumpent. Neglecta tarditatem vestram non
ctant, dum enim differtur vita transcurrit, 8
nimis vos subitura pœnitudo transacti desidi:
poris. Soli natura, cessante cultura, sterilescit;
toque melior terra, tanto deterior fit neglecti
nestarum artium semina, animi vestri gerun
exercitatione, & industria excitantur, non
quàm scintilla levi flatu adjuta ignem suum
cat. Illa modò una ingeniorum pestis fugiat
pervenisse vos putetis, quò adspiratis. Ala
hic opus, & constantia, nec ante in hoc *Ma*
stadio currendi finis, quam præmium vob
manu. Impetus dilatione, & mora extinguit
dustria, & labore augescit, & nihil tam a
quo non penetret studiosa, & fervida anir
Magnum quoque vectigal parsimonia, se
quam majus quam hic Socordiæ breve, & pa
ne sensu gaudium est; sed diligentiæ fructus
serit, neque nunc solum, sed in futurum de
Ubi quæso, istam egregiam indolem, quam
risque vestrum videmus? ubi istud ingenii
omnia summa natum, ubi istam partem ætat
concipienda doctrinæ semina omnium a
mam, aut honestius, aut suavius, aut fruct
collocare poteritis? Cogitate quantum adsi
prosit, quantum intermissio noceat. Illa vires
tur ac glíscunt: hac carpuntur ac deteruntur. S
tantillum de solita contentione remiserit, p
it, quicquid parum erat, *longique perit labor*
anni: simul atque progredi desierit, regre
necesse est. Venatores intuemini, nihil illis
le, nihil arduum, nihil impervium est, sub di
noctant, nives, grandines, nimbos, procella
mem, sitim, frigus, vigilias ferunt, cum apr
pis, ursis, aliisque indomitæ feritatis animalil
vita sæpenumero decernunt, ac dimicant:
quanto illi ad prædam, tanto ad eruditione
dore feramini, ullam vobis, ne ad eam pen
tis, difficultatem obstare patiemini! Fruimi
ca

casione, quæ sese nunc offert, & aures vestras sæpe feriat, imò mentem, laudata illa vox, πολυτελέστατον ἀνάλωμα Χρόνος. Pulchra hic si usquam parsimonia, imo tenacitas & avaritia; contra nihil temporis jactura turpius: cujus serio multi sed sero nimis deplorant damna omni æstimatione majora. *Solonem* unum ex Sapientibus *Græciæ*, tanta olim discendi cupiditate exarsisse ferunt, ut etiam circa ipsam mortem: Nam cum langueret fatiscentibus jam viribus, & adstantes amici aliquid inter se differerent, ille caput sustulit, & flexit ad audiendum: interrogatusque quo fine tunc aut fructu? nobilem illam vocem edidit; *ut cum sciero doctior moriar*. O desiderium! & quid in vita, aut ejus flore faciendum, cum ille hæc sub mortem, & in ipso decrepitæ ætatis deliquio? Facessat ergo hic impudens eorum querimonia, qui naturam accusant, quod hominis vitam tam angustis spatiis finierit, quum satis longa sit cuique vita, si parcè dispensetur: Ut & supina illa, & projectè mollis quorundam ignavia, qui ad somnos nati videntur, & pandiculationes, ad otia, non ad studia, temporis prædunculi, fuci, tenebriones, licentiæ alumni, qui non ut vivant, edunt, sed vivunt, ut edant, digni quos irata *Minerva*, casside sua, & cuspide arceat ab adytis *Sapientiæ*, dum turpi marcescentes otio non tam vitam agunt, quàm prætervehuntur, nec vivunt, sed in vita morantur, quamvis ad extremam senectutem perveniant: quid enim illos anni tot per inertiam exacti juvant, actu metiendi non tempore? cum neque sibi, neque aliis utiles, ita vitæ curriculum conficiunt, ut, veluti naves nullum sui vestigium relinquant, nihilque agant, quo se homines esse testentur. Hos fugite Commilitones, & quas in vos Natura dotes contulit, ne patiamini ut aquam immotam sordescere. Neque enim in vos benigna fuit, ut suum beneficium negligeretis, & ab illustri hoc *Lycæo* vacui,

& ut-

& inânes velut ex incendio, ruina vel r
domum rediretis:

Αἰσχρὸν γάρ δηρόντε μένειν, κένε όντε
Dixi.

ORATIO XX

In vituperium Loquacitati

Habita à

NICOLAO BERCKEL

ITa fere natura comparatum eſt, ut q
rebus ſumma ad omnes dimanat utili
iiſdem vitio aliquo interveniente, naſcat
ma pernicies. Quid ſtellis, & aſtris ſi
quid ad conſervationem corporum ſublu
magis neceſſarium? at ex iiſdem ſi quæ
rum commodè jungantur, quanta m
calamitas? Aere ſpiramus, verum is
quantam ſtragem infert animantibus? F
& maria quàm commoda ſunt generi h
ad itinera, vitæque commercia? Verum
concitatis, aut exundantibus, quantum
quantum periculi? Terra fœcunda rerum
parens, ſuas habet concuſſiones, hiatus,
exhalationes peſtiferas: nec alia parit pl
norum, quàm quæ frugum, ac medica
barum fertiliſſima eſt. Adeò late patet illa
t a omnium ore trita; *Ubi mel, ibi fel, ubi
t iber.* Idem mihi dicere fas de hominis lin
u: nihil ſalubrius eſt, ſi quis benè, & ut
ntatur; ita nihil nocentius, ſi quis malè. H
eſt, Auditores, cur impræſentiarum apud
ea declamare, & individuam ejus com
quacitatem (vitium ei non minus frequen
perniciuſum) ſuis coloribus depingere in
induxi. Unum tantum à vobis contendo

mnes, quotquot hic adeſtis, quandoquidem ad omnes hæc oratio pertinet, his auribus, atque animis, auſcultetis, quas in rebus graviſſimis, maximiſque benè conſulenti præbere ſoletis.

Atque ut paucis quod res eſt dicam, & mentem meam, quod hic palmarium duco, ſine verborum apparatu, circumſcribam, quid quæſo Homini totius Univerſi compendio, quid naturæ miraculo, & ſoli ad ſapientiam, & prudentiam nato, loquacitate ſordidius, quid turpius, quid indignius eſſe poſſit, non video? Multa quidem vitia dari, non eo inficias, quæ homini odium, aut invidiam conflant, qualis eſt arrogantia, & violenta nimis dominandi libido; quædam contemptum, ut luxus, ebrietas, crapula: at nullum eſt, quod hominem exoſum magis, & ingratum reddat, quam garrula, mordax, & importuna nimis loquendi licentia, quam Loquacitatem appellamus. Multa quoque ſunt fateor perdundæ vitæ mortalium inſtrumenta; multa adminicula, ut bella, veneficia, incurſus ferarum, peſtilentes morbi, terræ motus prodigioſi, fulmina, tonitrua, inundationes, aliique caſus innumeri, ex quibus tamen tanta non oritur pernicies humano generi, quantam huic Univerſo adfert effrænis linguæ dicacitas. A qua vel natura ipſa hominem dehortari videtur, quæ duas illi quidem aures dedit, at unam tantum ei linguam, ut nempe diſcat plus audire, quàm loqui: ſeptam quoque & undecunque cinctam forti labiorum vallo, dentiumque repagulis, ne temere quid effutiat, quid eliminet, ſed proferenda ponderet, & ad lancem rationis expendat. Imò cum ſapientiſſimus ille rerum conditor Deus, linguæ ſedem in altiſſima corporis parte collocarit, nonne ſatis ſuperque nobis declarat hujus membri dignitatem? Deinde quod in confinio cordis, & cerebri ſitam eſſe voluit humanæ vitæ interpretem, an non evidenter nos docet, eam non oportere diſcrepare à corde, ſed obtemperantem eſſe rationi, cui ſubjecta eſt, nec prius in vocem debere prorumpere quàm adhibitis in con-

consilium vicinis sensibus, præcipuè auribus, atque oculis, quibus inter corporis sensus principatus tribuitur? Sed multo magis consulendæ sunt interiores animæ vires, intellectus, seu ratio ac memoria, quibus & ipsis sedes, & officinæ sunt in cerebro. Unde satis liquet, quam præposterè faciunt hi, qui dum flumen verborum habent, mentis vix guttam, prius linguam laxant in verba, quam aut audierint, aut viderint, aut quàm animo perpenderint; quale sit illud de quo velint loqui, aut quales illi sint, apud quos verba facienda sint, cum oporteat hujus membri ministerium omnium esse postremum. Ideo quemadmodum natura voluit, linguam humanæ vitæ moderatricem esse promptam officio; ita diligenter admonet, ne præcipiti, petulantique facilitate perniciem afferat pro utilitate, exitium pro officio, venenum pro remedio; eoque cum oculos binos, aures binas addiderit, unicam duntaxat linguam dedit; cumque aures sic finxerit homini, ut semper habeat patulas quæ nec claudi possunt nec averti, linguæ contra valvas objecit labiorum, adversus effrænem ejus petulantiam, ne temere scilicet effundat quicquid in buccam venerit. Quo vitio vix aliud fuit apud *Ethnicos* etiam homines detestabilius. Hæc enim una ad bellum tuba, hæc tumultuum, & seditionum flabellum, hæc rixarum, contentionum, dissidiorum irritatrix. Miramur piscem *remoram* corpusculo pusillo, halecis magnitudinem non superante, navem ingentem plenis velis, prospero, & secundo vento citatam repente sistere; sed longè majori admiratione mihi dignum videtur, linguam multo minorem *remora*, tot hominum millia, quocunque lubitum est flectere, concitare, armisque inter se committere. Hæc namque illa est quæ versutis consiliis miscet res humanas, quæ pejerat, calumniatur, quæ susurris, ac delationibus dirimit amicitias, quæ compita, vicos, pagos, *urbes, provincias*, regna perreptat; hæc in regnis,

pro-

provinciis, urbibus, pagis, compitis, in omnium ædes, in omnium animos penetrat. nusquam non pedem figit, nihil intactum, nihil inausum relinquit, adeoque passim grassatur, ut nullus Orbis terrarum angulus ab ea tutus sit, imò nullo non loco, nullo non tempore paratum, & expeditum habeat venenum. Sed quis tandem finis si omnia ad amussim recensere mihi esset animus: dolia *Danaidum* citius expleverim, & *Eresichthonis* famem, quam hanc (ut cacoëthes est hujus ævi) cupidam semper malorum, nunquam saturam. Nihil Natura, nihil Autor Naturæ frustra facit: sed quid Deum, quid Naturam loquor? nihil bruta faciunt, nihil elementa operantur, nihil agunt, quod ad sui conservationem non faciat, non tendat. Solus homo, nobilissimum animalium, magni hujus Mundi Epitome, nobilissimam sui partem *linguam*, quæ illi in salutem, & ad Dei gloriam data est, in exitium suum, & aliorum convertit. Quo procul dubio spectans non minus sententiosus, quam insignis Poëta *Euripides*, ἀχαλίνων, inquit, στομάτων τέλος δυστυχία. Nec mehercules injuria. Non potuit enim significantius exprimere linguam temerè vagam, incogitanter quidlibet effutientem, nullo consilio perpendentem quid deceat, quid expediat, quid non, quám quod sic garrientis os, dixit effræne, quodque incogitantiam ejus dixit exlegem. Quemadmodum enim equus nullo fræno coërcitus sepenumerò tum sessorem, tum se ipsum in præcipitia defert, perdens simul, & periens: ita lingua nisi rectæ rationis moderamine contineatur in officio, & fræno prudentiæ redigatur in gyrum bonæ mentis, exitium adfert non solum his, qui auscultant, verum multò sæpissimè ei qui sic temere deblaterat, & debacchatur, adeo ut qualem fructum adfert ager natura quidem bonus, sed neglectus, talem adfert lingua minimè muta suæ permissa libidini. Ex ungue Leonem. Quid calamitatum, oppressionum, depopulationum, rapinarum, scelerum usquam

quam, aut unquam fuit, nisi ab hoc fonte
cumspicite quidquid est in orbe funestan
gœdiarum, comperietis ferè malorum o:
originem fuisse malam linguam. Multos
cecidisse, non Annales solum, sed omniu
porum experientia testatur, at non paucio
gua. Exempla vultis adducam *Auditores?*
obvia sunt, & quæ sæcula id non docent
& profanas historias replicate, non aliter i
tis. Quid *Evam* omnium nostrûm matrem
dit, quàm quod serpentis susurris seduci,
niri se passa est? Quid *Adamum*, quid p
ejus, quam garrula nimis, & effrænis con
ceptæ lingua, cui auscultare maluit, quar
O utinam tunc nec *Eva* lingua, nec *Adan*
fuissent, tantum certe miseriarum, & ca
tum agmen, nec in se, nec in posteritat
traxissent. *Mirjam* Soror *Mosis* ob tem
linguæ licentiam, prorumpentem in mu
lepra corripitur. *Core*, *Dathan*, & *Abyram*
quoque linguæ fibula, & seditione in pop
versus *Mosen* concita, horrendo terræ hiat
uxoribus, & liberis absorbentur. *Samson*
titudine, visu, libertate, vita, garrulitas &
intemperantia spoliavit. *Clitus*, & *Calisth*
ex profanis historiis exempla quædam
cam) an non ipsi causam suæ necis deder
temperanter nimis sua libertate in *Alexa*
prehendendo abusi, quem vino & ira f
modesta alias, & humili admonitione c
potuissent, morte non solum declinata, sed
tia, & benevolentia ipsius erga se aucta &
mata? *Epicharmus* quum *Hieron* Siciliæ re
dam è familiaribus suis, è medio sustulisset
que post diebus eum invitasset ad cœnam
quit nuper cum immolares, amicos tuos
vitasti? Quæ vox incautæ nimis, & præcip
guæ, & mortem ipsi attulit, & tyrannum c
rem reddidit. *Antiphon* cum apud *Dionysi*
reretur, ac disputaretur quod æris genus e

mum: *Illud*, inquit, *ex quo statuas Hermodio, & Aristogitoni, tyrannicidis, erexerunt Athenienses.* Quæ oratio brevis quidem, sed dentata nimis, & mordax, Tyrannum ita irritavit, ut non nisi tragica ejus morte sedari potuerit. *Zeno* eidem *Dionysio* in matrimonium ab eo duas ipsius filias, egregia forma virgines, petenti; *Malo*, inquit, *pereant, quam tyranno nubant*: Quibus verbis vehementer commotus Tyrannus, eas illicò contrucidari, & mortuas ad patrem deferri jussit, ut linguæ suæ intemperantiæ pœnas daret, & tragico filiarum obitu, temperare sibi disceret, & cautius in posterum loqui. *Cicero* qui singulari sua prudentia Romam periclitantem ab interitu vindicavit, se tamen incautus perdidit, quod liberi nimis oris, dissimulare odium non potuerit, in patriæ perduelles, nec abstinere ab invectivis, tum in alios, tum in *Antonium*, qui ulciscendæ injuriæ sibi illatæ causâ, haud multo post capite, & manu, qua Philippicas scripserat, eum truncari jussit: omnibus documento, *Potentium* iras non provocandas, sed declinandas, non aliter, quàm in navigando procellam. Majorum nostrorum tempore *Enguerandus Marigneus*, qui sub *Philippo* cognomine *Pulchro* universam *Galliæ* rempublicam administrarat, post Regis mortem, quum ex eo quæreretur, quid certa quadam pecuniæ summa factum esset, respondit numeratam fuisse *Carolo Valesio* defuncti fratri, qui negans eum mentitum esse dixit. Quid ille? ira percitus, & linguæ plus nimio indulgens, nulla ejus quem alloquebatur dignitatis, regiique sanguinis habita ratione, responsare ausus est, ipsum esse, qui mentitur: quo convitio magni animi Princeps ita affectus fuit, ita exacerbatus, ut non ante quieverit, quam illum suspendio tollendum curasset; adeò verborum insolentia Principibus intolerabilis est, tantumque habet in se malorum membrum illud minutilum ac molliculum, nisi adsit animus integer, rector ac moderator, ut haud rarò sibi ipsi mortem inferat loquaculus, longéque

que præstet pede, quam lingua labi: quia
ctum, indictum fieri nullo modo potest.
certe & cor linguam suam, videlicet c
nem, qua homo loquitur sibi. Qui tutus
hanc linguam imprimis cohibeat, ne ma
corde conceptum aliquo casu, vel ira, v
vel provocatione suffundatur in linguam
deat per jugulum. Cujus mali præsentissi
medium est taciturnitas, altissimis flumi
milis quæ minimo sono labuntur. Eximia
cule virtus! Nemini enim loco, & tempo
se, sed intempestivè, sed imprudenter, &
locutum esse nocet. Qui tacere nescit, loq
rat, &, plerumque aut stultitiæ, aut male
crimen incurrit. Haud inscite Poëta, ἀκίνδ
σιγῆς γέρας. at contra periculosè plen
aleæ tractat, & incedit per ignes suppo
neri doloso, qui petulantis suæ linguæ cui
tiæ multum, sapientiæ parum, licentiam
ri, & fræno rationis inhibere & compes
quit. Quid homini in hac vita dulcius, q
vius esse potest amicitia, & arctissima an
conjunctione? hæc dirimit, *Damonem*
Theseum à *Perithoo*, *Achillem* à *Patroclo*
Quid rerum humanarum carius, quid p
nobis est fama, cujus dispendio, & dam
æstimatione majora sunt? hæc minuit, t
sugillat, rodit. Opes tibi sunt? si potest
Honores? privabit: valetudo satis prospe
det, offendet, adimet. Quid enim aliu
maledica, quàm sica, quàm gladius ven
ctus? Quis adeò demens est, ut viperam
foveat, pascat, amet? Talis lingua, im
omnibus nocentior. Scorpium exhorre
qui nec ferit, nisi imprudentem, nec sen
bet lethale venenum: at mala lingua long
ciosior, quia nulli parcit, & venenum e
per, & ubique mortiferum: serpit enim
rus in omnes, & ita natura comparatum
lædere ei sit facillimum, mederi diffic

[redacted]

Adhæc, quàm importuna omnibus, quàm molesta est, *Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas, pulsari*, nulli non obstrepit, in aula, in tribunali, in curia, in viis, in ædibus, in navibus, in vehiculis, in conviviis, in rebus afflictis, ægritudinem, mærorem, luctum conduplicat, in rebus lætis, ceu nubes ac tempestas quædam exorta, tristitia obnubilat omnia : in vectatione plus adfert vertiginis, quam ipsa jactatio, in navigatione suo tædio superat ipsam nauseam : in itinere pedestri facundus comes pro vehiculo est, garrulus contra pro onere, pro sarcina, in symposiis, aut cænis collatitiis in quibus loquendi, tacendique vices laudari solent, pro voluptate tædium, & molestiam adfert, dum per garrulam ejus, & pendulam nimis linguam, nec citharam audire, nec comœdiam spectare licet, aliorumque sermones accipere, ac vicissim reddere prohibemur. Quid multa? Importuna verè vasa & molesta, quæ dum maximè tinniunt, liquoris minimum habent. Verbò. Homines ad tonstrinam nati, aut pistrinum, & famæ aliorum non præcones, sed prædones.

Longum esset, Auditores, omnia recensere quæ huc faciunt. Finem dicendi facio. Fugiamus quæso, & quidem sanguine viperino cautius, omnem *ἀθυροστομίαν*, imo, & multiloquium, in quo non potest deesse peccatum, cum Deus battologiam omnem damnet, etiam in orando ; amemus silentium, veloces ad audiendum, tardi ad loquendum, & ad verborum ; linguæque certamina rudes. Ne laxemus fibulam linguæ in sermones supervacaneos, quandoquidem de quolibet verbo otioso redditури sumus rationem in die judicii, sinamus fatuos fatua loqui, nos ambiamus, ut de nobis dici possit ; *Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur Judicium*, & juxta magni illius *Pauli* monitum : sermo noster sit semper sale conditus in gratia, ut sciamus quomodo nos oporteat unicuique respondere. Nullus sermo malus prodeat ex ore nostro, consentiat lingua cum animo.

mo. Si veritatem diligimus, absit mendacium ab ore nostro. Si *Paulo* auscultantes, quæcunque vera sunt, quæcunque honesta, quæcunque justa, quæcunque amabilia, quæcunque virtutis sunt, & ad laudem disciplinæ pertinent, cogitamus, ac meditamur, eadem, & lingua nostra cogitationum interpres proferat. Sed quod præmium *Paule*, dicat hic forte aliquis? Audi maximum: *Et Deus*, inquis, *pacis erit vobiscum:* quam vobis, mihi, omnibus, ex animo precor. Dixi.

ORATIO XXXVII.

Habita à

JACOBO E. F. vander DUSSEN.

In laudem Eloquentiæ Ciceronis.

NOn equidem dissimulare possum, summo cum pudore, atque aliquo prope cum tremore, me in hunc locum conscendere, quandoquidem omnia illa, & singula quæ illis qui ad dicendum prodeunt, timorem, & ruborem adferre consueverunt, mihi sese cumulatè hoc loco objiciant. Etenim ex eo nunc loco, qui & ad agendum amplissimus, & ad dicendum ornatissimus semper mihi est visus, præsentibus viris illis loquor, qui Doctrina, & rerum scientia antecellunt, & inter Oratores, aliis longè eloquentiæ palmam præripiunt; de eo denique argumento verba facio, cujus tractatio non inficior multo gravior, ac difficilior est, quàm ut vel ingenioli mei tenuitati, vel ætatis hujusce meæ judicio convenire videatur. Sed cum mihi jam ab ipsis studiorum meorum incunabulis, plus nimio perspecta sit vestra in audiendis iis, qui ex hoc loco ad vos declamare solent, humanitas, & benevolen-

[redacted]

tia, addidit mihi ſtimulum humanitatis veſtræ fiducia, ut & ego aliquid auribus veſtris haud ingratum tentarem, ut ſi non à dicentis merito, ab argumenti ſaltem dignitate gratiam aliquam apud vos demereri poſſit. Fert enim animus, poſthabitis omnibus quæ me ab hac dicendi provincia deterrere potuiſſent, inpræſentiarum, in ejus me effundere laudes, qui communi doctiſſimorum omnium calculo, ac ſuffragio parem neminem in Eloquentią, nedum ſuperiorem habuit. Rem fateor arduam aggredior: Cujus enim tantum eſt ingenii acumen, tanta dicendi vis, tantaque copia, ut eum pro meritis laudare queat, qui omni laude ac prædicatione major, ipſus ſe ſatis commendat, & de quo, ut verba *Saluſtii* mea faciam, tacere longè præſtat, quàm pauca dicere: apertis tamen carceribus ſtili equos emittere ſtatui ad palmam, memor illius Poëtæ ſententiæ:

Τόλμη δικαία καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Nihil hic, Auditores, de Patria *Ciceronis*, nihil de ſtirpe ejus, ac proſapia, nihil de parentibus & conſanguineis in medium proferam. *Nam genus, & proavos*, ut benè alibi ingenioſiſſimus ille Vates, *& quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco*, ad arcem cauſæ, & ad ea venio (quis enim alias finis?) quæ *Ciceroni* magno illi dicendi Magiſtro propria, & præ aliis admiranda fuerunt, agnatam ſcilicet ejus, & longo rerum uſu ſubactam, & excultam eloquentiam. Sed & in hoc uberrimo argumenti, & materiæ campo, exclamare mihi liceat, cum principe illo Poëtarum *Homero*:

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

Verba enim cum ſpecto, & verbis unicè ſollicitum fuiſſe judico; cum res intueor, ita rebus addictum ut plenus ſpirituum, & ſanguinis, verba neglexerit, prope ſuſpicer; cum omnia perſpicio, bina hæc in eo ſumma reperio.

Quis enim Ciceronis lepores, floſculos, quis Ve-

neres, & elegantias? quis ſtimulos, quis acumen in diſputando, in ſcriptis ſententias paſſim acres, penetrantes, & quod caput, ſalutares, mirari ſatis queat, quis mente aſſequi, quis cogitatione complecti? Quis copiam & dicendi vim, quis ſimilitudines melle dulciores, figuras, ſermonis mangonia, quis Romanæ dictionis ornamenta, verborum phaleras, quis acrimoniam ubique, & ſententiarum argutam ſuavitatem, ac eruditam elegantiam, omni auro magis auream quas Orationibus ſuis immiſcet, & unus in eo genere triumphat? Quis digreſſiones ejus verè graves, exclamationes patheticas, interrogationes emphaticas, proſopopæias, rationum pondera, abunde ſatis deprædicet? Quis affectus quibus Auditorum animos movet, flectit, percellit, ferit, & blanda quadam vi trahit in veritatis, quam defendendam ſuſcepit, aſſenſum? qua qui non excitatur, dignum judico qui ad *Inferorum* tribunalia relegetur.

Non me fugit, Auditores, *Romæ* quæ *Latialis* facundiæ domicilium fuit, elegantiæ ſedes, & *Muſarum* ac *Gratiarum* omnium ſacrarium, tempore *Ciceronis* nonnullos extitiſſe inepte ſciolos, qui circumforanea, & verboſa è trivio petita loquacitate, clamandique robore, in frigidis verborum lenociniis, grallatis vocabulis, & jejunis dictionum pigmentis, eloquentiam, ac dicendi facultatem collocandam eſſe ſtatuebant, vernili famularum cinctu & veſtitu Dominam dehoneſtantes: Sed ut viris illi doctis, & eruditis diſplicuerunt; ita prodeunte in publicum *Cicerone* in contemptum venerunt omnes illi dicaculi, nedum garruli, & ad tantũ nativæ, ac veræ eloquentiæ jubar diſparuit, nebulæ inſtar, omnis illa verboſa, & importuna dicacitas: utpote qui melius longe, & exactius in Philoſophorum, ac Oratorum Schola inſtitutus, legum non ſuperficiaria, ſed plena, ac ſolida cognitione imbutus, Antiquitatis ſcientia inſtructus, in hiſtoriis verſatus, in Philoſophia minime peregrinus, doctius, ſolidius, & eloquentius longe aliis, quæ di-

dicenda habuit, ſine fuco, inaffectata ſimplicitate, & naturali pulchritudine, inſtar fluvii ſcaturientis, in medium proferre potuit.

Quàm enim præclarè *Platonis* Academiam, *Stoicorum* Stoam, *Ariſtotelis* Peripatum ſpirant, ac redolent, quæ ab eo divina propemodum eloquentia diſſeruntur, cum de virtutibus Imperatoris (ut ex ungue leonem) in *Manliana*; de corporis, & fortunæ bonis in Oratione pro *Murena*; de Amicitia pro *Plancio*; de amore Patriæ in haruſpicum reſponſis; de veritate pro *Cælio*; de Clementia Principis pro *Marco Marcello*; de Invidia in Oratione pro *Cluentio*, tam eruditè, tam graviter, tam copiosè diſſertat. Ne quid hic loquar de Monitis ejus quæ paſſim ſcriptis ſuis, & Orationibus inſpergit, quæ politicam ſcientiam in eo non vulgarem, ſed ſummam, ſed admirandam redolent, adeò ut ſi in ea diſciplina nihil à quoquam ſcriptum fuiſſet unquam, aut editum, ex ſolo *Cicerone* inſtrui, concinnari, & adornari poſſet. Nam quam doctè hic noſter, quàm diſerte de Magiſtratus officio diſputat in Oratione pro *Flacco*; de ſalute Reipublicæ, privatis rebus anteponenda, in Oratione pro *Sylla*, de vigilantia pro *Plancio*; de tyrânnide fugienda, & libertate Patriæ defendenda in *Catilinariis*; de mora & procraſtinatione in urgentibus Reipublicæ negotiis vitanda, *Philippica* ſua 4. 5. 6. quantus ubique in iis vigor & calor? quàm omnia animata, & ſpirantia? ut excitari vel ignava & jacentia ingenia neceſſe ſit, & tepida aut frigida calere. Imò non ſcripta legere, ſed verba audire, nec imaginem ejus in libris, ſed ipſum *Ciceronem* oculis uſurpare videamur, *Torrentem, ut pleni moderantem fræna Theatri*. Quanta porro hic noſter rerum naturalium cognitione, præ aliis eminuit? quàm doctè, quàm copioſe, quàm facundè de corporis humani ſtructura, partibus, lineamentis diſſerit in Oratione pro *Cluentio*? de victus ineunda ratione 2. *Agraria*, de terræ motu in haruſpicum reſponſis, de cæli curſu, aſtrorum influ-

parabilis præ aliis excelluit, nesc
tatis suæ genium spirans? quam
populoque Romano non semel
Jurisprudentiæ laudes , quis leg
tem modo, sed & necessitatem m
didius commendare posset , qua
pro *Cæcinna* ab eo factum ? Ade
Papiniani discendi desiderio tenea
felicius , & majori cum fructu le
ruminet.

Adhæc quanta (ut altius adhuc
Tullianarum pelagus provehar) qu
in *Cicerone* nostro fuit Antiquitatis
ta Historiarum quibus fidem sibi,
defendendas suscepit, conciliat ? Sc
res, scatent passim exemplis virtut
sa suberrimis Orationes ejus, quibus
Rempublicam Romanam in amore
admirationem sui pertraxit ? Quis o
titudinem de Republica benè mereri
in Oratione pro *Sextio*, *Brutorum*, *Ca*
cionum exempla, tanto sententiarum
ta stili sublimitate, Auditoribus s
proponit, qui licet in summum apu
ptum venerant, Reipublicæ tamen,
ram dare non dubi...

ejus, & extemporali oratione, ſtetit attonitus, indolere ſe *Græcorum* fortunæ dictitans, quibus una jam laus Eloquentiæ reliqua, per *Ciceronem* Romanis accederet. Quanquam enim proprietatem Romanæ linguæ ſimul cum lacte materno, puriſſimo ſæculo, ex ipſo Latinitatis penu hauſerit, aliunde tamen, qua erat judicii ſagacitate, & acrimonia, divinum illum ſuum ſermonem, majoribus incognitum, poſteris omnibus admirabilem, deprompſit, & alia longe quam Latina exercitatione auxit, & aluit. Ille enim quo inter aliōs excelluit ſermo, non in Italia natus, ſed è *Græcorum* ſubactiore diſciplina in *Italiam* tranſlatus fecit ut ſola *Ciceronis* Oratio, præ reliquis omnibus Romanis, qui illo ætate aut ſuperiores, aut ſuppares fuere, ſub Regibus, Decemviris, Principibus, non colore ſolum nativo pure tincta, ſed Atticarum Venerum ſucco plene imbuta, & *Græcorum* eruditione corroborata, tantum emineret inter ſummos illius temporis Oratores,

Quantum lenta ſolent inter viburna Cupreſſi.

Inſigni omnibus qui Scholis præficiuntur, documento, ne unquam committant, aut nimia facilitate, aut incuria, ut græci illi Sapientiæ fontes, in deſuetudinem veniant, aut deſpectum, apud illos quorum maxime intereſt his Muſis græcanicis inſtrui. Nam ſi ipſa Latinitas florentiſſima ſua ætate, in ipſo puræ, id eſt Romanæ locutionis centro, *Roma*, domicilio Imperii, in ipſo *Cicerone*, omnium ſuffragiis uberrimo, & inexhauſto Eloquentiæ fonte, ad ſummum perfectionis apicem ſine græca lingua non aſſurrexit, quæ illa ſodes dementia eſt in ſola Latina quærere quod *Cicero* ipſe, qui victurus quandiu ulla nominis Romani extabit memoria, abſque Græca non invenit? Cur temere quis ſpetet conſequi, quod ille non potuit, cui imprudenter contendat eam inire viam, quam inſiſtere noluit, cur ejus exemplum detrectet, quem ſolum, aut potiſſimum ea in parte, & arte tanquam ſummum ducem ſequendum eſſe de-

nemo non ſtatuit? Niſi forſan *Cicero* ipſe judicio quidem pollens, aliis tamen & inutilis conſilio, & ineptus exemplo plane eſſe videatur. Quas igitur *Cicero* ſummus ille eloquentiæ parens, linguas ſibi reipſa utiliter, aliis exemplo prudentiſſime conjunxit, & filio *Athenis* agenti in convictu ac contubernio hominum doctiſſimorum, conjungendas injunxit in Philoſophia ſolum, ſed & in ipſa dicendi exercitatione, abſit, ut earum ſtudium, & amor animis noſtris unquam exoleſcat, aut aliqua in contemptum veniant, quæ ſummam apud doctos omnes, & literatos laudem merentur.

Sed ne attentione veſtra longius abuti videar, finio: nam de tanti viri laudibus plura dicere ſupervacaneum eſſe arbitror, quod *Ciceronem* niſi *Cicero* nemo dignè laudaverit. Sed ad vos me converto Studioſi, *Muſarum* alumni, honorum candidati. Audiviſtis magni Oratoris magna encomia, & ſummi dicendi Magiſtri laudes, quæ longe fateor infra viri hujus incomparabilis merita, & dignitatem ſubſidunt, ſed quæ vobis, & mihi eſſe debent ſtimuli ad imitationem ejus, quo eloquentiorem nec Sol vidit unquam, nec terra tulit. Quid enim eruditio pura, & nativa Latinitate deſtituta, niſi infans rerum cognitio? Quid artes, & ſcientiæ, niſi eas eloquentia comitetur, quæ dilucidè cogitata mentis enuntiare poſſit? Quid literatura, ab omni ſermonis elegantia aliena, niſi mera balbuties? cum omnium aliarum facultatum ſtudia à ſe ipſa relicta eſſe videantur, niſi eloquentia præſidio inſtructa, & munita fuerint. Imo quemadmodum imperator ſui eſt ſervator exercitus: ita Eloquentia ſapientiæ conjuncta, humanæ vitæ gubernatrix eſt. Ideo olim arctiſſimo inter ſe vinculo jungi *Mercurium*, & *Palladem*, Antiquitas voluit, quod ſine facundia, ſapientia, prudentiaque illa rerum humanarum Regina, & civitatum Domina, atque Imperatrix, nulla ſit. Et profecto ſi ii qui pacis tempore in armis tractandis ſe exercue-

runt,

runt, usu plus, quam corporis viribus, & robore præstant, galeam alacres induunt. & sagum, hostilis exercitus aut frontem petunt, aut tergum adoriuntur, aut cornua lacessunt, collato cum eo pede prælientur, aliaque militiæ munia obeunt, quis non scribendi, dicendique illis exercitationem necessariam esse judicabit, qui in hominum oculis aliquando versari, cathedram conscendere, publicè verba facere, causas agere, legationibus fungi, aut alio quopiam modo Oratorum partes tueri cupiunt? Vidit hoc princeps ille Philosophorum *Aristoteles*, qui Rhetoricam horis pomeridianis docuit in *Peripato*, & ea dicendi copia fuit, ut eum Oratorum Princeps auro fluentem fluvium appellarit. Vidit & *Cicero* noster Romani eloquii flos, qui in colenda Oratoria totus fuit, & tantum abest, ut Philosophiam ab hac alienam esse judicaverit, ut contra profiteatur, se non aspernaturum eum Philosophum, qui eloquentiam attulerit. Vidit *Theophrastus*, qui à divina loquendi facultate nomen retulit. Viderunt & ii qui Scholis unquam cum laude præfuerunt, rati rerum scientiam ita esse cum facultate ornatè, copiosèque dicendi conjunctam, ut eas qui distrahere conarentur, & vel rerum cognitionem sine ullo politæ orationis adminiculo, consectari se dicerent, vel verborum flosculis, & elegantiis contenti, ne aspirarent quidem ad solidioris doctrinæ gradum, pessimè utrosque tum suis, tum aliorum studiis consulere, & perniciosum quasi corporis, & animi dissidium inducere. Quid restat Studiosi? Hoc unum, ut hunc Eloquentiæ patrem colatis unicè, & in pretio habeatis. Et fiet si à vobis continuè legatur, volvatur, teratur. Mirum quantum ad stili ubertatem, & copiam, ad purioris Latinitatis elegantiam, quantum ad parrhesiam, & dicendi libertatem, vobis adfert emolumenti, quantum utilitatis, indefessa tanti Oratoris lectio, in qua multum profecit, si cui vel in ipso limine placere cœperit ille,

Flos illibatus populi, Suadaque medulla.

ORATIO XXXVIII.

In luxum Vestium,

Habita à

PETRO N. P. vander MAST.

SI eruditorum idem quod vulgi judicium esset, & quantum in triviis, ac circulis, imperitorum clamores, tantum in Scholis, & literatorum subselliis, impudentia valeret, difficilem plane, atque odiosam provinciam me suscepisse existimarem. Quam enim, obsecro vos, gratiam apud eos demereri posset is, qui ea sibi perstringenda proponit, quæ plerique proh dolor! hoc tempore & probant, & omni studio affectant, luxum nempe vestium, & pompam? quæ usque eò hodie processit, ut plebeii vix, & è trivio homines, à Patriciis discerni queant, externo vestium cultu, ut verè nunc mihi exclamare liceat cum Poëta nostro Venusino, *Nil medium est*. Sed cum in publica doctissimorum virorum corona, ea demum probari sciam, quæ non ad populi vitia fovenda, sed extirpanda, & hominum non corrumpendos, sed informandos mores serviunt, vestrum prodire in conspectum minimè dubitavi, impositaque mihi provincia defungi. Quæ tota in hoc cardine vertitur, ut immoderatum vestium luxum, qui nunc ad nauseam penè, bonorum omnium in omnigenæ sortis, & conditionis homines irrepsit, hac mea Oratione proscindam, & quà fieri potest in odium, ac contemptum adducam. Vos tantum favete, Auditores, & ista favoris vestri, & attentionis aura conatibus nostris adspirate; qui si expectationi vestræ non planè *& plenè* respondent, humanitatis vestræ erit, in*fantiam* nostram, in his dicendi Tyrociniis agno-

ſcere, & palpo benevolentiæ veſtræ

Currenti ſubdere calcar equo.

Nam ut bene alibi Poëta, *Audacia certe,*

Laus erit, in magnis, & voluiſſe ſatis.

Ut igitur ſemotis verborum ambagibus, Medicorum in curandis morbis exemplum imitati, cauſam, Auditores, inquiramus effrænis hujus in veſtibus licentiæ, certè ſi rem recto judicii oculo æſtimemus, paucos reperias, quibus Ambitio, Nobilitatis opinio, vanitatis, & in mulieribus formæ ac nitelæ ſtudium, unica non ſit corporis amictus, veſtiumque luxus, cauſa, & argumentum. Idcirco Artifices hodie manuarii Mercatorum, Mercatores Nobilium, Nobiles Principum habitu incedunt, & ut ſui ordinis homines antevertat, ſuam quiſque auget, imò deſerit vitæ conditionem. Tanta autem eſt hac in parte omnium intemperantia, ut vel peccetur in exquiſita veſtium materia, cum ſericis pro panneis utuntur veſtibus, vel in limbis latiſſimis, auro argentoque intextis, vel in novo veſtium genere inviſo ante, & inaudito, adeò ut peritiſſimi Sartores, qui ante annos aliquot in arte ſua excelluerunt, hodie Tyrones ſint.

Exempli gratia, in tunicarum muliebrium formis conchyliatis, crocotulis, ſyrmatis, manicis ampullatis, feneſtratis, contractis, ut brachiorum candor emineat, aliiſque vanitatis, & luxuriæ commentis, ne dicam ineptiis, & quiſquiliis, quas enumerare omnes ſi vellem, ineptus ipſe eſſem. Quorum omnium adeo ferax eſt mulierum ingenium, ut de cultu ſuo, veſtiumque nitela, curis omnibus aliis poſthabitis, ſollicitæ tantum eſſe videantur, & in florenti ſuæ vitæ ætate, non niſi inter ſpeculum, & pectinem verſari. Quæ cortinis, aulæis, pulvinaribus, lucernis, conopeis, purpuriſſis Soli fulgorem ſuum exprobrant: quæ calamiſtris, torquibus, gemmis, monilibus *Cleopatra* ſunt, & veſtibus variegatis ut pavones gloriantur. Verius hoc malum, Auditores, nec hujus

ſo-

ſolum ævi. Regius enim ille vates *Eſaias*, ſui tem
poris mulieres hujus vanitatis inſimulat, cum o
namenta capitis, brachiorum, manuum, pedum
lunulas, torques, armillas, monilia, mitras, pe
ſcelides, inaures, annulos, gemmas in fronte pe
dentes, palliola, linteamina, acus, ſpecula, ſind
nes, & vittas, aliaque pompæ inanis, & ſuperb
inſtrumenta, quæ excogitare ambitio, aut luxu
poterat, & ex quibus elegantiæ laudem captan
ordine, & examuſſim enumerat. Ut igitur (qu
non minor hodie, quam olim, multorum in am
ctu luxuria eſt, qui divitiarum non alium fr
ctum putant, quàm profuſionem (ut inquam gra
ſanti huic contagio occurratur, attendite quæ
mecum, tum quæ veſtimenti materia fuerit, q
primos noſtros parentes, Deus poſt lapſum co
decoratos eſſe voluit, tum quæ veſtimenti in i
fuerit occaſio. Sacram paginam replicate. Qui
nonne primæ *Adami*, & *Evæ*, tunicæ fuerunt pe
liceæ? Ut vel ex vili, & abjecto illo amictu d
ſcerent, quam celſo dignitatis gradu, perfid
ſua, & turpi ad Satanam defectione, decidiſſe
Adhæc quæ veſtimenti illius occaſio? non ali
quam nuditatis infamia, & pudor, cum ſe exim
illis Dei dotibus, ſanctitate, innocentia, & ſin
plicitate deſtitutos eſſe animadverterent: adeo
quoties in amictum noſtrum oculos conjicimu
in memoriam nobis revocet hæc veſtiendi neceſſ
tas, turpiſſimam hominis à Deo apoſtaſiam,
vulneris nobis per peccatum inflicti, cicatricem
identidem refricet. Jam quis furem, aut male
cum non jure rideat, ſi adeo perfrictæ frontis ſi
aut mentis inops, ut ex laqueo ſuo, aut cauter
animos capere, & in iis audeat gloriari? Tales i
qui laudem, & gloriam captant ex veſtium pom
pa. Nam cum ſint veſtimenta primis noſtris pa
rentibus, eorumque poſteris, ob ipſorum amb
tionem, qua ſe ſupra Deum efferre, aut ſalte
paria cum eo facere non dubitarunt, veluti qu
dam inuſta infamiæ nota, ſolus veſtium noſtraru

aſpectus, non ad ſuperbiam, & faſtum incitare nos debebat, ſed ad humilitatem, & inſignem animi demiſſionem. Certe qui gloriam in veſtibus quærunt, ambitioſis illis hominibus haud abſimiles ſunt, qui corporibus ſuis, ſani adhuc, & incolumes, magnifica, & ſuperba ex marmore, & peregrino lapide exſtruunt monumenta, & auro barbarico radiantia *Mauſolæa*. Quemadmodum enim ſepulchrum iis in memoriam redigit, corpuſculi ſui mox perituri fragilitatem, & inevitabilem moriendi neceſſitatem, & vel invitis inculcat ſalutaria monita queis faſtum omnem, & ſuperbiam animis ſuis extundant, ex eo tamen plus nimio ſeſe efferendi occaſionem captant. Ita cum ſint veſtimenta, perpetuum ad nos humiliandos peccati *μνημόσυνον*, ſplendidas tamen atque ſumptuoſas veſtes quaſi in Dei contumeliam circumferimus, tanquam ſuperbiæ noſtræ, & luxuriæ teſtes. Quo colore, Auditores, imo, qua fronte non video. Quicunque enim in luxu veſtium, plus æquo ſibi placet, aperte, & palam profitetur, quàm parum adhuc in ſui ipſius cognitione profecerit, quamque domi ſit peregrinus. Nam ſi probè intelligeret, inque eàm ſerio deſcenderet meditationem, corpus ſuum reverà nihil aliud eſſe, quam ſordium ſentinam, vermium eſcam, ſpolium temporis, ludibrium fortunæ, morborum omnium ſedem, miſeriæ trutinam, & calamitatis tabulam, de illo tantopere adornando, non adeò eſſet ſollicitus. Homines enim quid ſumus? & quamdiu equor hoc vitæ navigamus, quid niſi fluctus, & interdum ſerenum aliquod ſi blanditur, decipit, & fere tempeſtas major ſuccedit: quàm vivere hoc lubricum, & inſtabile! quàm fragilis materia, & levi caſu rumpenda!

Quàm neſcit eodem
Stare diu fortuna loco, quàm quidquid in alto eſt,
Labitur, ingentemque trahit ſors magna ruinam!

Quid quod ſtulta hæc, & immoderata curioſitas veſtium, manifeſtum indicium eſt, & indubita-

tatum τεκμήριον deformitatis animi. *Cato Censorius* damnans damnosam hanc insaniam, dicere solebat non minus verè, quàm eleganter: *In magna corporis cura, magnam apparere animæ incuriam.* Quid enim Matrona (quæ nativam formam possidet, arti nihil debet) decorè, & honeste vestita præ se fert, quid spondet, quid pollicetur? vultis dicam Auditores? pudicitiam & castitatem, unicum sexus fœminei ornamentum. Quid compta superbè, & fucata? impudicitiam. Quid molitur? perniciem suam & aliorum. *Cyprianum* magnum illum virtutis Magistrum audite in hanc rem differentem: Ad virginem quandam sui temporis verba faciens, *Si*, inquit, *tu te sumtuosius comas, & splendidius induta vestibus in publicum prodeas, oculos in te Juventutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem excites, excitatam nutrias, peccandi fomenta succendas, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & te velut dulce venenum aliis te intuentibus propines, excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica. Redarguit enim te cultus improbus, & impudicus ornatus.* Alibi hic idem Pater: *Si mulier se ornaverit, ut vultus hominum in se convertat, etsi inde nullum sequitur, damnum patietur æternum; quia venenum attulit si fuisset qui biberet.* Hi tamen hodie multorum mores sunt. Quod enim non cultui corporis quotidie adjiciunt mortale? Quam non novam insaniam insaniunt in pileis, barbis, calceis, palliis, togis: de singulis capillis in consilium itur, nutritur coma in fronte, luduntque jubæ per colla, per armos. *Batavi* sunt, & *Gallum* habitu mentiuntur, cothurnati incedunt, & mendacio staturam adjuvant. Celebrant apud Suetonium aureum illud *Cæsaris Augusti* dictum, *vestitus*, inquit, *insignis, ac mollis, superbiæ vexillum est, & luxuriæ nidus.* Ita profectò est Auditores.

Ut enim ex ungue Leonem, καὶ ἐκ τῦ κρασπέδυ τὸ ὕφασμα γινώσκειν, unicuique facile est; *ita ex* vestibus hominem. Vanitas earum, ingenii

hu-

ımani vanitatem arguit, quæ nuſquam luculen-us, nuſquam magis ſe prodit. Viderunt hoc olim *entiles*, ſolo naturæ lumine ducti, nec aliâ de ausâ luxum veſtium tantopere deteſtati ſunt. *O-avius Auguſtus* ſucceſſor *Iulii Cæſaris*, veræ ſi uiſquam nobilitatis imago, in ſummo Fortunæ ıſtigio, tantæ fuit continentiæ, tantæ frugalitatis, t non ſimplici tantum amictu uteretur, ſed & li-entiorem in *Iulia* filia ſua reprehenderit: *Toro non iſi humili, & modicè inſtrato cubuiſſe ajunt. Veſte on temere alia, quam domeſtica uſus eſt, ab uxore, rore, & filia, neptibuſque confecta. Alexandrum Se-erum*, eximium illud modeſtiæ, & probitatis e-emplar, nonnullis admirantibus, cur non majo-em cultus corporis ſui haberet rationem, reſpon-liſſe ferunt: *Imperatoria Majeſtas non in corporis rnatu, ſed virtutis ſplendore conſiſtit. Marium Ro-nanum Imperatorem* dixiſſe aliquando & bene; *Munditias mulieribus, viris laborem convenire.* Ita ple-ique illi Veteres leviter, & ſine cura ſe ipſos ha-uerunt, non ab apparatu, ſed ab ànimo reges, & ntrorſum à plebe differebant, extrorſum vel gre-ariis ſimiles videbantur. *Ælianus* author eſt, *La-edamoniorum Ephoros*, quotidie obire ſolitos, per urbem ad cenſuram morum, & inſpectionem ve-tium, ne quid alienum à decenti ornatu à quoquam eſtaretur. Apud *Syracuſanos* lege cautum fuiſſe, eſtatur *Plutarchus*, ne mulieres auro ornarentur, ıec floridas, aut acu pictas veſtes gererent, niſi for-e levioris notæ fœmina, aut publicum eſſet proſti-ulum. Hinc *Dioniſius Syracuſanus* Junior, cum naleficos graviſſimis ſuppliciis afficeret, eò tamen acile adduci potuit, ut iis ignoſceret qui veſtium ſplendidarum fures eſſent, quo melius à luxu *Sy-racuſanos* deterreret. Si hæc *Gentiles*, qui verâ *Dei* cognitione deſtituti fuerunt, quid nobis tandem *Chriſtianis* faciendum eſſe putamus? Quanto enim major nobis veritatis Euangelicæ lux affulſit, tan-to majori ſtudio enitendum nobis, ut vitæ ſancti-monia, & morum ſimplicitate profanos illos, &

al-

altis ignorantiæ tenebris immerfos
Et fi quondam *Samius* ille fenex
plo, monitifque falutaribus, quâ pol
tiâ, tantum potuit, apud Matronas
auratas veftes, & fulgentes in ca
gemmas, cæteraque vanitatis fuæ i
inftrumenta luxuriæ deponerent,
delata in Junonis Ædem, ipfi Deæ
ratæ non veftium pompam, fed pu
caftitatem, unicum Motronarum
tum, & fapientiæ, probitatis, mod
condecorari potius debere, quam
quibus, armillis, pigmentis & leno
Chriftum fummum illum vitæ noftræ
doctorem, afficimus ignominiâ, fi
longè à nobis relegandis luxuriæ,
ritamentis, tantum apud nos non
ejus ad humilitatem hortamenta,
apud infideles potuit *Pythagoras ?* S
fericum, aurum, gemmas, & id
ornandis corporibus ferviunt, no
Deo condita. Scio ufum eorum ef
quos cæli favor longè fupra comn
num fortem collocavit, quales fu
Nobiles, Optimates, Patricii, qui R
bernacula tractant, & Regni habe
tur, qui honorifico aliquo munere
qui divitiis longè fupra alios abund
quidem liberè, his naturæ donis,
fuæ cimeliis, & ornamentis, non a
data funt. Utantur inquam, fed ne
illis argumenta gratitudinis fuæ erg
eos ad tantum honoris apicem eve
riæ, non faftus, non vanitatis, ut
purâ fuâ, præ aliis emineant, quàn
tis, vitæ integritate, & morum
hæc præclaris fago togaque in Rem
ritis, quæ vera & unica eft Nobili
gnia Heroicarum, & illuftrium an
qui ad pompam, & luxuriam nati

nisi sanguine tales aut Fortuna? quæ si tollas nudi sunt, imo si ad primum hominem provoces, unde nisi à ligone, aratro, colo sunt qui tantopere Nobilitatem crepant? Ad hæc quid aliud luxuria vestium si abutaris, addo & conviviorum, nisi ægræ civitatis indicia, imo morituræ? Nam hæc homines ubi familiares opes defecerunt, ad facinora incendunt, & res novas sceleribus acquirunt.

Plura dicerem Auditores, sed memor aureæ illius sententiæ Ciceronis, *Modum dicendi non esse penes dicentem, sed audientem*, ne prolixiori Oratione vos demorer, finem facio. Audivistis in quæ pericula se, & alios præcipitant, qui plus nimio huic vanitati indulgent, & quàm longè hac in parte Gentiles ipsi nos à tergo relinquant. Quare fugite, fugite quæso in vestitu pompam, in cultu luxuriam, in amictu vanitatem: nam ut bene alibi Poëta: *Forma viros neglecta decet.* Videtis auditores rerum humanarum vicissitudines, vitæ humanæ inconstantiam, & corporum nostrorum quæ circumferimus οὐδένειαν. Ad animum revocate quàm fragiles, & incertæ spes nostræ: Quàm lubricum, quàm instabile, quàm momentaneum, quàm fluxum, caducum vitæ nostræ spatium, in hoc corporis tugurio. Quotidie enim morimur, quotidie pars aliqua vitæ demitur, & dum crescimus, vita decrescit. Sericarum vestium ambitio quid aliud est quàm excrementa vermium? Homo intrinsecus turpis, externis ornamentis nihilo fit melior, quàm strigosus equus, & languens sub spendidis phaleris, & aureo freno Majores sumus, & ad majora nati, quàm ut corporum nostrorum simus mancipia, quæ non aliter à nobis aspicienda, quam vincula libertati nostræ circumdata, quàm Catastæ, Fidiculæ, Numellæ, Compedes, imo Carceres Animarum. Si quis in mutua, aut conductitia domo habitet, ex qua de die in diem migrare in animum induxit, eam ne periude, ac aliam in qua ævum transigere

constituit, amabit? Non arbitror. Jam q
sunt corpora nostra, quàm animarum d
ex quibus brevi sperant se migraturas.
de iis ornandis tantopere solliciti sumu
aut exigua Animæ nostræ, quæ nobilis
bis pars est, habita ratione? Illa Audito
nobis præ aliis sit curæ, de ornanda
cogitemus. Et verè à nobis ornabitur, si
si morum innocentiæ, si probitati, si
quæ altrix virtutis, & veræ famæ, sedul
mus operam, si non tam hominibus, q
placere studeamus, si illibatam serven
scientiam, si ab omni vanitate, & luxur
castè, temperanter, & sobriè vivamus,
que nostras ita instituamus, ut non tam
ca, & externa professione, quàm vita,
bus appareat, nos verè Christianos esse
filios, ut tandem emenso vitæ nostræ c
nos æternæ illius beatitudinis consorte
quæ nullis verborum pigmentis, nullis c
nullis humani eloquii viribus, nullis c
num nec temporum spatiis circumscribit
vobis ex intimo animi affectu, & mihi

DIXI.



ORATIO XXXIX.

IN LAUDEM AURI,

recitata à

MAILLARDO ADRIANI.

SI eorum quæ Oratione tractari solent præstantia, non aliunde quam ex ejus qui de eis disserit ingenio æstimanda sit, magnopere mihi metuendum esset, ne in hoc ornatissimo ad dicendum loco, materiæ dignitatem, de quâ mihi nunc declamandum est, ingenii mei tenuitate, & orationis inopiâ deterereм. Dicturus enim de Auro, quod multos sui admiratores, ne dicam adoratores habet, optarem equidem dum laudes ejus vobis deprædicandas propono, ut aurea quadam apud vos eloquentia, provincia hac oratoria, mihi imposita defungi possem, ut tum expectationi vestræ, tum rei quam laudandam suscepi, merito satisfieri queat: Sed cum in his dicendi tyrociniis optari quidvis facilius, quàm spe: ari à nobis possit, vos rogo Auditores, & quam possum animi demissione à vobis contendo, qui & ea sapientia estis, ut quanti quæque res sit, ex natura ipsius, non ex iis quæ de ea dicuntur ponderare, & ea lenitate, & mansuetudine, ut eis qui potius quàm officium deserant, ejus onere opprimi malunt, facile, ac libenter ignoscere jam pridem didicistis, ut non minori benevolentia, quàm eos qui ante ex hoc loco declamarunt, me complecti dignemini.

Unum Auditores, ut mentem meam paucis apud vos circumscribam, Auri præstantiam, & dignitatem præ aliis mihi commendare videtur, quod eo nihil potentius sit, nihil validius. Nam inter res illas quarum vim, & potentiam reformidare solent homines, arma primum tenere locum

cum neminem credo vestrum esse, qui ambigat, quæ si comitata sint numeroso fortissimorum militum exercitu, copiis equestribus, horrendo tympanorum strepitu, & clangore tubarum, quas non hominum strages, urbium excidia, regionum depopulationes, vastitates, incendia, minantur ubicunque illa ingruunt? ut merito Martem princeps ille poëtarum *Homerus* βροτολοιγὸν μιαιφόνον, τειχεσιπλήτην appellare non dubitaverit. Sed quid arma sodes, sine Auro? Vultis dicam? quod corpus sine nervis. Unde eleganter Græci χρυσὸν νεῦρα τοῦ πολέμου· Cui & illud poëtæ succinit; *Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum:* adeò ut nihil tam munitum sit, quod non expugnari pecunia possit. Contra mendicitas ad omnem desperationem vocat armatos, & disciplinam non servat jejunus exercitus, cui ob egestatem, assueto latrociniis, maxima peccandi necessitudo est. Audite Oraculum, Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. Ita quondam *Philippo Macedoni* respondit *Apollo*, cum *Græciam* expugnare, & imperio suo adjicere, staret sententia. Arx aliqua munitissima vallis, mœnibus, propugnaculis undecunque cincta, milite præsidiario fortiter occupata, vigilantissimi belli ducis obsidionem ridet, copias ejus illudit; onustus auro mulus in arcem ascendat, expugnabit, ut olim gloriatus est callidus ille regnandi, vir *Macedo:* scilicet

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo.

Quid mirum Auditores? cum & animos hominum vincat, & velut catenis devinctos trahat in quam partem cumque sibi visum, corda subjiciat, mentes frænet, adeo ut quos ferrum expugnare non potest, Aurum expugnet, & qui nullis rationum momentis, nullis pollicitationibus, nullis minis, nullis tormentis, commoveri possunt, Auro flectuntur, & quorum integritas, fides, constan-

tia

a armis concuti non potest, Auro potest. Auro ne medias acies, auro per portas, fossas, muros, munia itur, omnia castella hæc machina dejicit, ne hac quid loricæ, quid moles, quid propugnacula, mortariola, ignita jacula, tormenta bellica, aggestus, forcipes, sudes præpilatæ, reductus, viæ coopertæ, dimidiatæ lunæ, opera cornuta, accessus, orbes lorica les, vineæ? nihil. Adversus Aurum subdola & astuta consilia nihil possunt, debiles unt omnes adversus Aurum machinæ, imbecilla, s. inutilis adversus Aurum multitudo. Auro duce er medios hostes sibi & suis viam ferro faciunt elli duces. Adhæc quid rebus in hoc Mundo etm augustissimis, qualia sunt Templa, Regum, & rincipum palatia, sceptra, diademata, majorem onciliat ornatum, splendorem, majestatem. Unde iquam illa nisi ab Auro? Aperiantur antiquarum omorum familiæ: inspiciantur vetera ornamenta, prisca virtutis monumenta perlustrentur. Hic burneos, illic aureos crateres, Dædalea arte elaboratos, hic pretiosissimum smaragdum, illic adamantem, hic aurea Imperatorum, & Principum nonilia, illic jaspide fulgentes gladios reperiemus. Unde vero pulcherrima ista dona, unde præmia? Aurum dedit. Eximie, ac præclarè Poëta:

Templa micant Auro, radiatque altaribus Aurum,
Auro certa fides, perpetuumque decus.
Aura Romus; redimunt Capitolia Patres,
Parent victa Auro, sidera, terra, fretum.

respectui nobis essent Principum Aulæ, Atria, cenacula, triclinia, speciosa, & spatiosa, tessulata avimenta, peristromata purpurea, nisi Auro argentoque undecunque radiarent, nisi tapetis, prorum imaginibus, armis, clypeis, hastis, vexillis, liisque ornamentis fulgerent: vilescerent apud os potentissimorum Regum diademata, nisi auro suo splendore oculorum nostrorum aciem erstringerent. Omnia enim condecorat, illurat, serenat. Intuemini mihi Auditores, Solem

magnum illum Mundi oculum, cum radi
to terram illustrat, & appetente jam Ver
suo gramina, flores, herbas, e gremio, &
gnæ Matris educit, lætari omnia, & no
arridere videntur: Quàm grata tunc, quà
na Naturæ facies, quanta Cœli clementi
insignis aëris temperies! At vero cum
occasum, aut obscura, & densa aliqua nu
ceptus occultatur, & vultus sui serenitat
abscondit, terram illicò ornamentis suis
herbas exarescere, torpere flores, & om
dammodo exanimari videmus. Haud al
Auro comparatum, quo deficiente vil
mnia: at ubi splendor ejus affulsit, & lu
fortunæ favor, vilissimis etiam decus, &
conciliat, spectantium oculos in se conv
in tacitam sui venerationem rapit. Ut en
nodulo solum aureo exultat puer sibi u
pulchrè felix; ut in sertis, & redimiculi
gines; ut in pilei corona, aut cingulis A
decoratis, adultiores? ut Matronæ sibi
cum monili aliquo aureo ornatæ, in
prodeunt?

Ad hæc potestne Auditores, potestne
in toto hoc Universo utilius quidquam
ri? Sanguinem vitæ vehiculum esse, &
mam hominem vivere, sentire, intellige
experientia. Quid Poëta? Ἀργύριον, inquit
to magis χρύσος) ἐστιν αἷμα, καὶ ψυχ
quo qui carent, mortui inter vivos degun
abs re magnus ille *Cæsar*, qua erat prudenti
tiam Principis non fundorum possessio
amicorum numero, non aura populari, nc
Dictatura, sed Auro, militibusque parar
non dubitaverit. Amicos quis desiderat,
consuetudine nihil dulcius esse potest?
audite: Conciliat hominibus amicos Au
quò se fortuna, eodem etiam favor hom
clinat. Desiderat uxorem pulchram

lem, dotatam, & vel ipso dignam Apolline?

Et genus & formam Regina pecunia donat.

Ambit & affectat honores? compendiaria ad eos via est Aurum;

Plurimus Auro
Venit honos.

Πάντα ὤνια τοῦ πλούτου.

Et quis neget eximiam gloriam Auri sæpius quam virtutis esse beneficium?

Qui enim hodie Regni habenas moderantur, & Reipublicæ gubernacula tractant, in Palatiis Principum versantur, & Aularum terunt limina, non egeni, non pauperes sunt, sed opulenti, qui in Auro & purpurâ ætatem degunt, qui divitiis affluunt, & quorum scrinia opibus restagnant. Quid multa? Exclamare hic mihi lubet cum *Euripide: O Aurum quam rerum* humanarum grande decus es, & columen, quàm ingens humani generis præsidium! Sine te enim Pythagorice prandetur, & cænatur, culina friget, fumaria torpent, amphoræ, cadi, dolia arida sunt, & sicca, in summâ rerum angustiâ vivitur. Per te contra epulamur, & animo curis soluto, ad hilaritatem nos componimus, phasiani, attagenes, perdices, scarorum jecinora, sumen apri, conchylia Lucrina, murenarum lactes, mulli Massilienses, *Persarum*, *Arabum*, *Moluccarum*, *Japonensium*, *Sinensium*, dona, & quidquid exquisitissimorum ferculorum largissimo sumptu in gulæ gratiam arcessunt delicati, lautitiæ tuæ sunt, & cupediæ. Sine te tristis ubique rerum facies in foco, cellis, horreis, mensis, verbo, pro thesauro carbones. Te destituti, destituimur Amicis, te contra recepto, agminibus parasitorum stipati salutamur, colimur, amamur: Te Mercatores suspiciunt, & venerantur: Tibi laborant Opifices, tibi famulantur servi, tibi milites gregarii. Quid ajo? Summi etiam Imperatores, & belli Duces, sub te stipendia faciunt, bella gerunt, Urbes expugnant: Tibi navigant, maria pervolitant Nautæ. Tu Mise-

ricordiam Judicibus instillas, Causidicorum manus inungis, Clientibus patrocinaris, captivos liberas, afflictos erigis, & conclamatis penè vitam restituis. Mihi credite Auditores, difficillimum est laudare, quod laudari satis nequit. Nihil tamen videor adhuc dixisse, nisi simul ostendero, nihil Auri possessione jucundius reperiri. Quid? An non illa summa animos hominum voluptate perfundunt, quæ cum perierunt, non levem, sed summam nobis tristitiam afferunt, quæ ingenti luctu, & mærore nos macerant, conficiunt, torquent? Nemo siccis oculis parentum funera comitabitur, nemo nisi mœstus Amici jacturam patitur. Sed gravior longe luctus ex Auro. Nam ut non minus eximiè, quam verè Poëta:

Majore domus gemitu, majore tumultu
Plorantur nummi, quam funera.

Contra quàm suavis homini, quàm jucunda Auri possessio? *Caligulam* vobis ob oculos ponite nudis pedibus supra Auri acervos ambulantem, quantam ex contactu voluptatem cepit, quantam ex aspectu jucunditatem! Non se capiebat Imperator, ac tum prius se Cæsarem Romanum agnoscebat, cum pedibus Aurum calcaret.

Sed mitto potentiam Auditores, mitto utilitatem, jucundam Auri possessionem, quid humano generi necessarium magis dari aut reperiri potest? Cum sine eo non tantum non bene vivere, sed ne vivere quidem possimus. Quid enim est quod artes alit, fovet, conservat? Aurum. Quid ingenium excitat, industriam acuit, mentem accendit, & inflammat ad res arduas suscipiendas, obscuras indagandas, involutas & difficiles extricandas? Aurum. Quid virtutes commendat, & in publico Famæ theatro collocat? Aurum. Quis liberalis, quis munificus, sine Auro?

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris
Divitiis parent: quas qui contraxerit ille

Clarus

Clarus erit, justus, fortis, sapiens, etiam Rex
Et quidquid volet.

Eant nunc, & facessant morosi, ne dicam stulti illi divitiarum contemptores, qui si vel unciolam sanæ mentis haberent, aliter longe sentiant. Contentus in dolio suo vivat *Diogenes*, cum patina sua lignea, crudis oleribus, ac simplici aqua victitet: asset ad focum rapas *Curius* ille Romanus: reportet *Policrati* talenta quæ accepit *Anacreon*: conjiciat in mare Aurum suum *Leberide* nudior, *Democritus* & vacuis loculis ambulet: Soli sapientes in Schola Philosophorum, divites audiant. Longe, longe præ aliis mihi sapere videntur, qui Aurum pretio suo æstimare didicerunt, quo omnia quæ in hoc Universo grata sunt, jucunda, utilia, necessaria, parari possunt. Morbo periculoso laboras? Medicum pete, accerse, voca; Auro sanaberis. Lis tibi in foro, aut pro tribunali? Causidicorum manus argentina, aut numularia inunge, crumenam inaura, triumphabis. Doctrinæ gradum affectas in Academia? Aurum pollicere, promitte, numera, Doctor creaberis in amplissima forma, etiam Asinus. Vinum quis generosissimum, Falernum, Albanum, Malvaricum desiderat, remotorum litorum piscem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem? æstivas nives solatia stomachi æstuantis? pavonum cerebella? vult aromata, unguenta odorifera, gemmas, corallia, & quidquid est mercium Indicarum, aut quidquid *Tagus*, *Nilus*, *Tiberis*, *Danubius*, *Rhenus*, *Tamesis*, *Sequana*, divite producit sinu, quidquid Oceano, dissitissimis terrarum oris, insulisque omnibus natum? Aurum dabit. Sed quoniam gratior est Auri possessio, quam laudatio, quod Aurum vobis audientibus, & faventibus, laudavi, illud vobis dextro *Hercule* & favente *Mercurio*, ex animo precor, & opto. Dixi.

calles supergressa impune dominatur, & furit, ut citius è corpore animam, & è Mundo solem sustuleris, quam è Republica Justitiæ metum.

Sed ut altius adhuc in vestros me insinuem animos, ponite quæso vobis ob oculos duella, tumultus, bella. Unde illa, nisi ab Auro?

Et quæ alia res civiles furores peperit, quàm nimia felicitas? Fidenter dicam. Opes sunt atque Divitiæ, quæ seculi mores affligunt, mersamque vitiis suis, quasi sentina, Rempublicam pessumdant. Quam enim florentissimis Regnis, Provinciis, Urbibus, per bella vastitatem non inducit, non infert Auri sacra fames? quas non facultatum direptiones, ærarii expilationes, civitatum, ac municipiorum deprædationes, quas non inauditas, & intolerandas exactiones, quas non virorum sub gladio gementium cædes, funera, lanienas, matronarum ac virginum constuprationes, innocentissimorum fugas, exilia, proscriptiones, amplissimorum prædiorum, ac facultatum subhastationes, sanctissimarum legum violationes: verbo, quot malorum, miseriarum & calamitatum agmen post se non trahit illa scelerum officina, è qua tanquam è *Vulcani* specu, fornacibus, incude quidquid ubique est flagitiorum, proceditur. Ad hæc si contentionum, discordiarum, & dissidiorum causam inquirere, & indagare nobis sit animus, inter parentes & liberos, affines & consanguineos, quæ alia fere dari aut statui potest quam Aurum? ut jure nobis hic rursus exclamare liceat cum Poëta

Tu facis ingratus patrem quod filius odit,
Inter & agnatos jurgia sæpe moves.

Arctissimum enim illud Naturæ vinculum dissolvit, filium à patre, patrem à filio, socerum à genero, generum à socero, fratrem à fratre alienat, consanguinitatis jura violat, amorem, & affectum omnem exstinguit, amicitias dirimit, pacem familiarum turbat, odia internecina in pro-

pin-

[redacted]

pinquorum etiam animis excitat, fovet, accendit. Quo quid gravius, quid tristius, quid funestius in generis humani perniciem excogitari possit, non video.

Sed regerentem hic cum Antagonista meo audire mihi videor, Auro honores & dignitates parari: Venio Auditores quò me vocant illi fortunæ prosperæ, & popularis auræ admiratores. Certe si rem recto judicii oculo æstimemus, quis Auro, ac non potius præclaris in Rempublicam meritis, & factis heroicis dignitates parari, judicavit: Hæc, hæc sunt, quæ Virum vere nobilitant. Rara fateor hoc seculo virtus, in quo ampullata fere omnia, & ad pompam comparata, magis quàm ad usum. At si nullis nisi Aurum possidentibus deferendus est honos, quis sodes de virtute, & Animi fortitudine consequenda, quis de tüenda Republica amplius erit sollicitus? Quis tam puer est, ut pro Patriâ hostem lacessere, & adoriri, inire prælia, libertatem defendere, & pro eâ caput, fortunas, vitam periclitari, odium perditorum civium sustinere, calumniis malevolorum colluctari diutius volet? Si Auro parabilis tantum est honos; quæ generosis, & masculis animis ad res arduas suscipiendas erunt auctoramenta? quis ad virtutem stimulus, quæ meritorum, quæ fortitudinis præmia, industriam jacere, amorem Patriæ languere, alacritatem omnem exulare, virtutem sepeliri, & mundi finibus exterminari, necesse est, si Auro deferatur, quod Virtuti debetur: nam haud facile quisquam gratuitò bonus est, & *quis Virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas?*

Quamquam dum vos intueor Auditores, scientiarum præstantiam, decus ac dignitatem silentio præterire non possum, quæ doctis, & litteratis æternam nominis famam conciliant: quæ supra omnem inconstantiæ & mutationis aleam posita, nudum, naufragum, & exulem de Mundi hujus quæ plurimos occupare solent, quisquiliis parum

sollicitum, ubique terrarum comitantur, vel ad extremos Garamantas: Sed quis ad ea consequenda animum adjunget, quis litteraturam desiderabit, quis eruditionem, quis ad doctrinæ fastigium enitetur, & animum artibus imbuet, si solo Auri pretio humana hæc omnia sint metienda? si non amplius hederæ, doctarum frontium sint præmia, nec *Apollinem* suum laurus, sed *Crasum* aliquem, aut *Midam* coronet? Et quoniam hæc turpissima esse judicatis, videor eo delatus, ut nihil Auro turpius, nihil sordidius esse demonstrem. Et jamjam in sententiam meam pedibus vos ituros confido. Quid enim aliud quæso metallum hoc quod tantopere amant, cupiunt, affectant homines, quàm splendens lutum, quàm terra ex sulphure, & Mercurio in terræ visceribus concreta, & calore solis concocta? Quid aliud si relegata *Fortuna* pompa rem ipsam intueri velimus, quàm domus Plutoniæ ejectamentum, longè, longè in Vestæ penetralibus, reconditum, ab hominum oculis; nempe quod ad majora nati sint, quàm ut ea colant, venerentur, in pretio habeant, & propemodum adorent, quæ Natura esse voluit ima terrarum, & quæ quotidie à nobis conculcantur. Et hæc mentem regent, rationi imperitabunt, & eorum se Homo patietur esse mancipium, quæ Homini servire, & famulari nata sunt? non ipsa *Pytho* mihi persuaserit, hoc ut credam. Quid multa Auditores? Turpiusne quid eo esse potest, quod assequi sine flagitio nemo, aut certe vix ullus potest? Unde enim malæ fidei contractus, falsi testes, illicita fœnora, versuræ, ærufcandi artes, monetæ arrosiones? Audite Sapientem, & causam horum omnium Aurum esse dicetis? Qui *festinat*, inquit, *Auro ditari, non erit innocens.* Audite Satyricum:

Quis metus aut pudor est unquam properantis Avari?

Ita qui nimia Auri cupidine flagrat, pudori valedicit, justitiæ & æquitatis obliviscitur, timorem

rem omnem *Dei* abjicit, amicitiæ, & consanguinitatis jura violat, conscientiam impietatis cauterio exurit, & de salute sua parum, aut nihil sollicitus, fortuitorum constantiam sibi spondet, & felicitatem suam, ac beatitudinem in Auro collocat. Omnia illi præ Auro vilia, & abjecta: Hoc unum venatur, huic soli perpetuo inhiat, omnes eò cogitationes, curæ, sollicitudines collimant: Nihil tam immansuetum hospitio, horridum situ, Cæli natura intemperatum, quod non aliqua Auri spe, eum à Patriâ abducat, sordidi quæstus, & nundinationis causa; hæc una votorum ejus est meta, hic laborum & vigiliarum finis, quo si decidat, mori mavult quam vivere, quia in Auro tanquam in summo Bono omnem spem suam, ac fiduciam repositam habet.

Ad hæc quantum illud est, quod ob Auri jacturam, multi ex desperatione violentas sibi inferant manus, sui ipsius tortores sint, & carnifices, & humanæ vitæ stationem, in qua à summo illo Imperatore collati sunt turpiter deserant. Et si quis forte sit, qui eò furoris, & insaniæ non delabatur, sed vitam suam Auro præferat, qui plus nimio in divitiis, opibus & lenocinantis fortunæ bonis (quæ vere *δῶρα ἄδωρα*) sibi placet, quid obsecro vos auditores ab iis reportat? Vultis dicam? pallorem in vultu, curas in animo, vigilias in oculis, timorem & anxietatem in membris: sitim ardentiorem in appetitu, parsimoniam, quid parsimoniam dico, sordidam tenacitatem in manibus, adeò ut sibi tantum natus esse videatur, imò durus, immisericors, & ferreus non in alios tantum, sed in se ipsum, dum aureis compedibus ambulat, genium suum defraudat, & turpiter vivere mavult, quam de Auri sui cumulo quidquam diruere. Olim cum adhuc esset Aurum irrepertum, & sic melius situm, aurea ætas erat, quæ, ut inquit poëta:

Sponte sua sine lege fidem, rectumque decebat.

At postquam itum est in viscera terræ, & in stygias umbras penetratum, ad effodiendas opes, irritamenta malorum:

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus:
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

Verbo dicam, & absolvam, ferrea sunt sæcula, nec unquam vitiorum, & scelerum feraciora, quàm cum Aurum protulerunt. Eant nunc illi qui cum morbo confli&tantur, non nisi ab Auro sanitatem sperant. Sed heu quàm errant! & ô dementiam!

—— non æris acervus, & Auri
Ægroto Domini deducit corpore febres,
Non animo curas.

Eant qui sine Auro vivere se posse negant, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur, qui omnes regiones pervagantur, flumina scrutantur, maria trajiciunt, & cum famem exiguo possint sedare, magno irritant. Dementes! In alia, in alia longè sententia Romanus ille Sapiens: *Ad superflua non sapore, sed sumptu æstimata, sudatur, ad manum est quod sat est: sed parum est luxuria, quod natura satis. Jam si ad Naturam vives nunquam eris pauper. Si ad opinionem, nunquàm dives. Quid refert quantum quis pascat, quantum foeneret, quantum in arca, quantum in horreis recondat, si non acquisita, sed acquirenda computat?* ὁ σπουδαῖος ὀλιγοδεὴς, & cui cum paupertate bene convenit, dives est. *Natura enim paucis contenta est, imò panem, & aquam natura desiderat, adhæc nemo pauper est, intra hæc qui desiderium suum claudit, cum Jove ipso de felicitate contendat.* Felices ergo *Curii, Fabricii, Democriti, Anacreontes*; & sexcenti alii venerandæ illius Antiquitatis illustres Viri, qui alieni ab omni Auri cupidine, alieni ab *Apicii*, aut *Claudii*, aut *Caligulæ*, aut *Cleopatræ* portentosis deliciis, & portiuncula sua contenti, tranquillam egerunt vitam, & *Lucullo* appositis perdicibus, phasianis, turdis leporinis, siluris, aut mure-

nis,

nis, cœnarunt jucundius. Felix magnus ille dolii habitator *Diogenes*: nam in gurgustii hujus angustiâ, quam augusto fuit animo, quàm generoso? veram magnitudinem metiens non spatiis, & latifundiis terrarum, ac regionum, sed horum omnium contemptu. *Animus enim est qui divitem facit, nec unum puto pauperem cui quantulumcunque superest, sat est.* Pauper quidem judicio vulgi, sed *Alexandri* liberalitate major, quam rejecit, nec eguit; quia ipsa virtus satis amplum sibi pretium est, nec ullam extra se mercedem quærit; & quia ditior est qui divitias spernit, quam qui possidet, & vere ille magnus, quem nulla res minorem facit. Plurimum quoque ille possidet & habet, qui desiderat minimum: habet autem quantum vult, qui vult minimum, imo supra quam vult, si etiam dum habet, non habetur, & *Fortunam* velut tunicam concinnam magis probat, quàm longam.

——— Multa potentibus
Desunt multa, bene est cui Deus obtulit
Parcâ quod satis est manu.

Adeo ut inter angustias paupertatis humillima conditio quavis tiara major trabeatos *Romuli* nepotes & purpuratos *Satrapas* longe supereminneat., veris ingenii divitiis, quæ sola bona censeri debent.

Longius si itur, extra terminos itur, & in vastum illud INFINITUM. Solæ, solæ mihi divitiæ illæ, quæ perennant, & possidentem reddunt meliorem. Et ô si præclarissimis istis heroibus, ætatis nostræ homines, similes extarent, quam innocens, quàm beata, imò vero quàm suavis, quàm jucunda, quàm grata, Mortalium in terris esset vita, si nullum cum iis Aurum concupiscerent, nec amplius vox illa impia, ac detestabilis audiretur!

O cives, cives quærenda pecunia primum est;
Virtus post nummos.

Quanquam quid Gentilibus & paganis, Chri-

stianos

ſtianos homines ſimiles exopto? Utinam (hoc tantum dicam) utinam & Virtutem homines amarent, & dignitatem ſuam agnoſcerent, qui ad rerum cœleſtium contemplationem nati, fluxa hæc, caduca, & terrena ſi ſapiant, faſtidirent, & non tam de acquirendo Auro, quam de Virtute ſectanda eſſent ſolliciti, quæ unica eſt ad vitæ tranquillitatem via, & tutiſſima ad Cælum cynoſura. Quod cum ipſi ignorare non poſſitis, Orationem meam hoc in voto concludo. Dixi.

ORATIO XLI.

In laudem

Sapientiæ, eóque à nullis quàm à Sapientibus Reſpublicas felicius adminiſtrari.

Habita à

JOHANNE MAURO ARABE.

NOn facile dari aliquem mihi perſuadeo, hoc qui non & animadvertat, & ſtatuat in vitæ humanæ ſocietate non ſolum nihil præſtantius, ſed etiam utilius Imperio, ac Magiſtratu reperiri, niſi forte domi hoſpes, ac peregrinus planè extiterit. Si enim ii præclarè de Republica mereri cenſentur, qui publicas vias ſternunt, aut reparant, vel fontes puros, & integros eos conſervant è quibus multi ſuum in uſum aquam quotidie hauriunt, quid eorum opera, ac induſtria utilius excogitari poteſt in hoc Univerſo, qui haud aliter quam columina, & ſtabilimenta, urbes, reſpublicas, regiones, regna, imperia tota fulciunt, tuentur, ac defendunt, opem afflictis ferunt, miſeris ſuccurrunt, orphanis & pupillis præſto ſunt, viduis patrocinantur, oppreſſis jus adminiſtrant, probos protegunt, malos compeſcunt, Subditis ſuis quietem, & ſæculo in quo vivunt pacem, & tranquillitatem

præſtant,

præstant. Sed quanto sublimior, & eminentior est dignitas, & amplitudo eorum, qui ad urbium, provinciarum, regnorum gubernacula sedent, tanto majoribus curis, molestiis, & difficultatibus agitantur, quæ in Magistratus munere obeundo ubique se offerunt. Nota quippe, proh dolor! contumacia subditorum, nota plus nimio invidia, diffidia, odia, exilia, pericula, in quæ eos nonnunquam incidere docet experientia, qui optimè, rebus præclarè gestis de Republ. meriti sunt, non bella, excidia, & id genus alia quæ tum Rebuspublicis, tum earum præfectis (tanquam *Damocli* gladius seta equina appensus) perpetuò impendent. Quæ ut nulla alia ratione certius, tutiusque superari aut declinari queunt, quam *Sapientia* eorum qui Reip. Clavo admoventur; ita nunc inpræsentiarum exercitii gratia, cathedram hanc conscendere non dubitavi, & de ea paucis ad vos verba facere. Favere modo, & facilem pro solita vestra humanitate, audientiam de re gravi, & seria dissertaturo, commodare haud dedignemini.

Quæri hic solet nutante judicii trutina, à *Politicis*, satiusne sit opulentis, quàm tenuioris fortunæ hominibus, Remp. gubernandam committere, indigenamne præstat, quam exterum, & peregrinum ad honores evehere, tutiusne hos juvenibus, an ætate maturis, credere: utiliusne ad summam imperii, illitteratos & rudes, an doctos promoveri? Verum ego cum *Pittaco*, non quàm quis sit dives, quo loco natus, qua præditus ætate, ponderandum, sed quàm sit *Sapiens*, considerandum esse existimo. Ut enim inter Metalla. Aurum longè aliis pulchritudine, & pretio palmam præripit: sic in societate humana, præ aliis virtutibus, *Sapientia* (quæ præterita cogitat, præsentia ordinat, futura prævidet) facile de principatu contendit. Quæ ut ornamentum Principis fastigio dignum, supra res omnes humanas assurgit, ita

qui

qui ad eam adspirat, his caducis, & fluxis non adhærescit, quæ brevi dilabuntur, & dum placent transeunt; sed

Negatâ tentat iter viâ:
Cœtusque vulgares, & udam
Spernit humum, fugiente penna.

Quasque sordidum, & indoctum vulgus mirari solet, ac pene adorare, opum ac divitiarum offucias, & vilem portiunculam splendentis luti, despicatur & pro nihilo putat. Satis beatus hoc uno Sapientiæ thesauro, qui nec ab Indiâ subvehitur, nec auro parari solet. Illa si vitæ, si rationis clavum teneat, nullum nobis unquam à naufragio periculum. Unica eminet, & vera mentis saburra est, adversus novercantis fortunæ minas, & lenocinantis Mundi illecebras ac pestilens contagium: Unica anchora, adversus affectuum, & perturbationum animi decumanos fluctus, contra *Sirenum* cantus amuletum, contra omnia *Fortunæ* tela ancile tanquam cælo delapsum. Et sicut nimbo, vel procellâ ingruente, sub tectum confugimus: sic in publicâ, aut domesticâ calamitate, ad *Sapientiæ* hanc arcem, quæ nullis fortunæ machinis concuti potest, nullo sævientium malorum ariete, aut ballistâ subverti. Hac Magistratum tanquam monili aliquo pretioso, ac diademate condecoratum esse oportet, hac populorum *Principes*, & late terrarum *Dominos*, ut quod bonum est atque utile subditis id omni studio, omni curâ promoveant, quod periculosum, aut noxium provideant, ac avertant, & idem in Repub. præstent, quod in fronte oculi. At quomodo bonum prospiciet, quem dementia excæcat? Damna quo pacto, quâ ratione avertet, qui fatuus, & consilii inopus? Quod enim in ædificio norma, & regula est Architecto, hoc in regimine Reip. in consiliis, in deliberationibus, in comitiis, in curiis, in cancellis, in foro, in dicasteriis, in præfecturis, in omnibus denique muneribus, est *Sapientia*: quæ teste *Platone* virtutum dux est, vitæ

magistra, auriga facultatum animæ, actionum humanarum arbitra, directrix, & moderatrix, cujus augusta sedes fundamentum fixit in virtute *Principum*, & in amore ac reverentiâ subditorum. Sine quâ maximæ res tanquam corpus animâ spirituque defectum, sua mole collabescunt. Est enim illud omnium opinione, & consensu verissimum, rem arduam & difficultatis plenam esse, Remp. gubernare: quia nullum animal morosius est, nullum majori arte tractandum quàm *Homo*. Natura enim contumax est animus humanus, & ipse populus bellua est multorum capitum. Itaque magnis ingeniis sæpius defuit ars quâ civem regerent, quàm quâ hostem superarent. Vires enim armis constant, & sæpenumero his plus hominis fortuna, quàm ratio valet, & rei bene gestæ laudem cum *Victore* dividit. At ea vero maxime gloria est, si mens una sapiens multorum vincat manus, &, quæ naturâ impedita sunt, consilio expediat. Hoc autem sola potest rerum domina *Sapientia*: quæ profecto tanta est ut omnes Reip. dignitas, omnium hominum salus, vita, commoditas, foci, lares, penates, bona fortunæ, domicilia, ab eâ pendere videantur: eoque ut Animæ, pedes, manus, oculi negotium gerunt, si hæc immensa multitudo *Sapientiæ* quasi spiritu regitur, nec arma, legiones, classes æque firma Imperii sint munimenta, quàm hæc ipsa: Quâ si careat Magistratus, non opes modo, ac fortunas subditorum in discrimen adduci, vitas civium periclitari, verum etiam leges venire in contemptum, abrogari judicia, innocentiam opprimi, vim dominari, aliaque multa intervenire, quæ Reip. interitum præsagire videntur, docet, & comprobat satis superque omnium temporum experientia: ut haud inscitè *Pythagoras* dixerit, perinde periculosum esse, & furioso gladium, & imprudenti Magistratum committere. Miramur, cum improba *Caligulæ* facinora legimus, prodigiosam ejus nequitiam, libidines portentosas, cædes innu-

innumeras, & vix unum unquam in hominem tot tantaque cadere potuisse flagitia, arbitramur: verum fidem his omnibus facit animus ejus destitutus plane omni virtute, ac *Sapientia*, quæ sola & unica Rerumpubl. est custos, virtutum apex, omnis honestatis fons, acerrima vitiorum insectatrix, magistra pudoris, & modestiæ bonorum omnium procreatrix, & expultrix malorum. Quid ajo? Hæc una *Rerump.* est fundamentum, hæc basis *Imperiorum*, hæc fulcrum *Regnorum*, omniumque administrationum quædam quasi Athlantea columna, sine qua centuplex murus rebus servandis parum est. Per me enim, inquit, *Sapientia* in Scriptura, Reges regnant, decernunt justa judices, imperant Principes, & male hæc eadem, cum illo regno agi affirmat, cujus Rex puer est. Floruit si unquam regnum Israëliticum, sub *Salomone.* Quæ causa Auditores? Certe non alia quàm quod Rex nondum adolescentiæ annos egressus, non vitæ longinquitatem, non auri argentique copiam, non victorias, triumphos, trophæa, sed animum sapientia instructum à Deo petiit, quo populum regere, moderari, & officio continere posset. Ut enim in *Helicen* suam, aut *Cynosuram* intuentur navium rectores, ita subditorum mentes & oculi in illos conversi quos in sublimi posuit *Superum* favor. Quàm vero tristis Reip. facies, sub ejusdem filio Roboamo, qui nec ipse sapuit, nec monitis sapientum aurum præbere voluit? Sua profectò stultitia ille effecit, ut maxima Regni pars ab eo defecerit. Quid *Xerxes?* potens quidem ille Rex, sed stultus, se & regnum suum perdidit. Nec aliter cum *Antiocho* illo Rege *Asiæ* comparatum fuit, qui ob stultitiam *Epimanes*, non *Epiphanes* dictus olim, & per contemptum sic appellatus, dum cura Reip. aliis concreditâ, commessationibus indulsit, *Heliogabalus* vero luxui & saginæ mancipatus, quantam sibi, & Imperio Romano, perditissimis suis moribus, infamiæ notam inussit? quantum eidem

dem cladem intulit *Caligula* monstrum ex omnibus vitiorum portentis conflatum ? Stulti ambo: ita quidem ut alter araneas omnes *Romæ* colligere juberet, quo Urbis inde magnitudinem cognosceret, decem millia murium, mille mustelas in theatro, populo publicè spectandas exhiberet: alter cum in expeditione quadam ad Oceani littus devenisset, tormentis, ballistis, arietibus, catapultis ad prælium dispositis, repente militibus mandaret, ut desidiosâ occupatione, conchas legerent, his galeas suas implerent; appellaret quoque hæc Oceani spolia. O deplorandum, & calamitosum Rerumpubl. statum cum à talibus reguntur! nam qualis poëtarum ille *Cyclops* amisso oculo: talis *Princeps*, cui abest *Sapientia*, lumen hoc frôntis. Sed o beatas contra, & verè fortunatas Respub. si sapientes habeant gubernatores! Qualem inter alios *Augustum* fuisse uno ore testantur historiarum monumenta. Ecquid enim caussæ arbitramur, quod voce *Valerii Messalæ*, Pater Patriæ sit appellatus, Senatorum omnium suffragio, & communi civium applausu; quod pro ejus salute vota Romani fecerint, diem ejus natalem, equites bidui spatio celebrarint; Calendas Januarii strenam in Capitolio, etiam absenti vicatim dedicarint, nisi quod sapienter ille, moderatè, & clementer imperaret ? Unde contrà tot in *Italia* seditiones, sub ejus successore *Tiberio* ortæ, libelli famosi editi quàm plurimi, dentatæ satyræ sparsæ in vulgus; morte ejus intellecta, tanta Romæ lætitia, inter omnes cujuscunque fortunæ homines ? Quod prudentiam cum modestia conjunctam Princeps sic quidem simularet, sed interim luxuriæ fibulam laxaret, genio indulgeret, compotationibus, & libidinibus deditus esset, insatiabili habendi cupiditate laboraret, perfidus in amicos, crudelis in propinquos, iniquus in omnes esset: Atque ita multorum odium i qui multorum damno peccat. Contra q

Auditores, ut cum de *Germanici*, *Caligulæ* patris invaletudine Romæ fama percrebuisset, ad eam attonita Urbs tota fuerit, morte ejusdem haud multo post intellectâ in lacrymas, lamenta, ejulatus effusa, solatiis nullum locum reliquerit? Quia scilicet Princeps hic, adoratum populo caput, non affabilis modo, & benignus, verum etiam fortitudine, & prudentiâ singulari præditus, rebus gestis egregius, benè de omnibus merendi studio insignis extitit. O vere *Principem!* qui in tanto fastigio positus, non *magnus* magis quàm *bonus* audire voluit, ratus non regnum esse, sed officium IMPERARE. Et cum plurimis amicitiis fortuna *Principum* indigeat, præcipuum esse *Principiis* opus, amicos parare. O rem memoriæ, litterisque mandandam: Virtute nempe sua Princeps optimus hoc sibi conciliarat, quæ benevolentiam populi parit, benevolentia amorem subditorum, amor subditorum securitatem producit, securitas Imperii diuturnitatem adfert, quarum omnium rerum comes immortalis esse gloria solet. Nihil enim est in supremâ fortunâ majus, quàm posse, nihil melius quàm velle prodesse quàm plurimis, & longe lateque pomœria propagare benignitatis suæ ac beneficentiæ. Quia & inde non Principum solum, sed & populorum felicitas pendet. Ut enim siderum vis non intra agellum, aut prædium privati alicujus coërcetur, sed ad vastos terrarum tractus se exporrigit: Sic Principum vitia aut virtutes ad plures pertinent. Et ut integra Regna bonorum virtute foventur, sic eadem illa magnis peccandi exemplis, ceu pestilenti quodam afflatu siderantur.

Præclarum, & memoratu dignum *Agamemnonis* votum fuit, cui cauta potius consilia cum ratione, quàm prospera ex casu placebant, cum sibi ut *Trojam* facilius expugnaret, non *Achillis*, non *Ajacis*, sed *Nestoris* decem similes optavit, & *Darius* tot *Zopyros* quot grana insunt malo Punico.

Non

Non me hercules injuriâ. Nam magna negotia magnis adjutoribus egent: & nemo magis idoneus ad consilium exequendum, quàm ipsius author: non minus verè, quàm eleganter Poëta:

Vis consilii expers mole ruit sua. Quare
Non semper viribus aequum,
Fidere, saepe acri potior prudentia dextrâ est.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πόλλας χέρας νικᾷ.

Et virtus imperatoria non corporis robori potius quàm prudentiae est adscribenda: neque enim viribus corporis sed animi res magnae geruntur.

Atheniensibus ad electionem Ducis olim convocatis, cum Oratores *Charetem* quendam juvenem, & robustum, *Iphicrati* valde seni praeferrent, *Timotheus* ex principibus viris unus; Talem, inquit, non Ducem eligite, sed qui Duci suas stragulas portet: innuens rebus regendis, non lumbos fortes, non validos lacertos sufficere, sed magis requiri judicium, ac experientiam: atque ideò tutius praesertim deploratissimis Reipub. temporibus, Senibus, quàm aliis, earum administrationem committi, ut qui plerumque *Sapientiâ*, & prudentiâ, juniores longè superant. Quâ si careat Princeps, quomodo aliis imperabit, qui quid imperare sit, nescit? quâ ratione in ferendis sententiis, quid iniquum sit, videre poterit? in dirimendis litibus, quid legibus consentaneum, quid ab iis alienum? nisi prudentiâ, ac Sapientiâ praeditus sit. Quo pacto denique belli tempore, curam rei militaris suscipiet, urbes moenibus vallisque cinget, arces fossis, aggeribus, pluteis, loricis muniet, legiones contra hostem instruet, ordines disponet, praelia inibit, victoriam reportabit, si eorum omnium rudis sit, nec intelligat cur, quando, ubi, quomodo, quibus copiis, qua acie dimicandum, qua ratione latera, terga, & cornua inter telorum undique ingruentium agmina, & nimbos, tonitruum hostilium iras, inter suorum mortes & cadavera, praesidiis firmanda, qui mi-

lites in fronte, qui in fine & ad alas, si periculum immineat, collocandi, levisne armaturæ, an triarii, cum cuneus cuneum, phalanx phalangem acies aciem premit. Ignoret loca quo duci possi exercitus, ubi commoda castrorum locatio, ub locorum opportunitate insidiæ strui, ubi evitai prudenter queant: quando denique pro re nata successibus insistendum, & oblata casu flectend ad consilium. Cum inter abruptas sæpe delibera tiones, & consiliorum intervalla (quoties pericu lum in nimia præcipitantia, aut mora) elabi cer tum est optimas occasiones, & ex incertis & discrepantibus plurium suffragiis, maximarun rerum momenta suspendi. Exempla vultis addu cam Auditores? Ponite vobis ab oculos duos dis parissimis moribus Imperatores, *Fabium Maxi mum*, & *Terentium Varronem*, illum prudentem & circumspectum, qui quanquam lacessitus sæ pius ab *Annibale*, prælium quod non minus si *Imperatoris*, consilio superare, quàm gladio, ini re cum eo noluit, nec ultimam Patriæ spem sib concreditam, dubia & ancipiti *Martis* alea peri clitari, sed quia multa bella impetu valida, pe tædia ac moras evanescunt, cunctando hostiun vires elusit, attrivit, fregit, & res Romanas affli ctissimas sapientissimè restituit: alterum impru dentem, & temerarium, qui moræ impatiens irreparabilem pene ad *Cannas* cladem passus, se & exercitum perdidit, Patriamque ad incitas reda ctam, tot periculis objecit, ut dicterii illius o mnium ore triti occasio fuerit, ejus temeritas no stulta solum sed infelix, *Hannibal ad portas.* Qui multa? Intuemini mihi quæso duos illos Impera tores *Alexandrum Magnum*, & Persarum regen *Darium*, illum consilio, & prudentia conspicuum qui totum fere terrarum Orbem, exigua militum manu imperio suo adjecit, qui tot gentes domui immanitate barbaras, numero infinitas, loci disjunctissimas, omni copiarum apparatu abun

danti

dantes. Hunc vero consilio, prudentia, fortitudine destitutum, cum numeroso suo exercitu profligatum, & in fugam datum. Quî aliter potest? nam cum ad gubernacula Reip. temerarii, rudes atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.

Apage ergo illos malè feriatos, qui existimant Principes à nulla re magis alienos esse debere quàm à libris, & studio Sapientiæ, perinde quasi hæc duo ex diametro inter se pugnent, *Sapere, & Principem esse:* cum ita inter se nexa sint, ut si alterum alteri adimas, nihil jam relinquas, præter inanem *Principis* titulum. In illa enim altitudine, nil nisi altus: & ut cupressus, cetera sterilis, præter speciem nihil habet. Vidit hoc fabulosa olim Antiquitas, quæ Asininis MIDÆ auribus, in aureo tribunali sedentis, sceptrum manu tenentis quid aliud adumbrare, & vivis quasi coloribus depingere voluit, quàm hebete, & crasso ingenio Principem, indignum qui Reip. gubernacula tractet: Cenotaphiorum instar, quæ mole magnâ, non re, nomina, & stemmatum imagines ostentant, intus vacua. Quales olim fuere barbari, & indocti *Maximini*, imperiti *Valeriani*, stolidi *Gallieni*, inepti *Licinii*, totidem fere humanæ gentis onera, Orbis opprobria ex omni vitiorum fæce concreta, & bonorum hirudines, & sanguisugæ. Verbo: *Vervecum in patriâ crassoque sub aëre nati.* At è Principe sapienti, & in Republica primo, quantus in universam Remp. manare fructus solet? quanta in Patriam salus, in populum felicitas? in cives splendor, & decus, in leges autoritas, in omnes denique quanta tranquillitas, & pax? Unus ad clavum Gubernator navem regit, & servat: unus Imperator exercitum: unus pastor gregem. Idem hîc. Unum Reip. corpus unius animo regendum: Unius Principis prudentia, ac virtus toti populo salutaris est, quia imago est, & exemplar *Dei* in terris, rerum moderator & arbiter,

biter, in cujus manu positæ opes, (
subditorum. Exempla nobis supped
ta, historiæ cum Græcæ, tum Rc
seculo, omni ævo, quæ si comm
animus, quam latus, ac amplus se
offerret: domestica, ne longius abe
instar omnium. Quantâ enim prud
& columina Reipublicæ, Patres pa
sui fines non defenderunt solùm
stem, terrâ marique formidabilem,
ditionis suæ pomœria prolatarunt
mi rebus, profligata tyrannide, do
áttrito *Occidente*, quicquid Univers
pitur, nominis sui, & rerum gestar
plerunt, hostiumque fremitus & t
armorum magis, quam togarum
compescuerunt. Quàm præclara fuer
suæ & Religionis prædia & stabilir
sapientiâ, quo consilio, quâ anim
inter tot fluctus quibus res humar
clavum tenuerunt & adhuc tenent
quâ vigilantiâ, indies prospiciunt e
stidis in studio justitiæ, & *Alcibiad*
nondæ in studio fortitudinis, ne quic
trimenti capiat, dicerem Auditores
libenter nisi ejusmodi essent, ut ne
jusquam vel eloquentissimi hominis
plicari oratione possint. Quare ut
vela contraham, Deum quod unum
go, qui bella, qui pacem moderatu
bus, Principibus, atque universis
lis leges, jura ponit; qui victorias, tr
phæa decernit: qui clades, pericu
hostium concursus, & incursus aver
gnus Auriga, & Rector Universi, ha
Mundi curru temperat, ut quemadn
sitas omni lege potentior, & justa
ac libertatis defensio fecit auspicium
nunc calamitatum nostrarum, ac cl

ub tuta hac, stabili, ac inviolata pactione quæ novum nobis victoriæ genus sit, & *um* securitatis, adversus exterorum tyran-, ac tranquillitatis publicæ stabilimentum, hil nobis & ad famam honorificentius, & n tutelæ nostræ firmius, & ad existimatio-icinorum speciosius accidere potest: ut tan-atria è profundo miseriarum, repentina re-utatione emergens, dum *Europa* tot moti-itatur, & regna in ea ardent seditionum a & bellorum, omne in serenitatem tem-mmutetur, ponant venti, fugiant nubes, residant. Omnia inter hasce vitæ ærum-t *Mundi* lubricos casus, foris placida sint, rospera: ac post tot pugnata bella, velut quodam seculo, pietas, Religio, optimæ & quidquid est honestarum artium simul cat, quæ pacis & comites esse solent, & e, magnumque in paranda virtute adju-n, vel in parata ornamentum: Quin,

atus bos avidè rura perambulet,
itet rura Ceres, almaque Faustitas:
catum volitent per mare Navita,
Culpari metuat fides.

at, redeat inquam villis, agrisque fertili-bibus honos, Mari commercium, animis , & integritas. Verbo, quicquid Remp. otest, & bonis omnibus cumulatam, à ia impotentissimi Dominatus, & ab inte-rnum vindicare. In quo voto PATRIÆ quam amans finio, & acquiesco. Dixi.

ORATIO XL

In Chorearum vituperium,

Habita à

DODONEO MERAN

NOn minus præclarè olim, quàm vere rum ille Princeps:

Ætas Parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Ita profectò est: Auream argentea exce argenteam ænea, æneam ferrea, & in ferre ctis quasi omnis Honesti repagulis, & cons lut agmine, omnis generis flagitia instar t cujusdam violenti, irruperunt, quæ hodie omnem, ac modestiam proscribunt, ut sa & velut ex tripode Poëta noster, *Damnosa imminuit dies?* Sed tamen temperandum lachrimis, & querimoniis foret, si non etia culorum, atque ætatum mutatio, mortali res immutaret, missoque probitati & r repudio, ad ea Juventus se conferret stud maximo cum dedecore conjuncta sunt; sanguine viperino cautius fugienda esse, b omnium consensus docet, edicit, imperat

Etenim ut paucis mentem meam cir bam, nec longioribus verborum ambag demorer; quanto cum ardore, quanto ar dio, quanto conatu, juventus hodierno tationes molitur, & tripudia? Quam av calidè frequentant publica ad hanc artem men ars) instituta gymnasia, quanto t dispendio, quantâ meliorum horarum in hoc studium incumbit, quantâ industri râ, his exercitiis levitatis, & lasciviæ pleni

brachia, manus commodat, quanto denique ære illis stant hæc vanitatum certamina? Quo fit ut dum excæcati hujus vitii turpitudinem non agnoscunt, summo ea amore complectantur, quæ odio Vatiniano prosequi debebant, & in iis sibi placeant, quæ displicere ipsis possent, nisi mentis aciem illis perstrinxisset *Moris Tyranni* inveterata hoc ævo licentia. Cui ut occurrere hac mea oratiuncula in animum induxi, ita Auditores qua possum animi demissione à vobis contendo, ut pro solitâ vestrâ humanitate, facilem mihi aurem præbere haud dedignemini.

Hominem si altius, & velut ab ipsis originis suæ primordiis contemplari nobis sit animus, tanta ejus est præstantia, Auditores, ut quotiescunque Veteres in hanc cogitationem descenderunt, hominem admirari satis, nec eum pro meritis extollere potuerunt. A Sapientibus enim *Ægyptiorum*, animal admirandum appellatum fuisse memoriæ proditum est: à *Mercurio* illo Trismegisto naturæ miraculum: à *Pythagora* μέτρον ἁπάντων· à *Platone* Principe Philosophorum, θαῦμα θαυμάτων· à *Theophrasto* proximum à Deo animal: à *Cicerone* divinum: à *Plinio* mundi Epitomen: ab omnibus μικρόκοσμον, & compendium Universi. Quid ergo tandem decere minus hominem potest, ad modestiam natum, & verecundam morum gravitatem, quàm saltationes & tripudia, quæ omnis licentiæ, & lasciviæ argumenta præbent, ac latam intemperantiæ, ac luxuriæ fenestram aperiunt incautæ Juventuti. *Ciceronem* quæso audite, magnum illum non dicendi solum, sed & vivendi magistrum: *nemo*, inquit, *saltat sobrius*, nisi forte insanit, neque in solitudine, neque in convivio moderato, ac honesto. Unde etiam *Basilius* seculi sui Choreas perstringens, vinum saltationum authorem esse dicere non dubitavit. Ex quo facile intelligi potest saltationis, & tripudii aut crapulam esse, aut insaniam. Quo spectans haud dubie Rex *Arragonum*

Alphonſus, nobilitatis vera imag
temperantiæ , & virtutis exer
magnitudinis, & gravitatis ſumı
ſervantiſſimus , cum forte mu
impudentius ſaltantem vidiſſet :
mox Sibylla edet Oraculum : Innı
inſaniæ genus eſſe. *Sibylla* enim
Oraculum , niſi furore correpț
olim cum *Philippum Macedonem*
illius *Alexandri* largius aſperſ
patris, ſaltantem intueretur cum
in has voces magnâ ſermonis, &
erupit: *Cum ô Rex fortuna tibi*
ſonam impoſuerit, non pudet te fa
tem. Profectò ſi tripudia Regibus
purpuram eorum devenuſtant,
auguſto ſceptrorum mantili , ſp
induunt virtutum, quis adeò me
expers, qui non videat illa ipſ
vituperanda eſſe, & juſtam repı
cenſuram mereri ? Viderunt ho
brata in hiſtoriis , Spartanæ pı
Lucippe, *&* *Ariſtippe*, quas hono
-no , & quarum nunquam apud
ſcet memoria, quod virginibus,
ſaltantibus, choreas caſte & ve
rint, nec cur iis ſe commiſceren
aut rationibus adduci potuerunt.
quiet hic forte aliquis , & arro
runt. Sed quis verecundiam ſine
eſſe poteſt, nihil honeſtum, ſuper
gantiam appellabit? Nullum fort
menti hujus, & recreationis deſi
tas tamen impellebat, quæ plus
vitates propenſa eſt. Occaſio null
vero provocabant: ſed vera iis
luptatis contemptio. Cur igitur
Dicam Auditores, nedum fœmin
runt, vel tantillum caſtimoniæ,

[redacted]

rum illibatæ simplicitati detractum irent, nam inter omnia certamina, duriora sunt prælia castitatis, quia ibi continua pugna, & rarior victoria. O si talis hodierno die apud nos virginum esset modestia, si ea morum verecundia multorum animos occuparet; si exemplum hoc sibi imitandum proponerent, qui castitatem hodie, ac pudicitiam profitentur; sed stultitia hæc proh dolor! ne dicam insania, adeo invaluit, moresque multorum ita immutavit, ut quod vitium fuit olim, nunc virtutis nomen sibi vendicet, nec in veniam solum veniat, sed & in laudem, ita ut quisquis hæc aversatur pugnet cum seculo, & similis sit natanti adversus torrentem. At vero quid homine indignum magis esse possit, non video, nisi conditionis suæ sorte immemor, sensum omnem humanitatis cum ratione exuerit, & apud eum vilia sint probitas, pudor, pudicitia, quæ luxuriantes, & quasi fruticantes cupiditates stringunt ac coërcent, & inditos nobis a natura honestatis igniculos excitant. Non latuit hoc imperatorem *Tiberium*, qui choragorum *Histrioniam* civitate Romanâ prohibens, vetuit ne artem suam (si tamen ars dicenda est) tanquam homine indignam usquam terrarum unquam exercerent. Non latuit *Domitianum* qui *Calium Rufum* Senatu movit, quod saltasse diceretur, & quod tripudia viris cordatis, & gravibus indigna judicaret: Non latuit *Clistenem Syracusanum* illum Tyrannum, qui cum *Hippoclidam Tisandri* filium in convivio, Atticos Laconicosque modos, ad tibias saltasset, cruribusque, ac brachiis modulatus esset, tametsi illum inter procos dignissimum judicaret, cui filiam elocaret, nihilominus filiam illi suam brevi hoc, sed arguto sermone recusavit, inquiens: *Tisandri fili desaltasti matrimonium* Quod si Imperatores, Reges, Principes, tripudia tantopere improbarunt, si saltatores Regnorum suorum finibus prohibuerunt, si eos exilio multarunt, si civitatibus suis eos tanquam degeneres incolas eje-

ſe ejus artis cultores promittunt. ...
ſapientiæ laudem reportare, qui ta
in tripudiis placent? immane quantur
Quis adeò rerum omnium ignarus,
mentis inſanientis argumentum eſt,
eſſe ſapientiæ? Dicamne hinc ditio
minime gentium. Non alia enim per
niæ brevior magis, & compendiaria
camne hinc ad honores, & dignitate
tum? nimium videar levis, ſi levi
gradum eſſe ſtatuam ad Honores. H
cam, non irritus planè tripudiantiun
& aliquem laboris ſui fructum repo
tur, dum magno conatu nugas agun
quem Auditores? dicam: trahunt e
brachiis circumferunt, à fronte dete
eum denique corpore ſuſpicioſi, &
validè, & calidè oſtentant in hoc laſ
nitatis ergaſtulo: Obſecro enim vos
eſt ſaltatio, quam mimica & Hiſtric
latio quædam inter ſcenicos, & lud
velut ſigno data, longa hominum
na, longa ſeries, ſtat non ita procul,
flat, aut cytharam pulſat, virgines
ritatæ (heu ævi dedecus!) adoleſc
... junguntur, man

quid nisi hominem mentis impotem magis, quàm compotem arguunt? Sed regerentes hic audio, summam hinc capi voluptatem. Itane? Sed quis obsecro vos (si rem recto judicii oculo æstimemus) adeò ab omni rationis sensu derelictus est, qui in lassitudine, & violenta agitatione corporis, (ut nunc mores) voluptatem statuet? profecto si in ullo corporis exercitio collocanda sit voluptas, quis in tripudio illam quæret, ubi ad sudorem itur, flectitur, rotatur, curritur? Ubi Veneris præludia conspiciuntur, & instrumenta libidinum, ubi specie quadam urbanitatis virginum tentatur pudicitia, ubi liberæ manus, liberi oculi, liberi pedes, liberæ voces? ubi oculi impudici cordis nuntii, fenestrarum instar sunt, quibus concupiscentiæ venenum in intimos animi recessus penetrat? Ubi denique major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia?

Quæ omnia quid aliud sunt (si res dicenda est) quàm effœminatæ artes, & indecora sæculo studia, quàm libidinum stimuli, licentiæ irritamenta, atque impudicitiæ faces, & mixtæ pœnitentiæ voluptates? Hinc quanta morum labes, quæ proborum fomenta, quæ alimenta vitiorum? Chorea enim est circulus, cujus centrum est diabolus, qui in medio tripudiantium ignem concupiscentiæ inflammat. Sed quid Soli longius lucem fœneror, Auditores, iisque probandis prolixius incumbo, quæ vel me tacente loquuntur, & chorearum vanitatem, lasciviam, petulantiam, levitatem, ne dicam turpitudinem, & hilarem insaniam, plenis buccis deprædicant, adeò ut castis animis horrorem incutiant, ne hac labe se pollui patiantur? Certè ab iis sub meliore ævo, & vigente adhuc disciplina in Republica Romana, abhorruit ipsa gentilitas. Fuit *Lucius Murena* nobili genere oriundus, nec non ob eximia ejus in Rempublicam merità, ad Consularem dignitatem evectus: *sed cum multos haberet æmulos*, fuerunt qui eum

conviciis impetere, & nominis ejus famam traducere non dubitarunt, quod saltasset. *Cicero* qui causam ejus egit, tripudia defenditne aut excusat? Nequaquam, imò verò concredit magnum esse crimen, & muneris abdicatione dignum. Quid ergo? Purgat *Murenam*, & hoc unum pro tribunali urget, non videri verisimile, virum gravem, sobrium, temperantem, virtutibus egregiis, præ aliis præditum, usque eo nominis sui, & muneris oblitum esse, ut saltationibus indulserit. Non alio quoque modo *Dejotarum* in *Asiâ* Regem. defendit apud *Cæsarem*. Idem reversus ab exilio, perditissimos cum *Auli Gabinii* mores Senatui aperiret, inter alia lenonis, mollisque, & effœminati hominis vitia referens, eum calamistratum Saltatorem vocat. Si gentiles hæc Auditores, qui solo naturæ lumine ducti fuerunt, quid nos Christiani, quibus tanta hodie lux Evangelicæ veritatis affulget? Facessant, facessant ergo longè à nobis hæc vanitatis, & levitatis certamina, turpia hæc libidinum irritamenta, inverecunda luxuriæ fomenta, amorum illicitorum lenocinia, voluptatum illecebræ, *Satanæ* laquei, mundi tendiculæ, numellæ, compedes, quibus irretita juventus in vinum, & in Venerem prona, deliciis & luxu perdita, non ante capi se videt, quàm cum capta est, nec ante periisse, quàm cum periit. Adeò ut ab armata manu non tantum terroris, ac periculi sit adolescentibus, recta, & liberali indole præditis, ingenioso in hoc unum sæculo, quantum à lenocinio voluptatum, quæ blanda vi, & arte Sinonia, quidquid in nobis est ingenui sanguinis extinguunt, & in ipsam rationis arcem, in animæ Sacrarium per cuniculos irrepunt verius, quàm irrumpunt; faciuntque ut invisa primò morum protervia, postremo tandem ametur; *& tunc demum consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant vitia mores sunt.* Et hi tales quibus Cælum est prostibulum,

lum, Deo, meretrix ara sinus *Thaidis*, sacrificia impurus sermo, & putre osculum, exercitia, saltationes libidinosæ, & tripudia.

Ut verbo finiam Auditores, virtutum omnium custos sit Modestia, quam commendat verecundia, & morum gravitas, cujus laude, & encomio si actiones nostræ destitutæ sint, splendoris sui decus amittant necesse est. Quare ita vitam nostram, ita actiones, ita studia nostra instituamus, ut graves, ut verecundi, ut modesti simus, ut quas virtuti inimicas choreas & Reip. bene constitutæ dehonestamenta, & propudia esse non ignoramus, nunquam amemus. Dixi.

ORATIO XLIII.

IN AVARITIAM,

Habita ab

ANTONIO DOORNICK.

Socrates cum Alcibiadem aliquò die de opibus suis, villis, prædiis plus nimio gloriantem animadverteret, duxit eum in quendam locum, ubi suspensa erat tabula totius Orbis terrarum, & in hac jussit eum quærere Atticam? qua ostensa, monstra mihi inquit in ea, agros tuos, & prædia: Alcibiadi respondenti nulla eorum vel minima extare vestigia, regessit Socrates sapienter, & tanquam ex tripode, cur igitur tantos capis animos ex rebus tam exiguis quæ oculos tuos fugiunt? Apposìtè me hercule, & ad rem. Quid enim illa quæ tantopere mirantur homines? vana, vana sunt, in hoc fluxu, & refluxu rerum humanarum, & alimenta vitiorum, præsertim *Avaritiæ*, quæ ut perturbationum animi violentissima est omnium, ac furiosissima: ita homines in quos dominatur, transversos rapit, &

ſerpetuis quaſi tempeſtatibus concitat. Et ut aliquos videre eſt ita natura turbulentos, ac ſeditioſos, ut qua in domo vel Republica pedem figunt, in eam ſtatim diſſidia, rixas, contentiones ſpargant: ita perniciosa hæc *Alecto*, tanquam una furiarum, ubi animo ſemel recepta eſt, non poteſt quin è veſtigio immoderatarum cupiditatum pugnas cieat, quæ hominem avarum in ruinam præcipitem agunt. Tyranno haud abſimilis qui Reipublicæ quam per vim invaſit, conſilium, & ordines è medio tollit, nemine relicto, qui conatibus ejus nefariis reſiſtere queat, quominus omnia ſuo arbitratu gerat. Sublato enim omni conſilio, non ſui amplius eſt juris, ſed mancipium ejus, cui ſe regendum tradidit. Nullus quippe finis eſt, neque modus ipſius ſollicitudinis, diffidentiæ, timoris, invidiæ, deſperationis, quæ dormientem, & ſopitum identidem torquent, pungunt, lancinant, haud aliter quàm ſi in denſiſſimis vepribus, aut carduis recumberet. Illa enim ſuos curis, & laboribus oppreſſos necat: per maria, per terras, per teſqua, per ſolitudines, per æſtus, per frigora, ſine ulla intermiſſione trahit, rapit, agitat. Quot periculoſas ſuſcipiunt navigationes, vel ad ultimam *Thulen*, quot trajiciunt freta, ſuperant flumina? Quot ſaxa inhoſpita, ſyrtes, brevia præterlabuntur? Quot procellis, & tempeſtatibus furente Borea ſe exponunt, quæ ſingulis illis mortem momentis intentare videntur, ut opes quo jure, qua injuria corradant? & dum eas capiunt, novas cupiunt, *& patulis rimantur faucibus aurum*, magnoque gaudent ſudare tumultu, ita ut gurgites maris citius expleveris, & pertuſa dolia *Danaidum*, quàm inſatiabiles illos bonorum helluones. Cani ſimiles qui quicquid excipit, protinus integrum devorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat: aut renibus qui adipe circumvoluti, ſicci ſemper ſunt, & aridi. *O Encliones, O Tantali!* Quid enim refert quantum quis paſcat, quantum fœneret, quantum in arcâ, quantum in horreis recondat, ſi non acquiſita, ſed acquirenda
com-

computat, & si opes suas, & pecunias habet ut febricitantes febrim, & compediti compedes, quas non tam habent, quam ab iis habentur? Bona à Græcis non *κτήματα* solum, sed & *χρήματα* appellari solent: nec me hercule de nihilo.

Quo (enim) *mihi divitiæ si non conceditur uti?* Certe si bona censeri debent, censeantur ab usu, non à possessione, quæ usu legitimo, & honesto destituta, possidentem destituit, & ad inediam pene redigit, dum sordide tenax Avarus genium suum defraudat cumini sector, & pane atro, vino mucido, lardo rancido, cepis, allio, milio, & recoctâ identidem crambe ventrem latrantem, & famelicum farcit, suaviorum quidem cupidum ferculorum, si haberet; sed Avaritia negat, & has, non alias mancipii sui vult esse dapes, & cupedias: quod si fortè lautius aliquando prandeat, aut cœnet, foris sit: Domi splendidè esurit, culina friget, fumaria torpent, amphoræ, cadi, dolia arida sunt, & vacua, vivit ut pauper, ut moriatur dives, custos magis pecuniæ suæ quam dominus: cui tam deest quod habet, quàm quod non habet. Sed unde hæc tam sordida tenacitas? certè non aliunde quàm ab immoderatâ illâ habendi cupidine.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorumque fames.

Veri *Erisichtones:* quia ut ille epulas in epulis, sic illi opes in opibus quærunt: & restagnantibus auro, argentoque scriniis, satiari tamen nequeunt, novaque identidem *tollant licet omne quod usquam est*, *Auri atque argenti*, fame, & siti pecuniæ laborant. Miseramur ægrum qui picâ vexatur, aut *βυλιμίᾳ*· deploramus hydropicos qui ventres distentos habent aqua intercute, tanquam tympanum, quod illius fames nunquam satiari potest, & pleno queritur jejunia ventre; horum sitis restingui nequit, sed quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. At non minori commiseratione digni sunt avari. Quis enim modus, quis finis, quæ meta cupidinis eorum? Citius aquam Maris ex-

haurias, quam talium desideria, eoque pueris magis sunt pueri: quia jentaculo suo, & portiuncula contenti plura non concupiscunt, nihil aut parum de crastino solliciti. Avari, quid? Oculos cupiditatum suarum ventre majores habent.

Cuncta cupit Crœsus, Diogenes nihilum.

Et uter igitur ditior?

Brevissima ad divitiàs, per contemptum divitiarum, est via.

Et maxime divitiis fruitur, qui minimè divitiis indiget.

Contra avaritia vitium tenax, sui abstinens, aliena concupiscens, suspicax, invidum, limis intuens oculis alienas opes, suos sollicitè servans, quasi omnes ei insidiarentur. Avaritiæ uncæ sunt manus, rem facit alterius damno. Vis *Mævium* divitem efficere? non est addendum ejus pecuniæ, sed detrahendum cupiditati. Nam Avarum irritat, non satiat pecunia. Quidam Patrum haud ineleganter Avarum comparat cum sepulchro, hoc tamen discrimine, quod sepulchrum quidquid illi ingeritur, consumit, sed avarus recondens in horrea, cellas, arcas quæ habet, non alio hæc habet fine, quàm ut habeat, & servet. Loculi ejus impleri possunt, non cupiditas; quia instar abyssi, fundum non habet. *Bernardus* avaritiam comparat Fœminæ sedenti in curru, cujus quatuor rotæ, quatuor sunt vitia; *Contemptus Dei*, *Inhumanitas*, *Mortalitatis oblivio & Diffidentia*: duo equi, *Tenacitas*, & *Rapina*: Auriga, *habendi Desiderium*. Verbo. Matri sceleratæ non absimilis, quæ liberos parit, & homini inimicos.

Avarus enim Idololatra est: quia nummis suis aras erigit, & fiduciam suam quàm in uno & solo *Deo* collocare debet, transfert ad creaturas, quas pro *Deo* colit, & quidem contemptissimas. Quid enim hoc Aurum quod tantopere adorat, si relegata fortunæ pompa rem ipsam intueri velimus, quid inquam aliud est quàm domus Plutoniæ ejectamentum, longè, longè in Vestæ penetralibus

recon-

reconditum ab hominum oculis, & quid sordidius, quàm ea colere, venerari, habere in pretio, quæ pedibus cottidie à nobis conculcantur, & quæ natura esse voluit ima terrarum? Pluris tamen facit Aurum suum, quàm *Deum*: præ Auro Religionem contemnit, *Deum* obliviscitur, ut serviat Avaritiæ, in auro repositam spem habet: nihil amplum aut magnificum agitat animo, non de gloria *Dei*, aut utilitate publica, sed de pecunia corradenda perpetuo cogitat; si ejus jacturam patiatur, majori ægritudine afficitur, quàm si peccatis suis, & offensis *Dei* gratia excidat, avidior longè ad quæstum, quàm ad preces, & numinis divini invocationem. O miseros! Itane homines immutarier? Itane philtro divitiarum fascinari, eoque impietatis delabi per Avaritiam? parum memores salutaris illius moniti Servatoris nostri Jesu Christi: *Quid homini proderit si totum lucretur Mundum, & animæ suæ jacturam patiatur?* Animæ dico, nobilissimæ sui partis, qua servata, omnium mortalium fortunatissimus censeri debet, *Iro* licet, aut *Ibyco* pauperior; contra qua perdita, creaturarum omnium miserrimus, etiamsi *Crassi* divitias, *Cræsi* opes, *Alexandri* aurum captivum, cui triginta vix millia mulorum ferendo erant, securus possideat. Sed ut concatenata inter se sunt vitia? non in *Deum* solum injurius, & contumeliosus est Avarus, sed & in proximum suum: non Idololatra tantum, sed Fur. Invisum fateor nomen, sed tamen verum, & Avaro dignum. Quas enim fraudes, dolos, malas artes non comminiscitur, quas non struit insidias, quæ non molitur. quem non movet lapidem, ut aut apertâ vi, aut specie recti, aliena bona surripiat æruscator sordidus? Totus in hac cura, ut sinistrè opes opibus cumulet, candidioribus imponat, & bonis fucum faciat, per vetita lucri aucupia, qualia sunt iniquum pondus, injusta ulna, inæqualis mensura, fucosa merx, fallax moneta, usura, aut alia quævis ratio rem faciendi, à Deo interdicta, ut simulando, mentiendo,

tiendo, & eos quibuſcum agit commodi ſui cauſa ſubdolè circumveniendo: nempe unde habeat parum ſollicitus, *ſed oportet habere: virtus poſt nummos.* Hirudines veræ, & ſanguiſugæ non miſſuræ cutem niſi plenæ cruoris. Quid ajo? Harpyæ, quæ quicquid tenent unguibus, ſive vendicant. Adjice quotidianas hominis avari ſollicitudines, quæ eum ſine fine diſcruciant, quia majore tormento pecunia poſſidetur, quam quæritur: & ut nihil Avaro fortuna detrahat, quicquid non acquiritur, damnum eſt.

Amplius. Etiam Homicida eſt, quia inediâ perire patitur eos qui opem ejus implorant; qui ad portam ejus, cum *Lazaro* proſtrati optant miculis de mensâ cadentibus ſatiari; *Sed nullis ille movetur fletibus, aut voces ullas tractabilis audit*, dentemque ſibi unum facilius patitur ex ore excuti, quàm nummum ex arca. Quid? Illene tantum cenſendus homicida, qui hominem ferro, ſicâ, aut veneno necat? Non. Non ſervare hominem, eſt perdere, & negare famelicis quo vivant, eſt vitam illis adimere, cum ſine alimento, cibo, potu, vita conſervari nequeat: non ille tantum lampadem extinguit, qui eam afflat, ſed qui ſubtracto oleo, perire eam patitur, & extingui. Non tam Domini ſumus bonorum noſtrorum, quàm Diſpenſatores: ſed quâ lege? Dicam Auditores, non ut ſteriles nobis ſint manus, & noſtri ſolum rationem habeamus; ſed & eorum, qui nos communione unius, & ejuſdem naturæ proximè attingunt, & quos *Deus* pauperes, miſeros, afflictos eſſe voluit, ut aliquis apud eos beneficentiæ noſtræ eſſet locus. Quo ſpectans Patrum quidam: *Eſurientis*, inquit, *eſt panis quem tu retines, nudi eſt veſtis, quam in arca cuſtodis, diſcalceati calceus qui apud te marceſcit, egentis argentum, quod tu poſſides. Clamat ante domum tuam nudus & negligis, & tu ſollicitus es quibus marmoribus pavimenta tua veſtias. Pecuniam pauper quærit, & non habet, panem poſtulat, & Equus tuus aurum ſub dentibus mandit. Quantum ô Avare ſumis tibi judicium, Populus*

eſurit,

esurit, & tu horrea tua claudis, populus luget, plorat, ingemiscit, & tu gemmam tuam versas, sepositasque infelix strangulat arca Divitias. Aliter, aliter longe comparatum olim cum optimo illo Spiridione, omnibus numeris absoluto virtutis exemplo, cujus sit mentio in historia Ecclesiastica, qui omnibus venientibus domum suam pauperibus, claves horrei tradidit, ut inde quisque sumeret, quantum sibi suisque alendis sufficeret. *Cimo Atheniensis* fertur non clausisse agros, ut cuivis egeno fructus colligere liceret, prout ipsis opus esset. Benè me hercule, & sapienter! Nusquam enim lucrosius, nusquam tutius reponi, & collocari possunt bona, quæ *Deus* in nos contulit, quam in manu, & sinu pauperis, magno semper cum fœnore reditura. Quia *Deum* remuneratorem habent, apud quem opera hæc charitatis nunquam in oblivionem venient. *Date* ergo (ut verba Patris cujusdam mea faciam) *quod retinere non potestis, ut recipiatis quod non poteritis amittere. Quæ stultitia est illic relinquere unde estis exituri, & illuc non præmittere quo ituri? Illic substantiam vestram collocate, ubi Patriam habetis: qui collocat Thesauros in terrâ, non habet quod speret in Cælo: ut quid respiciat Cælum ubi nihil habet repositum?* Quæ alibi locantur, fluxa omnia, & nutum fortunæ sequentia, in quæ tamen maxima pars hominum se immergunt, & adhæc tantum calent, & callent. Perperam, & ridicule, Auditores. Nam infinitum est quod petunt, qui plus petunt quam quod deest. Quid quod & illa tot annorum cumulata felicitas subito turbine quassatur, & evertitur in lubrico fortunæ fastigio. Sicut Solem assiduè vel nubes aliqua subducit, vel nox condit: talis omnis hic purpuræ, aut Pluti splendor cadit, aut evanescit: Imo omnia illa somnium, umbra, NIHIL, si cum Æternitate comparentur. Dixi.

ORATIO XLI

De

CONTEMPTU MORTIS

Carmine habita à

PHILIPPO BAELDE(

IMmensum repetit radiis Sol splendidus (
Et solitos lustrare locos, & inhospita sa
Incultasque plagas, atque inhabitata Col
Arva cupit, cursumque parat, reditumque
tur,
Atque in se sua per vestigia volvitur annu:
Menstrua noctivagæ redeunt nova cornua
Æquora spumiferos volvunt ad littora fluc
Itque reditque viam toties maris unda pr(
Nos ubi decidimus, quò Tullus dives, &
Corpora nostra cadunt, nunquam reditura
inde ut
Gramina quæ gelido Boreas cum spirat ab
Falce metit: Veluti pingui cum gaudet a
Luxuriare solo, simul ac exorta procella
Sternuntur segetes, sata læta, Boumque l:
Rura jacent, Calamisque nocent surgentil
bres:
Sic Deus Astripotens, densis occulta tenel
Tempora mortis habet: quæ nunc celebra
mænâ,
Fert animus, fixumque polo mortalibus a
Et versu rapidæ decurrere stamina vitæ.
Adsis Magne Parens, rerum cui summa p(
Qui vitæ fons ipse, fave tu virgine Nate,
Sis mihi Principium, tu sis mihi certa salı
Anchora, tu nostram tranquillo siste carir
Littore, tu nostris juvenilibus annue cœp
Adam primus homo damnavit sæcula pos

[redacted]

Et mortis substravit iter, dum sacra potentis
Jussa Dei violans nimium mens credula dictis
Fœmineis, patulas dedit infelicibus aures.
O Miseranda lues, multos dominata per annos!
O nimium funesta mali contagia! tantum
Heu potuit, peccasse semel! tantisne parentum
Prisca luunt pœnis seri commissa Nepotes!
Qui magni quondam dignus fuit incola Mundi,
Natus homo, quantum, quantum mutatus ab illo,
Jam jacet, & miseræ post tot discrimina vitæ,
Cogitur heu tandem tristi succumbere letho!
O Rerum fatique vires! o prodiga vitæ
Tempora! debemur morti nos nostraque: frustra
Solvimur in lachrymas, gemitus, suspiria, fletus,
Stat sua cuiq; dies: Breve, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, nulli sua profuit ætas.
Quid loquar eventus rerum, fugitivaque secli
Tempora, quid Syllas, Marios, quid Marte Ca-
millos
Conspicuos, quid sæva loquar duo fulmina Belli,
Scipiadas, totque Heroas, quos falce recisos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo?
Quid Juvenem referam Pellæum, & fortia tanti
Arma Viri? cujus nunquam moritura perennat
Fama, per invisas gentes, ubi Rhodanus arva
Alluit & Thamesis tumidis se fundit in æquor
Fluctibus: Occubuit, Stygias damnatus ad um-
bras.
Quid Satrapas rerum Dominos? quid bella Poten-
tum
Ambitiosa loquar? regnandi quanta Cupido
Magnanimos inflat Reges? Hinc quanta moventur
Bella viris, hinc diluvies immensa malorum,
Et labor, & miseranda fames, & mille dolores:
Sed felix trepidæ meditari incommoda vitæ
Qui didicit, fortique animo contemnere mortem,
Illius ut pectus subeat tranquilla voluptas,
Et vitæ despectus, & alta incuria lethi.
Queis sine nec dulces fas est deducere luces,
Nec cælo oblitam terrarum attollere mentem.

Quar

Quare age nunc animum vera ratione docebo,
Ante obitum munite, piæ quò pergere tandem
Feſtinant animæ, mœſtiſque excedere rebus,
Ereptæ lethi imperio, & crudelibus umbris.
Quid trepidas mortalis Homo? quæ cauſa latentem
Terrorem lethi ingeminat? tantiſne ſuperſtes
Deliciis hæc vita ſcatet, tantiſne redundat
Vita Bonis? Horrens duræ ut crudelia Mortis
Pocula deguſtare neges, fatumque ſubire?
Quod magnos humileſque ferit, quod fortibus æquat
Imbelles, populiſque duces, ſeniumque juventæ?
At non ſic Scythiæ populi, quos Thracia nutrit,
Thracia perpetuis paſſim damnata pruinis.
Namque ubi jam natus ſub lucem vagiit infans,
Exululant cuncti pariter, ſuſpiria miſcent
Ædibus, ærumnæ memores, memoreſque malorum,
Et quibus infelix ſub curis ducitur ætas;
At contra læto properantem murmure mortem
Excipiunt, fauſtoſque vocant, quos fata profundis
Eripiunt tenebris, tutaque in ſede reponunt.
Haud male. Nam tantis ſi vita hæc obſita curis,
Si tantis comitata malis, quid vivere longum,
Fert Homini? quid crebra nimis ſuſpiria miſces?
Udaque frigidulis ſingultibus ora fatigas,
Impatiens? quia ſi vitam componere morti
Stulte cupis, quid vita aliud, quam Mortis imago?
Quid niſi fons, ſentina nocens, ac lerna malorum?
Quæ requies, quandiu miſeri jactamur in alto
Mœrorum hoc pelago? velut unda truditur unda.
Aut velut in circo cum ſe effudêre quadrigæ,
Faucibus è pictis, volat irrevocabilis axis,
Raptus equis: aut ſi nervo diſcuſſa ſagitta eſt,
Acta volat, tenueſque ſecans perlabitur auras:
Haud aliter properant dubiæ fugientia vitæ
Tempora, dum violas, dum ſerta, unguenta *puellas*.

[redacted]

Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.
Omnia prætereunt, finiſque ab origine prima,
Fit propior propiorque ſibi; ſic læta juventus
Paulatim ut oritur, ſenioque accedit inerti,
Et mœſto tandem clauduntur cuncta ſepulchro.
Ipſa monet mors quemque ſui? Mors omnibus æ-
qua eſt,
Imbellem, fortemque manet, non India quidquid
Amne ſuo rutilante vehit, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli violenta repellere Mortis
Tela queunt, rabiemque Erebi frenare minan-
tem.
Ortum quidquid habet finem timet? Ibimus o-
mnes,
Ibimus, immenſis urnam quatit Æacus umbris.
Unum omnes expectat iter. Nonne aſpicis ultrò
Ante oculos ut nulla dies ſine funere, Solis
Tingat equos pelago, tumuloſque ante ora tuo-
rum
Præbeat, ipſa tibi, totidem documenta futuri
Certa rogi? Sed quid trepidas? Mors meta labo-
rum,
Te monet aſpirare alio quo maxima quemque
Evocat, & miſſo petitur certamine palma:
Hæc portus, ſtatio, rebus ſolamen in arctis,
Afflictis medicina animis, hæc firma ſalutis
Anchora, & æternæ fautrix placidiſſima mentis.
Quippe illam ſedes animarum, innoxius æther,
Excipit, & triſti defunctos corpore cingit.
Quid mihi ſingultus, lachrymas, tormenta, do-
lores,
Nutantes oculos, atque ora rigentia, Mortis
Inſtantis mihi ſigna refers, deformia viſu?
Deſipis, & lethi fallax te ludit imago.
Nec dolor eſt in morte gravis, dolor omnis ab-
actus,
Ante obitum cum luce perit. Quæcunque time-
mus,
Aut tulimus, dum vita manet, dum ſpiritus. Una
Diſcedunt cum blanda ſuo de corpore vita

Diffluit, & tenues animus differtur in auras.
Ergo dum supereſt vigor ille intactus, & acer,
Dumque calent ferventque animi, dum robora corpus
Sufficit indomitum, venturi in tempore lethi,
Contemptum exercete Viri, fatique latentem
Expectate diem. Sic vitæ impenditur ætas,
Virtutis ſpatio deſcripta, & laudis honore,
Quam nec ſumma dies, nec ſors intercipit ulla.
Dura licet patimur cuncti. Patientia vires
Intendit, ſenſuſque docet ſubmittere Morti:
Omnia nam ſuperat lethi contemptus, & acer,
Invictuſque animus: Nihil illi triſte, minaxque,
Qui mente intrepida potuit ſuccumbere fato.
Quid facias? ſtant Fata *Dei*, ſtat ferreus ordo, &
Ad Stygias deſcenſus aquas eſt omnibus idem,
Serius, aut citius: Quare dum vita ſuperſtes,
Diſce mori, ut vivas ſemper, ſic ſidera migrant,
Heroës, magni ſic ſcandunt æthera Manes,
Qui Chriſtum amplexi, Chriſtique in ſanguine vitam,
Et meritis poſuere fidem. Si cura ſalutis
Te tenet, & celſi ſperas confinia Cœli,
Hanc depoſce FIDEM, votiſque ardentibus inſta:
Non alio datur ire via. Præſentia ſperne,
Venturiſque intende animum, brevis incola Mundi,
Quin etiam vitiorum odium, & virtutis amorem
Poſce frequens. Mors attonitas formidine torquet,
Exercetque animas, Furiæque in limine Fati
Flammigeræ, facibus, tædis, & triſtibus Hydris,
Supplicia intentant miſeris, pœnaſque minantur,
Quas probitas, quas priſca piis à mentibus arcet
Simplicitas, Cœlique probis inſpirat amorem;
Felices nimium quibus his ſe jungere ſolis
Contigit, & vitæ comites aſſumere tantas.
Has ſequere, his aſſueſce lubens, his pectora firma,
Mitte animum longè ſuper æthera, mitte rubentes

Auroræ thalamos ſupra, & laquearia Mundi
Ultima, ſi lethi tibi cura excedere fines,
Et vitam liberare prius, penituſque requiris,
Ante ſuo fractæ quàm cedant corpore vires.
Et compos mens ipſa ſui eſt, & certa facultas,
Et ratio, tempuſque ſinunt, ea cura recurſet.
Interea tu Magne DEUS, Pater optime vitæ
Arbiter, & mortis ſolus mortalibus Author,
DA noſtros numerare dies, fugitivaque vitæ
Tempora, & humani molimina vana laboris
Omnia ſollicitis RECTI traducere curis,
Et Cœli tentare vias, pietatis amore:
Donec inoffenſi tandem, ſaturique dierum,
Et vitæ egreſſi tenebris, donemur Olympo,
Pax ubi læta habitat nullis obnoxia curis.

ORATIO XLV.

Conſolatoria ſuper Obitu amicorum,

Habita ab

OTHONE de VOOGHT.

EXimiè Patrum quidam; *πᾶν κτίςον τρέπτον ἐςί.* Caduca hîc omnia, oriuntur, & abeunt nobiſcum; nec ſtirps aut genus, aut opes ſunt, quæ nos eximant aut noſtra à mortalitatis lege, quæ (ut rerum omnium orbis) *à principio dicta huic Mundo, naſci, denaſci, oriri, aboriri, nec quicquam ſtabile, ac firmum ſummus ille rerum Arbiter eſſe voluit præter ipſum.* Quis enim tam rerum omnium ignarus eſt, hæc qui non videat, capiat, intelligat? Et quid aliud teſtantur omnium temporum monumenta? quid Annales, & hodiernus adhuc dies? quam rebus humanis ineſſe fatalem quandam cataſtrophen, & *rapidiſſimi torrentis* inſtar, florentiſſimas urbes, pro-

ries : ita Regnis, & Rebuspublicis ...
undi causæ. Oriuntur, florent, crescunt, ...
ipsum ut cadant. Ubi enim nunc illa Te...
mina gentiumque ROMA, Orbis co...
Urbs urbium, quæ sub Principe August...
dine, & felicitate sua laboravit? obruta, ...
ruta. Ubi septem illa Mundi Miracula, ...
multo mirabiliora sequentium annoru...
ambitio? solo æquata sunt, nec min...
fuerunt, quam ii qui ea fecerunt. Ubi ...
cumulatæ opes, ubi Cœlo certantia op...
parent. Imò omnia illa, somnium, ut ...
Πάντα γὰρ ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ, ἀνα...
στρέφεται. Inter peritura vivitur,

——— *magnisque negatum*, ...

ut inquit Poëta,

Stare diu, nimioque gravis sub ponde...

limites enim suos habent, quo cum v... stunt, retroeunt, ruunt.

Nec Regnorum tantum, & Rerum... vicissitudo, sed & hanc instabilitatem... humanarum catastrophen in ipsis ho... dere est. *Omnes eodem cogimur, Omni... Urna, serius ocius sors exitura*: Et ut bis...

magno illo hominum grege venatur, capit, tenet fatalis illa hora, quæ cum Mundo cœpit, & tum desinet, cum desinent esse Homines. Dispendia me hercle tristia, ac luctuosa. Ferenda tamen ut omnia quæ nobis immittuntur, & parendum æternæ illi legi. Ita enim visum summo illi rerum Arbitro, ut ex crebris his mortalitatis exemplis multo ante in hac vitæ statione collocati mori discamus, quum moriendum est, & tam diu, Patriæ, Ecclesiæ, Deo vivamus,

Donec vocamur, parque nos jubet dies
Fatale magno reddere expensum Deo.

Una est catena quæ nos alligatos tenet, *Amor vitæ*: qui ut non est abjiciendus, ita minuendus est: ut si quando res exiget, nihil nos detineat, nec impediat, quò minus parati simus.

Nam quid vita hæc nisi *Scena*, mundus *Theatrum*, *Actores* homines, mors *Siparium*? quæ in ipso dramate, illos citius, hos tardius spectantium oculis subducit, & ut omnium finem facit Comœdiæ finis, sic Mors nostri. Quid Vita hæc nostra (si modo vita dicenda, ac non potius vitæ umbra) quam inconstantiæ imago, temporis spolium, calamitatis trutina, peregrinatio molesta, navigatio periculosa in qua nullus sinus, aut portus nisi Mortis? imo si res dicenda, quid hæc vita nisi iter ad vitam? Amissos scio dolemus consanguineos, dolemus amicos. Quidni? Homines sumus, non scopuli, illisione rerum fortuitarum movemur, & habent suspiria dolentibus quoddam levamen. *Sedatur lachrymis, egeriturque dolor.* Sed quem nobis dolorem permittit ratio, etiam coërcet & lenit. Non enim ut paleæ ab omni vento, sic nos rapi ab affectuum turbine debemus, sed rationis pondere stabilire hunc animum. Communis enim hæc naturæ lex est, ut qui cœpit esse, aliquando desinat. Ad quam componi, non Sapientia, non ratio solum suadet, sed necessitas cogit, & quam flectere velle temeritatis est, accusare dementiæ. Longè

ſatius eſt pati, quàm obniti, quod viri fortis eſt, muniti adverſus omnem fortunam; vel aſpernandam magno animo, vel tolerandam invicto. Immo optimum eſt pati, quod emendare non potes, & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, ſine murmure comitari. Contra puſillus, & degener eſt animus qui obluctatur, quique emendare Deum malit, quàm ſe. Qui adverſus tempeſtatem nititur, ſæpe naufragium facit, at qui procellæ cedit, ſuperat. Ridemus ſi quis cum tributa populariter danda ſunt, lamentetur, & ſortem ſuam accuſet, qui omnes cum dant, non ſuperbè ſolùm, ſed ſtulte facit qui ſe vult eximium, aut exſortem, & tanquam albæ, quod ajunt, gallinæ filium, extra publicam aleam collocari. In hoc humani generis tributo, cur non ſic affecti ſimus? cur ut proprium dolorem, aut cladem interpretamur quod omnibus, quod ſemper evenit, & eveniet? Quid? an non in orbem iſta tempeſtas, & ſine delectu vaſtat omnia? & cui uſquam terrarum contigit impunè naſci? Totum Orbem vide, notum, ignotum, multa millia omnibus momentis naſci & mori certum eſt, cur fata mollitie querimur nos in ea conditione eſſe, in qua nemo non eſt? prima enim pars æquitatis eſt æqualitas? cur miramur aliquid nos amittere, amiſſuri omnia? Hoc enim ipſo quod homines nati ſumus, mori nati: & ſi quid ultra punctum, horam, diem, annum vivitur, donum eſt, non debitum, & in gratia, ac lucro ponendum. Quid? quod nulli poteſt ſecura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat. Ad quid igitur Auditores immoderatus ille luctus, ad quid lachrymæ, ſi quod lugemus, non poſſe tantum, ſed debere evenire præſcimus? Si & nobis quod aliis evenire poteſt, & debet, ab eo, cujus ſupremæ voluntati noſtram ſubmitti par eſt, & æquis animis ferre, quidquid vult, quidquid jubet; haud aliter quam Univerſum & in hoc magno Univerſo Sol, *Luna*, *Sidera*, Elementa non invita parent Conditori

tori

tori. In hoc luctu, oculos mentis ad Deum ſummum illum vitæ ac mortis arbitrum flectere oportet, unicum afflictæ, & exulceratæ animæ perfugium, & ab illo robur mutuari, quod dolorem noſtrum in mœroris deliquio mitiget, aut mergat. Nullum hic fata diſcrimen agnoſcunt, nullum ordinem in Reges atque inopes, *Craſos* atque *Iros*, in ſenes, juvenes, in decrepitos & validos, in infantes, & pueros ſuum exercent jus. Æquat omnes cinis, impares naſcimur, pares morimur. Aliis alia eſt meta, ſi tempus ſpectes; eadem ſi finem: Ita eſt, cui naſci contigit, reſtat mori, neminem ætas immunem facit. Alii paullò longius; alii brevius, ſed omnes in eadem via currimus, & ad eundem finem. Arte manſueſcunt feræ vel immaniſſimæ. Eſt quo frangatur marmor, eſt quo molleſcat adamas, nihil eſt quo mortem delinias, & nemo in craſtinum ſui certior.

Poma ut in arboribus pendent: ſic corpora noſtra
Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Veterem Poëtam audite: *Avellimur*, inquit, *dejicimur*, *ſponte cadimus*: & magnum illum Romanæ eloquentiæ principem: *Adoleſcentibus vitam vis eripit*, *ſenibus maturitas*: & hæc omnia ex fatali illa lege. Ideo nullus non dies tanquam ultimus aſpiciendus eſt, & Chriſtiano homini ſic ordinandus, tanquam canat receptui, (quid enim homulli ſumus? aut quamdiu hæc vita?) ne cum illi moriendum, mortis nomen reformidet, quam ſibi reddidit multa cogitatione familiarem. Nullis illa gravis eſt, quàm quibus eſt repentina: facile eam ſuſtinet, qui ſemper expectat, & cujus perennis Philoſophia eſt Mortis meditatio. Ut è convivio etiam lauto abeundum ſemel eſt; ita ex hoc mundo qui ad tempus hoſpitium dat, nulli in ævum; ita nati ſumus, nec alia lege intratur in hunc mundum, quàm ut ex eo migretur aliquando, cum vitæ illud depoſitum repōſcit ille qui vitæ Author. Nam ſi eam recta veritatis amuſſi metiamur, quid

aliud homines ſumus, quam viatores, aut atl
quibus certandum aſſiduè, ſudandum, anh
dum, currendum, donec attingamus optata
lam metam, ſedem quietis, ut nos vitæ hu
rumnoſæ curriculum emenſos tandem patria
cipiat Cœli indigetes. Formidare mortem
Chriſtum afficere injuria, quaſi nobis malè
ſpectum eſſet, cum eo eſſe. Si Martyres no
formidarunt mori per ignes, cur formidab
mori per morbos, quandoquidem eandem
mus cum iis ſpem? Si Gentiles nonnulli ad
tem properarunt cum vultu eorum qui ab e
vertuntur, cur eam adiremus cum metu, m
Spe præditi! Cur ambitio in iis plus poterit,
in nobis fides? Et ſi Miles ſummis ſe periculi
jectat, primus murum conſcendit, pro vili &
guo ſtipendio, quid à nobis non oportet fier
Regno illo æterno ad cujus hæreditatem a
mus? O vere ſapientem, qui hic ſapit! qui
humanis altius caput exſerat, & totus Deo,
tiſque meditationi vacans Chriſtum pect
Chriſtum ore, Chriſtum opere ſpirat, animu
cœlo infert, antequam animam, nec quic
impotentius contra inevitabilem hanc nece
tem molitur. Repugnas? nihil tam exaſpera
vorem vulneris, quam ferendi impatientia.
niteris? Fruſtra, imo ſtultum eſt timere,
vitari non poteſt. Tales piſci haud abſimil
hamo pendens ſi ſe moveat, magis intric
aut avi viſco aut plagis deceptæ, quæ ſi ſe ex
re tentet, magis implicatur: contra

——— *Levius fit patientia*
Quicquid corrigere eſt nefas.

Neceſſitatis enim non aliud eſt effugium,
velle, quod ipſa vult, & ni facis, trahendus ni
minus, aut impellendus; ut equi qui ſeſſoren
ferunt, & ob id ſtimulis acrioribus concit
Quæ autem dementia eſt potius trahi quam
At triſte inquies illud *divelli* à parentibus, a

consanguineis. Triste esset, si verè tale esset. Quid? Divelline possumus ab iis quos votis nostris quotidie comitamur in meliorem illam sortem! quorum indies ob oculos nobis versatur imago! quos in animo circumferimus, tanto quidem felicius, quanto tutius quos loquimur, cogitamus, spiramus? ad quos pleno gradu tendimus? Nam quid mors aliud, ad quam tantopere trepidamus, nisi vitæ portus, quid nisi miseriarum, omniumque dolorum & solutio, & finis: exordium felicitatis, & ad illam aditus? Illam dico æternam & beatam, ut cui uni vita hæc vivit. Et ut diutissimè vivas ita voveo, pauca lustra supersunt, fortassis anni. imo dies, & sequeris qui ante te obiere: adeo nihil tutum atque exploratum est homini, ut ne in unum quidem diem de vita sua certe quid spondere audeat: quia bullis similis est quarum aliæ simul ac natæ sunt protinus evanescunt, aliæ paulo diutius durant, omnes brevissimis quibusdam intervallis aliæ aliis succedunt. Nihil hic diuturnum & hodie fieri posse cogita, quod intra decennium aut lustra aliqua solet. Et hoc divelli appellabis? Non divulsi à nobis sed prægressi, non amissi, sed præmissi sunt, non obierunt, sed abierunt ex tristibus, & turbidis ad lætiora & puriora. Quis metallum perire dixerit, cum liquescit, & posita per ignem scoria, insignis statuæ materiam præbet? Idem in iis quos tantopere luges, qui defæcati jam per mortem, in splendidam imaginem Dei transierunt; eoque felices merito censeri debent, & verè μακαρίται, qui educti. Hominem fateor lugere humanum est, Parentem pium, sed si votis nostris, si suspiriis, & lachrymis retractum imus in terram, qui jam cœlum habitant, & in felicem illam libertatem postliminio redierunt, nimio amore, nimio affectu peccamus & crudeliter officiosi his rursus vitæ ærumnis immergi optamus, qui jam inter tot sidera, tot micantes ignes, in Dei, in Angelorum, in beatarum animarum cho-

ro, divitum pavimenta rident, & totam cum auro ſuo terram. Quis ubi liquit carceres, non tendit ad metam curſor? Quis æſtuoſo mari decumanis jactatus fluctibus, portum recuſat? aut exul errans per nemora, & ſolitudines, doleat reverti in patriam? Reverſi ſunt. Queri hic, aut angi mollities eſt, reluctari inſania. Deus qui in hac vitæ ſtatione eos collocaverat, evocavit. Si Deus: quid quereris? quid fles, quid optas? jus ſuum tenet in dando, & adimendo. Satius eſt non diu felicem eſſe, quàm nunquam, & melius diſceſſura nobis bona, quàm nulla contingere. Ad hæc culpare potes mali aliquid in eo, & ab eo qui bonitas totus & à quo non magis eſt, ut malum aliquod emanet, quam ut malus ſit ipſe, qui à beneficentia optimus, à potentia maximus nominatur? aut ſi quid mali, quid niſi hoc unum quod indignaris, & quereris? Providentia ſtatuit; provide ſtatuit; Summum bonum fecit; benè fecit: & quod à Deo factum audis, cogita non temerè, non fortuitò, ſed eo conſilio, quo non modo nihil niſi quod æquum, & juſtum, ſed nihil etiam niſi quod bonum, ac ſalutare nobis providet, decernit, vult. Ubi juſtitia, & æquitas, quis inter tot orbitatis exempla, inter tam denſa ſenum, ac juvenum funera, reclamare audeat, quis obniti? ubi vero cum æquitate illa noſtra quoque conjuncta eſt utilitas & ſalus, quæ illa ingratitudo foret, non æquo, non moderato animo ſuſcipere, quidquid benigno huic Patri noſtro placuerit, & quem ſequi & obſequi prima eſt ſapientia, & quæ ſola ſit dolori omni mitigando, aut tollendo? Certè Chriſtiani ſic inſtituti, ſic imbuti ſumus Vitam hanc, ſub cujus nomine mors latet, eſſe carcerem, lachrymarum vallem, navigationem periculi plenam, per brevia, vada, Syrtes, profectionem e terra in Cœlum, per nemora, & teſqua hujus Mundi. Mortem contra refugium, & aſylum malorum, & in his mundi *fluctibus*, portum quem ſapiens ſecutus ſui poſ-

ſeſſor,

ſeſſor, & qui craſtinum ſine ſollicitudine expectat, nunquam fugiat, imò (Deo vocante) totis velis in eum feratur. Quid ergo dolori noſtro lenocinamur? Quid querelis proſequimur quod votis debebamus? Obiit Parens, obiit conſanguineus, aut Amicus aliquis? ab exilio ad patriam ivit, è carcere ad libertatem. Abiit à terrenis ad cæleſtia, à fluxis his bonorum umbris, ad æternas illas opes. Piæ enim animæ deeſt quantum reſtat, nec unde veniat perpendit, ſed quo tendit. Quæ ſi cogitamus, dolori noſtro quis hic locus? Aut ſi dolori, qui patientiæ? cujus hoc proprium, ferre quæ DEUS immittit, nec obniti. Quis amori? qui cum ſua noxa, bene etiam illi vult, quem amat, nec revocari optet, aut retrahi hanc mundi ſcenam, quem ſumma beatitudine frui certò confidit, & emiſſum his tenebris totum jam lucem illam aſpicere, quam nos per anguſtiſſimas oculorum vias obſcurè intuemur. Ratio ſi recta eſt, ſuperari à dolore non debet, ſi firma, non poteſt. Placuit id Deo? placet etiam nobis: quod vult velimus, & quò ducit, eamus. Quid enim abſtulit niſi quod dedit? Quid recipit niſi quod ad tempus tantum dederat? Nuſquam animo dejici Sapientis eſt, imo & facere, & pati fortia, Chriſtianum eſt: ſed in his caſibus, quibus omnes ex æquo obnoxii ſumus, immoderatius lugere, non eſt Sapientis, non Chriſtiani. *Turpis eſt navigii rector, cui gubernacula fluctus eripit, qui fluctuantia vela deſerit, permittit tempeſtati ratem: at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clavum tenentem, & obnixum. Feras non culpes, quod mutari non poteſt*, inquit *Publ* ille *Mimus*: neque enim neceſſitatis aliud effugium eſt, quam velle quod ipſa cogit. Non ſacræ paginæ exempla, ſed gentilium hic producam, qui licet ſolo naturæ lumine imbuti fuerint, nobis hac in parte præeunt & conſtantiæ ſuæ ſpecimina nobis reliquerunt non pœnitenda. *Q. Marcus* ea olim animi firmitate fuit, ut ab ipſo rogo filii & quidem

quidem uniti in Curiam veniret, operam Reipublicæ navaturus. Quid *Rutilia*: Matris certè affectum sic temperare potuit in ipso luctu, ut nemo lachrymas ejus, post elatum filium notarit. *Pericles* Atheniensium dux, cum intra quatriduum duobus adolescentulis orbatus esset, solito vultu, atque adeo coronatus in publicum prodiit, & in concione disseruit. *Xenophon* cum inter sacrificandum, mors filii nunciaretur, coronam modo deposuit, & eandem mox animo composito, optimo ærumnæ condimento, simul ac fortiter in acie cecidisse intellexit, reposuit. Quam nobilis illa vox fuit *Anaxagoræ*, cui cum nunciatum esset filium vitam cum morte commutasse, sciebam inquit me genuisse mortalem. Quid *Paulum Æmilium* loquar, qui intra septem dies duobus defunctis filiis, progressus in concionem, ultrò populo Romano gratulatus est, quod publicam fortunæ invidiam, domestico luctu redemisset? Quid *Fabium Maximum*, qui cum filium consularem amisisset, cônsul in concionem prodiit, & encomium filii recitavit? Quid *Catonem Censorium*, cui cum filius natu major obiisset, singulari ingenio, summa virtute juvenis, ad hæc prætor jam designatus, nihil tamen hoc casu commotus est, ut Reip. negotia segnius administraret. Quid denique *Pisones*, *Scævolas*, *Metellos*, *Scauros*, *Marcellos*, aliosque magni nominis *Romanos*, à quibus animi magnitudine Christianos longe superari turpe esset ac probrosum? Sed quid viros in medium produco? fœminæ nobis præeunt exemplo suo, quæ orbitatem liberorum forti tulerunt animo: *Cornelia*, cum duos filios *Tiberium* & *Cajum*, magnos illos *Gracchos* contrucidatos vidisset, ac eo nomine eam consanguinei consolarentur, miseramque dicerent, respondit: *Nunquam non felicem me dicam quæ Gracchos peperi.* Haud aliter Spartana illa mulier, quæ cum intellexisset filium in prælio cecidisse, *Ideo*, inquit, *illum genui, ut esset qui pro patria mori non detrectaret.*

Si

[redacted]

Si hæc fœmina, quid viri? Absit itaque Auditores, absit dolor qui nulli minus gratus est, quam ei cui præstari videtur:

Absint inani funere nænia.
Luctusque turpes, & querimonia.

Nam supervacuum est dolere, si nihil dolendo proficias, & iniquum queri de eo quod uni accidit, & omnibus restat. Quid autem dementius, quàm cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum qui antecessit? Intervallis distinguimur, exitu æquamur, & in tanta volutatione rerum humanarum, nil cuiquam, nisi mors, certum. Adhæc quis eo animo navigat, ut semper naviget? quis ita militat, ut nunquam militare desinat? quis ea mente laborem suscipit, ut alios ex aliis labores perpetuo excipiat? sed & qui navigat portum, & qui militat victoriam, & qui laborat quietem ac otium spectat, quò qui pervenêre, gratulari eis amici, non dolere illorum vicem debent.

Gubernator aut *Palinurus* aliquis in navi, non frangit impetu magnos illos, & decumanos fluctus, sed vitat aut declinat: Sic in tristi illo liberorum, amicorum, parentum obitu, errat quisquis recalcitrat, aut obnititur. Patientia quæ virtutum omnium maxima est, & quæ palmæ instar ponderi assurgit, superanda sunt, & magno animo excipienda, quæ vitari non possunt. Sic ignem superavit, & vicit *Mutius*, crucem *Regulus*, venenum *Socrates*, exilium *Rutilius*, mortem *Christianus*. Et ut musto tempus damus quos despumet: sic mæsto animo ut ægritudinis fæces ejiciat, diesque paulatim leniat, & mora quod sola ratio non potest. Λύπης γὰρ πάσης ἐστὶν ἰατρὸς χρόνος. Vultis finiā Auditores? Optima hæc lugendi defunctos ratio est, non tam in mortalitate Amicorum, quam exuerunt deploranda, quàm in nostra seriò meditanda occupari, ut multo ante mori discamus, quàm moriendū est; ne nos incautos opprimat fatalis illa hora, sed paratos ad iter, & succinctos quocunque etiā die & loco.

loco. Quæ multo ante proviſa ſunt, languidius incurrunt, & neceſſe eſt magis corruant, qui quaſi ex inopinato feriuntur. Nullis enim illa gravis eſt quam quibus inopina eſt, & repentina: At contra facile eam ſuſtinet qui altiori mentis contemplatione, & animo terrenis cogitationibus defecato eam Deo & pietate ducibus ſemper expectat, qui quicquid fieri poteſt, quaſi futurum cogitat, & corpus ſuum non aliter adſpicit, quam vinculum aliquod libertati ſuæ circumdatum, & venturum iterum qui nos in lucem reponat diem, unicam quietis hic ancoram, unicum ad perpetuam ſalutem viaticum, & viam. Quare ut in Scena partes qui peregit, perſonam veſtemque ponit, & libens domum abit: ſic noſter hic animus æternitatis candidatus, à temporario Theatro, in æthercam illam Sedem. Dixi.

ORATIO XLVI.

De Vulgi inconſtantia.

EST leve prævalidis telum quod viribus arcu
Mittitur, & levis eſt dubia inconſtantia ſortis.
Et tumidi levis eſt ſurſum ſublata procellis
Pluma noti, torrenſque levis qui montibus altis,
Præcipitique fluens de valle per æquora currit.
Si tamen obſerves animo, volvaſque frequenter,
Quanta ſit in vulgo levitas, ſit quantaque plebis
Mobilitas ſtolidæ, multo leviora caducis
Arboris eſſe magis commenta fatebere ramis
Et foliis, quæ ventus agens tollenſque repellit:
Adde quod & multis ſit Bellua frontibus, ardens
Invidia, ſtudioque tumens inviſa nocendi.
Veraque nunc iterans, nunc ficta repente reportans
Inſtabilis, blandis hominem nunc laudibus æquat
Sideribus, lucri ſibi ſpe lactata futuri,
Nunc eadem pariter ſubito commota per iram
Convitii perjura petit, laceratque procaci

Facta aliis clam vana loquens mendacia lingua;
Quodque magis vultum præsenti ficta favente
Et simulata refert, tergo sed fraude malignas
Insidias qua parte potest struit illa, datorum
Haud memor, & lucri, priscique oblita favoris.
Ergo quid Mundane levis mendacia Vulgi
Insequeris? vanaque tumes quid laudis amore
Insipiens? verbosa rudis quid murmura plebis
Mobiliora notis levibus petis improbe? multum
Falleris, & nimium fidis casurus inani.
An non erudiunt te magna pericula? semper
Illudi Mundo pateris tibi, pendulus hæres
Sollicitusque manes, alieno ex ore tumescens,
Et semper laudum quantum volet illa tuarum
Fit modus, & quantum volet hæc mensura favoris
Decrescis, crescisque velut cum turbine magno,
Ventorum sublata ratis vaga gurgite curvo
Tollitur, atque eadem manes cito tendit ad imos.
Ecquid enim certi quæso? firmique quid inde
Proveniat, quod more noti statione morari
Atque loco nequit, ast semper nova concipit intus
In levitate sua constans, modo rumpit, & auget
Subdola amicitias, demum scelus omne ministrat,
Quod nec forte novum cuidam videatur, ubique
Cum satis existant exempla illustria, quorum
Hæc tamen excellunt magis, ut sit quanta probetur
Mobilitas Vulgi reprobi, plebisque maligna.
Scilicet inconstans ut erat, ventosaque multum
Judicioque levis, Christum nunc regis honore
Afficiunt, titulisque colunt sublimibus auctum.
Nunc eadem cito versa animis, mutata novisque
Consiliis, cupiunt ipsum graviore recentes
Supplicio torquere, prius quem laude ferebant.
Sic quoque Naufragio Paulus *forte Melitam*
Pulsus & exactis tot casibus, isset ad oras
Exceptusque foret satis hic humaniter ipsis.
Accidit, ut cumulans sarmenta reponeret, apto
Igne cremanda solo, duro quia frigore pressus;
Sed cito prosiliens serpens ex igne, caloris

Impatiens, moritura manus invasit, ac illi
Hæc nova cernentes statim fecere Latronem,
Qui cum tanta maris discrimina, mille procellas
Effugerit, vita tamen hic expendere pœnas
Debeat, illæsum sed cum jam morsibus illum
Conspicerent, dixere DEUM *vitiisque carentem.*
An non magna hominum hæc precor inconstantia, plebis
Et levitas, quod dicta cito conterrita motu
Consiliumque fidemque neget, mutetque frequenter,
Opprobriisque ingrata premat, tunc tollat, & inde
Deprimat, incertis studiis detenta per horas?
Felicem hunc igitur semper, penitusque beatum
Dixero, quem poterunt non dicta movere maligna
Plebis, & instabilis commenta profana popelli.

ORATIO XLVII.

Carmen quo hortamur de reddenda Deo gratia pro tantis Beneficiis.

JAm quæ penna feret raptum me, ut magna Tonantis
Omnia conspiciens, data munera volvere possem.
Hei? Quæ lingua mihi, quæ vena aspersa Poësi
Argutula, precor addet opem, latumque juvamen.
Nunc nova sufficiens mihi carmina, ut alma benigni
Numinis in me sit bonitas laudata clientem
Indignum tamen: æquali si pendere lance
Cuncta cupit delicta, mihi & dare justa merenti:
Rursus age ô venias igitur mea Musa, canamus
Ut meruit, laudesque Dei celebremus ubique,
Cantantes pariter pandamus facta, manumque
In mortale genus pronam, penitusque benignam.
O multum laudanda Dei clementia, semper
Flagranti nos amore fovens! Qui Numine forti
Reddidit illæsos toties nos fidus ab Hoste.
Annua sed nobis rursus rediere vicissim
Tempora, Laus Domino data sit, quoque Gloria soli
Reddita quæso Deo, qui nos dignatus es arctis

In

In rebus servare, tuas sermonibus aures
Multum vah! faciles tendens, miseratus egenos
Edita sit tua laus semper, quo vita misella
Obruta sæpe malis variis, suscepta sub alis
Conservata tuis fuit, ô spes una; tuorum
Hospes, & afflictis statio tutissima rebus,
Alma Salus nobis miseris, te vindice tuto
Rupta fuit, disjecta simul quoque si quo virorum
Impia fraus fragiles voluit nos perdere, forti
Solatium miseris ope, ductus amore dedisti,
Sola tibi laus sit, lapso qui fortiter amo
Invictos reddens, firmosque, benignus ab omni
Mole procellarum, quibus obnoxia vita
Objectos dextra, servasti. Quanta Tonantis
Heu Bonitas, quantus favor Omnipotentis, Olimpo
Aspiciens, qui non est dedignatus egenos
Nos donis cumulare suis: variisque beare
Conservans pariter quoque nos fulcire caducos.
Sed quid dona precor, vitam quibus ille misellam
Tollit sæpe malis oneratam: pendimus illas
Regis opes Superi potius quibus ipse beatas
Esse animas voluit memoremus carmine quæso.
Nostra suo tenebris circumdata pectora verbo
Æterno semper renovat Deus, ille procellis
Littus, & electis spes unica, solaque vita:
Opprobrio nos esse facit procul; Optime Rector
Confirmas, lustrasque tua nos luce, profana
Obsita perpetuo quibus est Natura, repellis,
Eruis atque tui vi Spiritus, illa Saluti
Parta qua nocumenta darent, tu denique Solus
In miseris adjutor: opem dare promptus, utrumque
Sustentas, nutrisque parens, alimenta cuique
Tradens apta; cibos nobis, animisque salutem.
O quam vera tua in nobis Bonitatis imago
Lutea materies; tantum qui dicimur, ardet.
Ach tibi quis dignas nostrum pater optime grates
Motus amore tui referat, quis digna reportet
Munia, quis precibus, grata quis mente rependat!
Ista tua larga Regalia munera dextra

Tantum sufficiat tibi nos voluisse, voluntas
Totius oro loco sit, vita mobilis atque
Obsecro sis memor, alme parens, nobisque remittas
Ante tui si læsa fuit patientia tardi
Numinis ad pœnas, si crimina fecimus, illa
Non indignatus cupias punire, rebelles
Obstitimus quoque si tibi, nec muneribus ullis
Meta fuit mens nostra tuis, ignosce misellis,
Daque simul veniam nobis: Qua commoda quæso
Xerxis *enim miseris præberet scrinia Ditis?*
Cum tamen ira tuos sequeretur justa ministros,
Vana foret res tota; precor Deus optime, quare
Indignis ne tu nobis mortalibus obstes.

SCRIPTOR.

HÆc Germane meo nuper commissa papiro
Ante tuas supplex offero dona manus.
Nostra precor nec tu munuscula despice torvus,
Ingenii messem, ast suscipe quæso meum
Si placeat scriptum, si non, amplectere mentem,
Majus erit voto si sit utrumque meo.

Perlegas primas litteras superiorum carminum & harum sensum ubi revolveris percipies. 1596.

ORATIO XLVIII.

In laudem Græcæ linguæ loco strenæ missa.

SI tantum, Auditores ornatissimi, rei susceptæ dignitatem; quantum ejusdem difficultatem consideremus, non nihil nos adversari videbitur, & nostrum quodammodo minuere consilium, id quod vulgari illo ac eleganti Proverbio dici solet, *Vino vendibili non opus est suspensa hadera*; qua innuere voluerunt sententia veteres, talia laudibus efferenda non esse quæ nullas commendationes desiderant, aut quorum æstimatio sic cordibus hominum invaluit, ut nec tantum ab aliquo laudari possint quantum ad ipsa laudanda sufficiat. Quod licet non inconvenienter ab adver-

ſariis hic objici ſolet & inculcari, cujus pene omnis irrita ac otioſa videretur laudatio, ſi quod nullis commendationibus eget, ſed abundat potius; quodque ab eruditis, doctiſſimiſque viris tantopere probatum eſt, noſtris etiam præconiis evehere cupiamus: His tamen cauſis impulſus eo me lubentiorem tantæ difficultati ſubmittere volui, dum quanta apud tyrones commendatione indigeret, quantumque ejuſdem linguæ utilitas ac elegantia ipſis proponi deberet conſiderarem; Si quod paſſim ita cuivis nota non ſit ut putatur, aut ſi nota quidem non ita quoſvis in ea verſatos, ut perfectionem ſibi quandam adſcribere audeant: & cum ita ſit ut omnium rerum ſint ſubitæ viciſſitudines, ſubiti motus & mutationes, ut modo laudentur, modo contemnantur, modo floreant, modo defloreant, ſic etiam linguarum, artium & ſcientiarum, ut qua citiſſime extollantur & deprimantur, non iniquum & à re literaria alienum putavi, ſi tantis incitatus utilitatibus præſens à nobis ſuſciperetur laudatio. Ac primo quidem non uni tantum maximas utilitates afferre videtur, nec uni ſaltem neceſſaria, ſi cum quotquot qui in arte aliqua, ſcientia & omni denique ſtudio excellere conantur, perpenderimus, quam plurimum iis prodeſſe videamus, ſive quis ſe ad Theologiæ ſtudium contulerit, ſive Philoſophiæ operam dederit, ſive etiam Medicinæ, aut aliis porro, quibuſcunque artibus, nullas demum didicerit, in quibus ex Græca lingua magnum ſolatium & ſtudiis ſuis levamen ſibi non conſecutus fuerit. Quod autem ad Theologiam pertinet; quamplurimos Græcos libros, qui ad ejuſdem perfectionem hominem conducere poſſunt, poſteritati relictos videmus; ac quod omnium maxime mirandum eſt, omnes pene Libri Novi Teſtamenti tali idiomate ſcripti deprehenduntur; hac maxime lingua uſi Apoſtoli quod vel u-

tra-

ſitatiſſima eſſet inter totum terrarum orbem, vel nulla elegantiori ea exprimi poſſent, quæ ipſis à Spiritu Sancto revelata fuerunt. Adde quod vetus Teſtamentum, quod antea Hebraica lingua ſcriptum erat, aliquando in Græcam traductum fuerit: Quod ne meo cerebro commentum effingere videar, teſtis nobis erit frequens horum ab Apoſtolis mentio, qui eam verſionem ſæpius ita ſuis ſcriptis confirmant. Quis itaque non fontes ipſos potius conſulendos, & ad authentica ſcripta recurrendum eſſe judicaverit? Hic à nobis diſcedunt qui in alias linguas fideliter traducta eſſe frequenter objiciunt: Sed ſit ita ut in alias ſint verſa linguas, quod non infiteor, fidelitatem tamen prorſus diffiteor, quod ex diverſitate ſcriptorum, & ſcribentium opinionum plus ſatis patet, ſi cum quotquot auctorum verſa conferri debeant, maxime inter ſe differre deprehendantur. Et quam quæſo certitudinem & veritatem ex ſcriptis illis colligere quis poſſit, ex tanta auctorum diſcrepantia, qua fit ut animos lectorum magis perturbent & in ſuſpiciones inducant quam erudiant. Accedit & huc etiam quod ſæpius non magna eruditione & experientia præditi ſint, ut omnia perfecte percipere poſſint, hinc maximos errores ſæpius inferentes, omnia potius invertant quam vertant; Nec verò ut id per ignorantiam ſolum faciant, ſed videamus etiam plurimos perverſos, & veritatis ipſius everſores, qui dedita opera ad talia ſcelera efferuntur, ut hæreſes ſuas, ſententias de rebus animo commentas, ac denique dogmata ſua falſiſſima tali prætextu occultare poſſent, & ne mendaciis aliquando convinci queant. Hoc igitur damnum & talium auctorum technas ac infidelitatem præmiſi, ne fidem noſtram & Sacræ Scripturæ veritatem, in iis quæ hominum ingenio proveniunt, collocans vel *fontem*, non rivos illos perditiſſimos conſi

lamus

lamus, quod autem fieri non poterit nisi ad
ejusdem linguæ perfectam cognitionem con-
tendamus. Porro cum omnes linguæ suas pro-
prietates habeant, & varios loquendi modos qui
intelligi non possunt ac percipi, nisi ab iis qui
in linguis maxime periti feruntur· infinitos au-
tem Græcismos, dialectos, figuras Græca lingua
contineat, id quod laboris erit iis cognoscen-
dis omnem operam intendere necesse est: Quod
si fiat non verborum ipsorum & sententiarum
difficultates, sed & abstrusissima quæque facilli-
mo labore intelligi poterunt. Sed illa etiam dif-
ficilia & quæ vulgi captum excedunt, quæ à
Patribus nostris *Augustino*, *Chrysostomo*, *Cypriano*
& aliis fideliter explicata sunt (quorum opinio-
nes de rebus contemni non debent) levissima o-
pera cognosci poterunt. Qui cum omnes pene
Græci fuerint & hoc maxime idiomate usi, qui
vero Latini, tam multa Latinis Græca com-
miscuisse, ut difficulter sine ea intelligi possint;
Quis non hujus linguæ cognitionem summe stu-
dioso necessariam esse, qui in omnibus peritus
haberi velit, fateatur? Quod ne mirum alicui
videri possit, experientiam ipsam consulamus,
& ab eventu quotidiano rem judicemus, certis-
simum enim hoc semper fuisse manifesto satis ap-
paret. Ubi cum in precio aliquo & dignitate ab
hominibus Græca lingua habita fuit, & manibus
studiosorum Scholisque versari cœpit, ne ma-
gnas quidem solum ipsis attulisse utilitates, sed
infinitos etiam errores retectos fuisse. Quod no-
stri quoque seculi exemplo colligere licet, quo
cum magis apud homines valere cœpit & exer-
ceri, etiam ipsi S. Scripturæ lucem non parvam
accessisse videamus, & multas perversorum ac
reproborum hæreses patefactas, quas ruditate,
& ignorantia linguarum pertinaciter magis ma-
gisque tuebantur ac confirmabant. Neque ve-
ro quod nonnulli dictitant etiam Patrum
nostro-

nostrorum memoriam plurimum floruisse & excultam magnopere fuisse Theologiam Scholasticam sine Græcæ linguæ usu ac cognitione, ac ideo non ita necessariam esse, ut putatur, homini, qui in artibus & scientiis excellere cupiat. Sed hoc laudes & ejusdem linguæ cognitionis necessitatem non minuit, nec hoc ipsis adscribendum est quod aliquando floruerit cum scriptis Patrum nostrorum, si quæ utilia ad nos redierint, excerpta fuerunt, non autem industria, & ingenii sui acumine inventa, cum potius perversa & Religioni sæpius repugnantia ab illis prodita, ab eruditis censeantur. Hinc est ut infinitas quæstiones, subtilitates, fallacias pro arbitrio proponerent, rationesque frigidissimas ac nullius momenti instituerent. Omitto perniciosas de rebus opiniones, sententias absurdissimas, errores denique à verè Christiano detestandos, quos Græcæ linguæ ruditate ac ignorantia, & disputationibus hujusmodi inutilibus ac otiosis invexerant. Neque est quod quis objiciat etiam nunc temporis egregios & præstantes esse Theologos, qui Græcæ linguæ prorsus rudes sint ac ignari; Quid enim quæso absurdius? quam si quendam ad absolutam perfectamque Theologiæ cognitionem contendisse videamus, qui hujus prius linguæ peritus non fuerit, aut sit ita quidem, ut indocti aliqui & idiotæ pure quidem & sincerè Euangelium hominibus explicent, & pietatis ac Dei quondam zelo accensi errores quidem pro viribus manifestent & extinguant, non tamen ideo putandum est hoc ab ipsis fieri quod linguæ Græcæ rudes sint, sed potius quod Doctorum manu ducti, & auxilio eorum adjuti, talia præstare possint. Quanquam quis hoc credat, neminem non nisi summe Græcum ad Theologiam admittendum esse, imperitos vero excludendos? Hæc tamen sic à nobis dicta sint, ut qui in studiis aluntur & exercentur, & qui aliquam Theologiæ cognitionem consequi sperant, adeoque & adversariorum calumnias & hæreses vincere

cere ac refrenare conantur, maxime iis in hoc elaborandum esse, ut vel ad perfectionem ejusdem linguæ quantum licuit accedere possint, vel ea saltem difficillima, & omnium utilissima aliquando memoriæ tradita ac servata tanquam ex elencho quodam in necessitate ad usum revocare possint. Cujus rei non parvam utilitatem Jesuitæ percipientes, maxime his suos errores confirmare ac stabilire conantur. Hæc vero ex adverso Anabaptistæ rejicientes, & contemptu quodam ac fastidio aspernantes præ nimia ejusdem linguæ ignorantia, dum rationibus firmissimis interdum se fultos existimant, ridiculos se eruditis reddant, ita ut proprias sæpe hæreses & dogmata falsissima ruditate sua ipsi manifestent, & se suo quod ajunt gladio incautos jugulent. Hactenus de Theologia. Jam quantum ad Philosophiæ cognitionem conducat videamus, neque ad ejusdem perfectionem nemo unquam pervenire poterit, nisi in Græca lingua plurimum se exercuerit, si à quibus inventa sit consideremus; cum enim à Græcis originem suam habeat, & ab iis semper plurimum exculta; nulli denique præter Græcos Philosophi præstantes unquam extiterunt, quis ad hanc quoque Græcæ linguæ cognitionem necessariam esse non approbaverit? Nec obstat quod ab aliquibus hic objici solet, multos etiam Latinos extitisse Philosophos, qui omnem fere in hoc studio ætatem suam consumpserunt. Quis enim talium in scriptis suis tenuitatem cum hac conferendam putaverit, si quali ordine, elegantia ac ornatu expolita, ac denique in quantam perfectionem à Græcis redacta sit perpendatur. Neque est quod tantum Latinis attribuant, quam enim certitudinem ac Philosophiæ cognitionem ex tam infirmis accipere quis possit. Etenim nulla præter paucula aliqua *Ciceronis*, *Plinii*, *Boëtii* ad posteritates transmissa sunt, atque ea quidem quam sint diluta & incerta satis

patet,

patet, non quod manu puerorum prorsus mittendos esse censeamus, sed quis non tam literis & scientiis Romanos quam militiæ & præliis committendis ac reipub. saluti labores omnes suos & curas impendisse? Quis etiam eos non magis fortitudini & strenuitati Græcis intentos fuisse fateatur? ita ut publicis impediri negotiis, & recte belli administrandi curis detenti, non ita studiis vacare licuit ut in omnibus excellere potuissent. Hinc tanto ad bella desiderio propulsi, sæpius hos qui inter parietes privatos se continerent, & Philosophiæ se applicarent, per contemptum hoc iis agnomen imponerent, ut Græculos eos vocarent tanquam non publicæ, sed suæ tantum studentes utilitati, non aliis sed sibi natos. Ac quod omnium maxime mirandum est, tanta sæpius in eos irâ & odio invehebantur, ut tanquam indignos civitate & hominum consortio sæpius in exilium mitterent & Rep. ejicerent. Sed videamus quo pacto a nobis iis obviam iri possit, qui utilissima etiam ad Philosophiam à Scholasticis posterioribus prodiisse affirmant. Multa quidem admittenda, ab iis inventa fuisse non diffitemur: quæ tamen ex adverso non damna Philosophiæ intulerunt? quibus non erroribus ac tenebris eam obscurarunt Latinæ ac Græcæ linguæ ignorantia? adeo ut ea etiam quæ animis concepissent, commode & aptè satis proferre non poterant: hinc infinitas quæstiones, & de vilissimis quibusque rebus controversias nasci, hinc plurimos errores oriri necesse fuit. Quæ omnia tamen hoc modo cavere potuissent, si suam sententiam dilucide & perspicue primo proposuissent. Cur igitur dicat quis versa sunt præstantissima etiam quævis scripta Græcorum quæ ad Philosophiam spectant, si nulla ad juventutem utilitas ex his proveniat. Versa quidem esse non infiteor, sed à Tironibus quomodo intelligi poterunt? Etenim

multæ

multæ in iis ſententiæ obſcuræ, multæ ambiguitates, multa denique quæ difficultatem non paucam diſcentibus movere poſſunt, quibus ſe expedire, & ad eorundum notitiam nunquam pervenire poterunt, ſi nullam prorſus cognitionem Græcæ linguæ habeat, ad quam in neceſſitate ad veritatem rerum difficilium cognoſcendam recurrere poſſint. Sed his non diutius inſiſto. Proximum eſt ut quàm neceſſaria quoque Græcæ linguæ cognitio ad Medicinam ſit videamus. Tantum enim abeſt ut carere Græcâ quis poſſit, ut ſine ea ne minimam quidem hujus artis cognitionem conſequi queat; cum enim nulli unquam præter Græcos Medici præſtantes extiterint, quomodo quis in ea ſe exercebit, ſi hujus imperitus fuerit? Niſi vero quis dicat multos etiam Medicinæ præſtantiſſimos extare cultores Arabes, *Avicennum*, *Meſuam*, *Averroem* & alios, qui in hac maxime celebres ſe reddiderunt. Sed quem quæſo latet, ſi quæ egregia & utilia ad Medicinam ab ipſis prodita fuerunt, non à Græcis hæc ſibi conciliaſſe? & ex ſcriptis eorum excerpſiſſe quibus hæc præſtare potuiſſent. Quod ex eo manifeſtum eſt, quod multis eam erroribus interdum obſcurarint, adeoque multa abſurda intulerint quæ ſine Græcis corrigi & emendari non poſſint. Tanta denique in ſcriptorum Arabum verſione eſt vitioſitas & incertitudo, ut parvos fructus ex talium lectione capere quis poſſit, qui linguæ Arabicæ ſit imperitus. Hinc eſt ut nunquam in Scholis & Academiis Arabes ſed Græcos artis hujus tanquam origines & fontes diſcentibus prælegi videamus. Quod autem ad hiſtorias attinet; Antiquiſſimas & præſtantiſſimas quaſque à Græcis eſſe conſtat, ut *Herodoti*, *Thucydidis*, *Xenophontis* & aliorum. Etenim nulli unquam extiterint qui tantum hiſtoriis laborem impenderunt, adeoque illis ſe celebres reddide-

runt.

quibus quæsò non vitiis aspersæ sunt, & infectæ? quibus non malis solent comitari? His enim homines vel ad ambitionem, vel gloriæ appetitum excitantur, ut honores apud vulgus consequantur, & ad quendam dignitatis gradum evehantur: Alii his impelluntur ad avaritiam & φιλαργυρίαν, ut divitias, opes, possessiones accumulent, omnia corradant, dominium denique suum latius extendant. Alii denique ad luxuriam, voluptates, libidines illicitas, & hujusmodi vitia enormia ac detestanda incitantur. Sed quid Theologia? Quid simile? sola ad perfectionem contendit, sola sanctitatem, justitiam, & simplicitatem amplectitur, sola hominem erigit, sola ex tenebris ignorantiæ hominem liberat, sola mundanis voluptatibus immersos peccatores restituit, & errantium oculos abstergit, ut clarius videant Deum, renunciantes propriæ carni & voluptatibus mundanis, contemplentur opera ejus, admirentur, agnoscant, & in æternum celebrent. In quo equidem multorum hominum sæpe requiro prudentiam, qui hoc studium, quia contemptum sit & à vulgo rejectum, aspernantur & vituperant. Quis enim naturam vulgi non novit? quis plebeculæ imbecillitatem & inconstantiam non intelligit? Fit enim ferè ut ad ea quæ ipsi rationi & veritati dissentanea sunt, efferantur, justa vilipendant, bona vituperent, ea denique quæ communi piorum hominum consensu approbantur, tanquam perniciosa detestentur. Quid igitur miri videri debeat alicui, si Theologiam sacram, puram, à Deo denique ipso promanantem rejiciat, si studium illud optimum, & simplicissimum contemnat: Nihil sanè ita ut meritò veteres eam belluam multorum capitum appellarint. Fatemur magnis quidem eam sæpe numero periculis, ac damnis esse obnoxiam in hoc vitæ curriculo. Primo enim externorum hostium tyrannide ac armis circumcingitur, exiliis, pœnis, suppliciis & hujusmodi

cala-

calamitatibus interdum opprimitur. Adde odium impiorum, invidiam amicorum, persecutiones malorum, vulgi denique calumnias, quibus solent nonnunquam instar flagitiosorum allatrari. Quid tamen jucundius his omnibus ad trutinam rectè pensiculatis? Quid suavius? Quid gratius? quam cum animo quis perpendit, & cogitat se non scelerum, vitiorum aut criminis alicujus detestandi gratia plecti, in exilium mitti, odio & calumniis affici, sed immeritò, justa scil. causa, & *Jesu Christi* nomine hujusmodi malis esse obnoxium. Quid inquam hæc recordanti poterit accidere delectabilius? quo poterit magis demulceri & excitari? Adde εὐθυμίαν illam & constantiam, qua solet etiam magis commoveri animus ad hujusmodi pericula perferenda; adde πληροφορίαν illam & πεποίθησιν, qua magis etiam in Deo acquiescit. Et profecto si alias quoque disciplinas, artes, & studia exactius inspiciamus, videbimus non ita malis esse expertia, quin varias sæpe cogantur subire vicissitudines. Licet enim multi variis externè videantur circumfluere divitiis, omnia ipsis ex animi succedere sententia, & quietissimam degere vitam? Nihilo minus tamen maximis sæpe obruuntur molestiis, & gravissima perpetiuntur incommoda, vel enim amissione bonorum macerantur, depopulationibus agrorum, & hostium grassationibus extorquentur; vel si non, augendi saltem libidine inexplebili cruciantur, morsibus conscientiæ assiduis lacerantur, ita ut infeliciorem vitam aliis sæpe degere videantur.

Quæ cum ita sint, tantaque sit hujus studii dignitas, ut cæteris omnibus anteponatur, merito id totis viribus excolamus, in eo nos exerceamus, fugiamus contra falsas plebeculæ persuasiones, & opiniones vulgi insulsas, proponentes nobis semper ante oculos gloriam Dei, animarum salutem, Ecclesiæ denique & Reipubl. utilitatem.

ORATIO L.

De Peccato declamatio.

CUm pro laudabili Scholæ noftræ confi
ne, Viri ornatiffimi, & Auditores hum
mi, id femper moris inter dicentes effe ar
verterem, ut juffi arbitrio, & voluntati
ptorum lubentiffime obtemperarent, & in
ipfis æquo animo fufciperent: non potui
quantum id mei officii ratio, & præceptoı
obfervandi voluntas poftularet, quam or
anteponendam effe duxi, cum hæ mihi c
partes impofitæ fint, præfentem de Peccat
teriam lubens aggrederer: arduum licet
rum mihi fore non dubitarem, tantam ren
difficilem, totque fententiis doctiffimoru
rorum agitatam in me recipere, qui nec i
multum & ufu parum poffum, & qui ne
rebus Theologicis, & divinis S. Scripturæ
riis fum exercitatus, tantum mihi confide
deam: id tamen fpero vos nullo mihi di
vitio, fi hanc non tam perficiendi aptè,
tentandi faltem caufa in me receperim: Q
quidem intelligitis, nullâ me nec ingenii
doctrinæ oftentatione (quam exilem in n
non ignoro) aut animi quadam cont
fretum has partes fufcepiffe; fed potius ho
muneris mei effet, & officii juffu eorum f
re, quorum voluntati fi non ut cupio,
faltem ut poffum, obfequi velle. Acceffit h
temperandi neceffitati in multis veftra mil
fpecta facilitas & benevolentia, quibus n
in me ipfo commotus, nullum vobis conv
tius gratiufque his temporibus argument
ferri poffe exiftimavi. Quis autem fructuof
bor excogitari poteft, quam is qui a
fcientiæ animarumque tranquillitatem ac

tem plurimum conducit? præsertim cum tot tantisque Diaboli tentationibus ac insidiis quotidiè oppugnati simus, nostrâ etiam infirmitate à cultu Dei assiduo abstracti. Quanta itaque potero brevitate ac compendio præsentem de Peccato materiam non pro rei dignitate, sed ingenii viribus, ac facultatibus tractare conabor. Vos omnes interim oratos habens, ut meam in dicendo tenuitatem longè tantæ difficultati imparem agnoscere, eamque vestrâ humanitate juvare cupiatis, si non pro ipsius materiæ magnitudine ac dignitate argumentum hoc sum tractaturus, quod me posse non ità sum demens ut existimem, sed tantum vobis occasionem præbeam, copiosius & prudenter magis de iis quæ dicturus sum cogitandi.

Ut igitur horum consideratio magis perspicue fiat, & singula meliùs à nobis intelligantur, certissimum ac tutissimum esse duxi ut definitionem ejusdem primo mihi afferendam esse proponerem, ut ea veluti normâ ad quatuor peccati circumstantiarum explicationem viam quandam mihi præbeam, & pleniorem, uberioremque in hac materiâ copiam mihi suppeterem: Nimirum, ut primum de naturâ Peccati; De præcipuis ejusdem speciebus, de causa, de subjecto ac denique de tristissimis ejus per totum genus humanum diffusis effectibus pro virium mearum tenuitate dicam. Ut igitur quid Peccatum sit probè noverimus, ejusdemque naturam ante oculos expositam consideremus: Audiamus Spiritum S. per Apostolum *Johannem* loquentem, ἡ ἁμαρτία ἐστιν ἀνομία (Hoc est) *Peccatum est quicquid pugnat cum lege.* Qua definitione quid brevius? Quid aptius? Quid clarius? Quid (inquam) perfectius dici potuit? Nam quæ à Prophetis olim ac patribus rudiori populo loquentibus tantâ verborum copia, tantâ eloquentia, tot denique scriptis expressa sunt,

quibus peccatorum magnitudinem & grav tatem, ut ab iisdem discederent, iramque D & maledictiones gravissimas, quas hominib immittit, proposuere; hoc solo Τῆς ἀνομίας v cabulo nobis exhibuit. Quid enim aliud pecc tum nisi ordinis à Deo impositi confusiones es dicemus? Nam cum non nisi perversæ hominu naturæ legem sancitam esse non ignoremus peccata autem & quidem omnia legem Dei mni ex parte transgrediantur, quis non ea leg violationes esse dixerit? Nec immerito: si eni nulla essent peccata, nulli in homine defectus neque quicquam horum unquam futurum fuisse nulla certè à Deo hominibus Lex lata esset, quam velut ad rectam vivendi regulam se con ponerent, hac additâ transgredientibus comm natione: *Maledictus omnis, qui non perman in omnibus quæ scripta sunt in Libro Legis ea faciat.* Sed ne quis fortè Apostolum pe cata contra Euangelium perpetrata præteriisse p tet, hunc ego ad Canonicam *Johannis* remitt quid enim absurdius & à veritate magis ali num fingi potest? quam si Apostolum vari quidem peccatorum species non Legi modo m rali, sed & Euangelio quoque adversas in C nonicâ sua recensere, permittamus: Definitio autem hac peccatum sola Lege prohibitum i tellexisse dicamus? Etenim cui verbi Dei pa potissimum aversatur negatio Filii Dei qua Apostolus his verbis descripsit. *Quicunque Spi tus non confitetur Filium Dei in carnem veni ex Deo non est*, & paulò post, *Qui n habet Filium Dei non habet vitam*, non Euangelio? Quid igitur? efficitur utique hi Apostolum & universum descripsisse peccatum & nomine *Legis* integrum Dei verbum Legem videlicet & Euangelium complexu esse. Sed his non diutius insisto. Nu ad præcipuas peccati species conversus, de ma lapsi

lapsus vitio Originis, & denique peccato actuali ita differere conabor, ut quæ modo in universum de naturâ peccati dicta sunt, à quolibet, modò aures attentas habeat, facilius perspiciantur. Ad lapsum igitur primorum parentum quod attinet, si eum penitus inspiciamus, quis non sub hac *Johannis* definitione comprehendi posse fateatur? Inobedientia enim & spontanea à mandato Dei aversione creatorem suum (à quo tantis prius cumulabantur beneficiis, ut ad imaginem ejus creati æternum cum Deo viverent) efferuntur, & infirmitate sua, adeoque & Diaboli tentationibus decepti deficiunt, nec deficiunt tantum, sed conditorem suum perhorrescunt, seque ne in conspectum ejus veniant, occultant. O durum & exitialem pomi morsum! O repentinam mutationem! Quem Deus in summa perfectione creaverat, nunc peccatis contra Deum efferri cernimus: quem judicio & ratione donatum esse voluit, ut Deum creatorem suum cognosceret, diligeret ac celebraret, contumaciâ cordis sui omnes in se Dei maledictiones accumulare videmus: Ab eo cujus imaginem repræsentabat deseritur: Ab eo à quo tantis prius afficiebatur beneficiis, rejicitur: ab eo denique cujus non nisi summam bonitatem apprehendebat, infestissime è Paradiso detruditur, omnibus comitatus miseriis, calamitatibus ac damnis, mille sui corporis infirmitatibus obnoxius. Ita ut verè nobis cum *Augustino* dicere liceat, superbiâ infectum fuisse, quia in sua potius quam Dei potestate esse dilexit; Et Sacrilegio: quia Deo non credidit, sed Diabolo & fornicatione spirituali, quia integritatem mentis suæ serpentinâ persuasione corrumpi passus est. Et furto: quia cibum usurpavit prohibitum. Et denique avaritiâ: quia plus quam sufficere debuit, usurpavit. Sed mirum alicui videri posset, quomodo *is* qui ad imaginem Dei creatus erat

qui in vera simplicitate, ac sanctitate c
stitutus, qui tanta denique dona, tanta l
à Deo acceperat, labi potuerit: Si tame
tius idipsum consideremus, non alienâ,
priâ voluntate lapsum, & à Deo defecisl
mur. Licet enim Deus lapsum primorun
tum prænoverit, non tamen in eo culpa
injustitiâ. Quis enim eò pervenit teme
insaniæ, ut aut regula justitiæ aut officic
(quo lapsum prævisum impediret) oblig
se dicere audeat? Quis Deo summo, jus
ac liberrimo Legem figat? Quis justitiam
hoc, quæ ne Angelis quidem nedum ho
comprehensibilis est, culpaverit? Creav
Deus in principio hominem rationalen
rum, justum ac sanctum, eique (ut inc
clesiasticus) hoc dedit mandatum: I
aquam tibi proposui, ad utrum voles
tuam dirigo. Quis igitur coëgit homi
peccandum? persuasit quidem Diabolus,
coëgit: Deus autem, neque suasit unqua
que vi eum ad peccandum adegit. Spo
tur absque ulla coactione primus homo
defecit: libere imaginem Dei & justiti
ginalem extinxit: ac insana melioris b
se omnesque posteros in obscurissimum
cabilemque omnium miseriarum laby
præcipitavit. Hinc tanquam ex venena
dam ac perenni fonte in omnes postero
ditur turpissimus ille, ac fœdissimus fluviu
peccatum originale dicimus; quod &
particula ἀνομίας comprehensum, nil al
quam hæreditaria totius naturæ huma
ruptio, & ad repugnandum Legi Divi
pensio, secuta lapsum primorum parent
iisdem derivata in omnes posteros, ec
naturam sic depravans, ut omnes rei
ternæ iræ Dei, nec quicquam Deo placer
possint. Cum eo enim homo ab ip

ceptione, hoc veluti tenebris mentis suæ impeditus quæ Spiritus Dei sunt intellectu suo accedere non potest, sed vagis jam nisi gratiâ Spiritus Sancti adjutus fuerit, extra ordinem contra Deum effertur, adeo ut, seu voluntatem hominis, seu mentem consideremus, nil nisi meram donorum Dei confusionem inveniemus. Voluntatem (inquam) quia sponte & libero motu Deum odio prosequitur, fugit, ac horribiliter offendit: Mentes vero, quia pertinaciter Deo rectoque ordini repugnat ex cordis quadam contumacia, lucisque divinæ amissione. Quod ne meo cerebro commentus effingere videar: hanc quæso in ipsa hominum tenella adhuc ætate consideremus, nonne videmus pueros magna etiam committere peccata, & malo quasi delectari, adeo ut vel mendaciis se dedant, aut furto, aliisque perversis mentis inclinationibus. Et unde hæc tantæ naturæ suæ corruptionis semina hauserint? an ex imitatione? Minime: Quid igitur? ex perversa hominum naturâ per lapsum in posteritatem omnem diffusa. Hæc igitur si in pueris tanta sint, quantò majora in adultioribus esse indicabimus? Crescente enim hominum judicio & ratione ad graviora etiam contendunt, ita ut inclinationibus malis mentis commoti homicidia committant, malum proximis suis intentent, adulteriis se fœdent, Deum denique peccatis suis singulis momentis offendant. Adde innatam de Deo ignorantiam, adde dubitationes, hæreses, errores, & hujusmodi quibus omnibus à Deo abstracti æternas ejus maledictiones in se accumulant, licet autem quosdam invenire est, qui aut à Spiritu S. gratiam aliquam acceperunt, aut virtutis quodam studio ducti rectis honestisque disciplinis cupiditates quidem frænare videantur: interius tamen mentis suæ inclinationibus, perversoque quodam Zelo sæpe ducti turpiter à Deo deficiunt. Huic enim vitio ita totum genus

humanum ex primâ Adami transgressioni
noxium, ut dum in hoc vitæ curriculo
perfectionem consequi nequeant: etian
S. in ipsis gratiam suam continuante. Ve
missa faciamus, nunc ad peccata actualia
Originali illa hominum corruptione v
fonte quodam emanant, veniamus: Quæ
ctualia vocari solent, quod in actum ab
bus transferantur, hæc autem sunt intern
terna. Interna sunt omnes occultæ & abd
tis cogitationes: quales sunt errores de l
jus voluntate, neglectio Dei, diffidentia
re vitam nostram & voluntatem mandat
affectuum denique nostrorum vitiosa quæ
les: Alia sunt externa, quæ à peccantib
liter committuntur, ut homicidium, f
rebellio, idololatria, peccata denique o
missionis & ignorantiæ, quibus præstanti
tiam sunt obnoxii, & in quibus inchoata
qua cognitio Dei & obedientia. Habe
in cordibus suis sæpe pravas de Deo dubi
inclinationes, infirmitates denique mult
bus, si non resisterent auxilio Spiritus S
ter cum reprobis iis essent dediti. Mane
firmissimum peccata nil aliud quam Legis
lationes esse, nimiaque sub hac ἀνομίας
comprehendi. Et quis tam mente capt
cupiat, qui hæc tam perspicua, & ipsi rat
sentanea negarit? Nam si singulas peccato
cies supra citatas consideremus, quid er
quod non contra Legem manifesto imping
quod non omni ex parte eam transgred
ut parvum fuerit & levis momenti, siquid
fectionis Legis meri defectus sint & priv
Sed hactenus de naturâ peccati, præ
ejusdem speciebus satis mihi dictum e
Restat, ut ejusdem peccati subjectum
mus, & in quem tanta, tamque horrib
cata cadunt, indagemus. Profecto si re

[redacted]

inspiciamus, non alium quam hominem iis obnoxium esse videbimus. Ejus enim internæ omnes ac externæ vires propter lapsum ita sunt depravatæ, ut nec possit nec velit ad Legem Dei se componere. Hanc nobis eleganter & concinnè hominis corruptionem depinxit hac sententia *Jesaias* Propheta, inquiens: *A plantâ pedis usque ad verticem non est in eo corruptio, sed vulnus, livor & plaga recens.* Et *Paulus* alibi: *Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus Dei sunt.* Quas igitur cum viri sapientes tantas in homine radices agere viderent, hominem causa peccati cum morbido comparari voluerunt, cujus omnes corporis partes ita morbo statim deficiunt, ut solito suo vigore penè destitui videantur: Eadem enim est ratio hominis hac labe peccatorum infecti; hujus enim ita omnes corporis vires per lapsum sunt depravatæ ut non nisi non malum * * * * *.

ORATIO LI.

In vituperationem tripudii. In genere causæ demonstrativo,

Habita à

PETRO de SALLENGRE.

NOn minus eximie olim quam vere Lyricorum ille princeps *Flaccus*:

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Ita est profecto Auditores, auream ætatem argentea excepit ætas, argenteam ænea, æneam ferrea, & in ferream fractis quasi omnis honesti repagulis, & conferto veluti agmine omnis generis scelera instar torrentis cujusdam violenti irruperunt, quæ hodie omnem pudorem ac mode-

 stiam

probitatis, ac modestiæ repudio ...
conferret, quæ maximo cum dedec
dine conjuncta sunt, & quæ san
cautius fugienda esse bonorum or
sus docet, edicit, imperat.

Etenim ut quæ dico in compen
nec longioribus verborum ambagi
rer, quanto ardore, quanto
quanto conatu Juventus hodierno
molitur & tripudia? Quam avide
quentat publica ad hanc artem ins
Quanto temporis dispendio, qu
horarum jactura in hoc studium i
ta industria & cura his exercitiis
sciviæ plenis, pedes, brachia, ma
quanto denique aere illis stant h
tamina! Quo fit ut quum excæ
turpitudinem non agnoscunt, sui
amplectantur quæ odio Vatiniano
bant, & in iis sibi placeant quæ
possent nisi mentis aciem illis pe
ris tyranni inveterata in hoc ævo
cæcitati huic tantisque animorum
aliquam afferre; grassantique hui
re in animum induxi. Etsi Audit
hi aurem pro solita vestra humar

altius & velut ab ipsis originis suæ primordiis contemplari: Certe tanta est ejus præstantia ut quotiescunque in hanc cogitationem veteres descenderunt, hominem admirari satis, nec pro meritis ejus extollere potuerunt. A sapientibus enim Ægyptiorum *Animal admirandum* appellatum fuisse, memoriæ proditum à *Mercurio* illo *Trismegisto*, *Naturæ miraculum* à *Pythagora*, *μέτρον ἀπάντων*, à *Platone* principe Philosophorum, *θαῦμα θαυμάτων* à *Theophrasto*, *proximum à Deo animal*, *à Cicerone*, *divinum*, à *Plinio*, *Mundi epitomen*, ab omnibus, *μικρόκοσμον*, & *compendium universi*. Quid ergo tandem decere minus hominem potest, ad modestiam natum & verecundam morum gravitatem, quam saltationis studium? quod omnis levitatis, licentiæ & lasciviæ argumentum præbet, & latam intemperantiæ & luxuriæ fenestram aperit incaute juventuti. *Ciceronem* quæso audite, magnum illum non dicendi solum, sed vivendi magistrum: *Nemo*, inquit, *saltat sobrius*, *nisi forte insanit*; *neque in solitudine*, *neque in convivio moderato ac honesto*. Et sane vix matutino tempore saltatur aut ante prandium. Unde etiam *Basilius* seculi sui choreas perstringens, vinum saltationis autorem esse dicere non dubitavit. Causa ergo saltationis & tripudii aut crapula est, aut insania. Unde non libere magis quam graviter Demades olim cum Philippum Macedonem, parentem magni illius Alexandri, largius fortassis aspersum flore Liberi Patris, saltantem videret cum purpuratis suis, in has voces magna sermonis & animi parresia erupit, *Cum*, *ô Rex*, *fortuna tibi nomen Agamemnonis imposuerit*, *non pudet te factis agere Thersitem?* Profecto si tripudia Regibus turpia sint, & purpuram dehonestent, quorum vitia sub augusto scepticorum velo speciem induunt virtutum, quis adeo Mentis & rationis expers, qui non videat illa ipsa in aliis quoque vituperanda esse ac detestanda? Viderunt certe hoc præ aliis celebrata

illa in historiis Lacedæmoniensis pudicitiæ
na *Lucippe & Aristippe*, quas honoris causa
no, quod nunquam apud posteritatem earum
olescet memoria: quia virginibus aliis & m
nis saltantibus, choreas verecunde declinar
nec ut iis se commiscerent ullis precibus, a
tionibus adduci potuerunt. Superbius, in
hic aliquis, se gesserunt. *Sed in pudicas s*
nulla cadit. Nullum fortè in illis desiderium
ætas tamen impellebat, quæ plus satis ad h
vitates propensa est. Occasio nulla se obtulit
vero sociæ provocabant. Cur igitur detrecta
Ne minus continentes viderentur quæ m
ambirent. O si talis hodierno die apud no
ginum esset modestia! Si ea morum verecu
si temperantia multarum hodie animos occu
si exemplum hoc sibi imitandum propor
quæ castitatem hodie profitentur & pudicit
Sed immane quantum ab illis discrepant! Il
ter privatos parietes se continebant, nostræ
blicum prodeunt, & dum spectatum veniu
aliis spectari volunt. Illæ tripudia ignorare
bant, & ignorantiam hanc ducebant laudi: n
in iis discendis & exercendis gloriam ponu
læ cum æqualibus saltare recusabant: nostræ
reis se immiscent etiam virorum. Adeò hæc
tia, ne dicam insania, invaluit, moresque n
rum immutavit, ut quod vitium fuit olim,
virtutem. (si esse tamen virtus potest) prava
suetudine & pessimis longe exemplis facere
tendat.

Quamquam neque ita disputo ut honesta
tem saltationem esse affirmem: Mihi vero
dite, Auditores, nihil est quod homine
indignum esse queat, nisi conditio[illegible]s suæ i
mor sensum omnem cum ratione exuerit.
latuit hoc *Tiberium Imperatorem* qui saltator
vitate Romana prohibens, vetuit ne suam a
tanquam hominibus indignissimam, usquan

rarum unquam exercerent! Non latuit *Domitianum* qui *Cælium Rufum* senatu movit quod saltasse diceretur, quoniam tripudia honestis & gravibus indecora & indigna judicabat: Non latuit *Clisthenem* Syracusanum illum Tyrannum, qui cum Hippoclidem Tisandri filium ad mensam Laconicos Atticosque modos saltasse intellexisset, tametsi dignissimum illum inter procos æstimaret, nihilominus filiam suam brevi hoc & arguto sermone recusavit, inquiens *Tisandri fili, desaltasti matrimonium.* Quod si Imperatores, Reges, Principes, saltationis studium tantopere improbant, si saltatores à regnorum suorum finibus & pomœriis arcent, si exilio mulctant, si civitatibus suis eos ejiciunt, tanquam indignos qui civium honestorum societate fruantur, qua fronte, obsecro vos, Auditores, quo rationis ostentu, quo colore apud nos erunt in pretio quos sanior semper despexit ac contemsit Antiquitas?

Veruntamen ne dissimulare quicquam videamur, agite inquiramus tandem, quodnam illis commodum ex saltatione proveniat, qui se ejus artis cultores profitentur. Dicamne sapientiam hinc eos reportare qui tantopere sibi in tripudiis placent? Absit, Auditores, absit; non adeo sum ab omni ratione derelictus ut quod mentis insanientis argumentum est, id credam esse sapientiæ fundamentum. Dicamne hinc ditiores reverti? Minime gentium; non enim alia perdundæ pecuniæ brevior magis & compendiosior est via. Dicamne hinc ad honores aditum aperiri? Nimirum videar levis qui levitatem istam gradum esse statuam ad honores. Hoc unum dicam, non irritus plane tripudiantium labor est, & aliquem laboris sui fructum reportare videntur, dum magno conatu nugas agunt; Quæritis quem, Auditores? dicam, trahunt eum in pedibus, in brachiis circumferunt, à fronte detergunt, toto eum denique corpore suspiriosi & anhelantes ostentant.

Obſecro vos, quid aliud eſt ſaltatio quam inimica quædam & hiſtrionica geſticulatio, ad tibiæ, citharæ, aut fiſtulæ modos? Nemini prorſus dubium erit, Auditores ſi parum per hos ſaltatores oculis intueri & ſpeculari ſit animus: Longa nectitur hominum catena, longa ſeries: ſtat non ita procul qui tibias inflat, aut citharam pulſat: virgines aut jam maritatæ adoleſcentibus aut viris junguntur: manus manum tenet, pes pedem ſequitur, brachium brachio aſſurgit: nunc eunt, nunc redeunt, nunc in aerem ſe attollunt, nunc deſcendunt; nunc ad dextram ſe vertunt, nunc ad ſiniſtram deflectunt, & hæ geſticulationes omnes, gyri, rotationes, capreolæ, greſſus, regreſſus, & alia id genus, quæ non niſi laſciviam redolent & inſignem talium levitatem, quid non niſi hominem mentis potius impotem quam compotem arguunt? Sed regerentes audio, ſummam hinc capi voluptatem. O lepida capita! quæ ajo helleboro digna, quum qui in tædio, ſudore, laſſitudine, violenta corporis agitatione voluptatem ponunt. Profecto ſi in exercitio collocanda ſit voluptas, quis in tripudiis illam quæret, ubi ad ſudorem itur, flectitur, rotatur, curritur: ubi veneris præludium, & turpitudinis omnis quoddam quaſi auſpicium eſt.

Videtis enim quam

Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractent, & incedant per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

Illic ſpecie quadam urbanitatis virginum tentatur pudicitia, illic libera manus, liberi oculi, liberæ voces. In choreis adoleſcentum, virorum, & mulierum, atque puellarum promiſcuus confluxus eſt. Sunt Feneſtrarum inſtar oculi quibus concupiſcentia in intimos animi noſtri receſſus penetrat. In quantum itaque veniunt diſcrimen viri illi & mulieres, nec non ipſa juventus, quibus licet ſe invicem intueri, inter ſe congredi, ſibi in-

vicem

vicem blandiri, attingere, deosculari: Hæc omnia quid sunt nisi libidinum stimuli, impudicitiæ faces, atque licentiæ irritamenta? Puderet certe nos extra choreas ita & loqui & gesticulari. Idcirco *Chrysostomus* aliique excellentissimi servi Dei *tripudia*, *Satanæ illecebras*, *veneficia*, *atque libidinum lenocinia* semper esse dixerunt. Utinam falsissimum esset quod proh dolor nimis verum est: Sæpe matronam in tripudiis, diu servatum decus pudicitiæ suæ turpiter amisisse? Utinam affirmare non possem virginem sæpe hac occasione fuisse constupratam, & unius horulæ spatio perdidisse quod integræ vitæ suæ cursu illibatum servaverat. Quid quod intimè levitate non careat tripudium: Vidit hoc *Imperator* ille *Albertus*, qui saltationem omnem muliebrem esse dixit: Vidit *Arragonum* ille *Rex*, nobilitatis vera imago, & in purpura temperantiæ & virtutis exemplar, qui de *Gallis* verba faciens apud suos, *leves* eos potissimum *esse dicebat, quia quo magis ætate provecti essent eo magis tripudiis indulgerent.* Atque idem cum mulierem impudentius saltantem vidisset, Exspectate, inquit, mox Sibilla oraculum edet. Ita nempe sentiebat Vir altæ mentis, saltationem insaniæ genus esse; quoniam Sibylla non nisi furore correpta oraculum ederet. Sed quid Soli lucem fœneror, Auditores, iisque probandis prolixius incumbo quæ vel me tacente loquuntur, & chorearum vanitatem, lasciviam, petulantiam, levitatem, ne dicam turpitudinem plenis buccis deprædicant, ut castis animis horrorem incutiant ne se pollui patiantur. Certe ab iis, sub meliore ævo, & vigente adhuc disciplina Romana, abhorruit ipsa Gentilitas. Fuit *Lucius Murena* nobili familia oriundus, nec non ad Consularem dignitatem evectus; sed cum multos haberet æmulos, fuerunt qui in eum insurgentes inter alia hoc illi vitio verterant *quod saltasset*. Cicero qui causam ejus egit, quid? tripudiane defendit, aut excusat? Minime

vero : concedit magnum esse crimen, & abdicatione dignum à publico munere. Quid ergo? purgat Murenam, & hoc unum pro tribunali urget, non videri verisimile virum gravem, sobrium, temperantem, virtute eximia præ aliis præditum eousque nominis & muneris oblitum esse ut saltationibus indulserit. Non aliter quoque *Dejotarum* in Asia *regem* defendit apud Cæsarem. Idem Orator ab exilio redux corruptos *Auli Gabinii* inimicos mores. Senatui referens inter multa lenonis mollisque & effœminati hominis vitia eum quoque *calamistratum saltatorem* vocat. Sicuti etiam cum *Antonio*, perditissimis moribus viro, disceptans ei præter crebras & frequentes scortationes & vinolentias, *saltationes* illi insuper exprobravit. Si Gentiles hæc, Auditores, qui solo naturæ lumine ducti fuerunt : Quid nos Christiani quibus tanta hodie lux Euangelicæ veritatis affulget?

Facessant, Facessant igitur, ut finem dicendi faciam, longe à nobis hæc vanitatis & levitatis certamina, turpia hæc libidinum irritamenta, luxuriæ fomenta, amorum illicitorum lenocinia, voluptatum carnalium illecebræ, Satanæ laquei, mundi tendiculæ quibus irretita Juventus non ante capi se videt quam cum capta est, nec ante perire quam cum periit. Adeo ut non tantum ab armata manu terroris ac periculi sit adolescentibus, recta ac liberali indole præditis, quantum à lenocinio voluptatum, quæ blanda vi & arte Sinonia, quicquid in nobis est ingenii aut sanguinis extinguunt, & in ipsam rationis arcem in animæ sacrarium per cuniculos irrepunt magis quam irrumpunt : faciuntque ut invisa primo morum protervia postremo ametur. Ut verbo finiam, Virtutum omnium custos est modestia, quam exornat verecundia & morum gravitas, cujus laude si actiones nostræ ornatæ non sunt, omnem honorem, splendorem omnem amittant necesse est. Ita igitur vitæ nostræ rationes instituamus ut mo-

deſti ſimus, ut graves, ut verecundi, ut quam virtutis inimicam eſſe ſaltationem non ignoramus, nunquam amemus. Dixi.

ORATIO LII.

de

JUSTA BELLI CAUSA,

Habita à

NICOLAO ASSENDELF.

MAgna profecto & ampla ſunt Imperia, quæ illuſtres Chriſtiani orbis Principes, longè latéque diffuſa poſſident; ſed multo majores ſunt virtutes, quibus hæc Imperia tuentur ac conſervant: quarum duæ cæteras longè antecellunt, quæ ingentes illas Imperiorum moles tanquam magni quidam Atlantes humeris ſuffulciunt, *Juſtitia* & *Benevolentia.* Illa eſt eximia & præclara omnium legum mater, & rerumpublicarum conſervatrix, per quam juſta rectaque civibus ſubditiſque ſuis decernunt. Magna ſanè virtus; ſed quæ (ſi *Lactantio* Ciceroni Chriſtiano credimus) tanta non eſſet, niſi raritas pretium dediſſet. Sed ut omnium virtutum Regina eſt, ita huic cedunt ultroque faſces ſubmittunt boni omnes Reges & Principes: intelligunt enim proprium ſuum eſſe munus, ſemper meminiſſe non ſolum quantum ſibi commiſſum ſit, ſed quid, & quatenus permiſſum. Qua etiam de cauſa veteres olim Philoſophi, & acres illi divinioris Sapientiæ indagatores, non abs re Juſtitiam finxerunt, perpetuo Jovi comitem ſociamque adſiſtere, quod ab illâ Jupiter hanc univerſam Mundi machinam bene feliciterque regendi præcepta caperet, ut quidquid ille decerneret juſtum eſſet, non quia ipſus

parasitus & assentator, Magno illi & nomine & re Alexandro, ob occisum à se Clytum gravissimè dolenti, persuadere conatus est) sed quia Justitia adsistente ita decrevisset, nam fruendæ Justitiæ causa credebant sapientissimi olim viri, Justitiæ amantes Reges constituendos esse. Quæ quidem virtus quanquam per omnium hominum vitam ita se effundat, ut nihil recte, nedum præclare quidquam sine eâ præstari queat, nec omnino honestè vivere homines sine eâ possint: Tamen si usquam certe in illustri & augusto Principum munere longè præ cæteris virtutibus emicat, & facile de Principatu contendit. Ea nimirum ab ipsis exigit, ut leges quas à Majoribus suis tot retro sæculis, per tot hominum manus inviolatas ad se transmissas acceperunt, & quas ad ingenia, mores & naturam gentis suæ conformatas esse vident, sanctas & intemeratas esse velint: nam eas si violant, tollunt & funditus subvertunt Imperia sua. Non enim ut gladius Delphicus multis ac diversis usibus, sic unæ eædemque leges omnibus populis conveniunt: non iisdem Imperiis, non eodem modò regi omnes debent aut possunt, sed suis unaquæque Respublica stat legibus, & in earum observatione legitimum ac stabile est Principum imperium: estque illud supremæ suæ dignitatis fundamentum, ac firmamentum

Quanquam alterum illud quod *Benevolentiam* appellamus, ipsi quoque non ignorant, quantum nempe momenti afferat ad tranquillum, ac diuturnum Reipublicæ statum: hunc intelligo affectum, amorem, studium benefaciendi subditis suis, eorumque commodis, cum privatis tum publicis invigilandi, ex quorum usu metienda esse omnia consilia sua, omnesque actiones suas profitentur. Hæc ipsa efficit ut subditorum Patres sint, non Domini; Reges, non *Tyranni.* Ab hoc uberrimo fonte reliqui Rega-

lium

um virtutum rivuli copiose promanant, Cle-
ıentia, Mansuetudo, Comitas, Beneficentia.
oc denique verum est illud assiduumque pu-
lici boni studium; cujus causa ab ipso Deo
pt. Max ad Reipublicæ clavum collocati sunt;
: subditorum gratia ad hunc honoris gradum
recti, ut hos autoritate, virtute ac prudentiâ suâ
ıeantur ac defendant.

Quapropter cum in duabus his Virtutibus omnis
gendi scientia, Principum magnitudo, subdito-
ımque omnium salus versetur; Tyrannum eum
se quis non videt, quicunque Princeps has negli-
it, contemnit, aspernatur? Cujus ut iniquæ volun-
ıti ac libidini obtemperare nemo tenetur, ita ne-
ıinem vestrûm esse arbitror qui non facile intel-
gat, quo loco habere debeamus communem il-
ım patriæ nostræ hostem Hispanum, cujus vio-
nto nimis imperio cum jam à multis retro annis
*lustrissimi potentissimi*que confœderatarum Belgii
rovinciarum *Ordines* non minus justè quam stre-
ıè hactenus restiterint, & etiamnum hodie resi-
ant σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι, visum mihi fuit, de justa
ɔ tyrannidem belli causa, pauca ad vos loqui.

Ut autem rem altius persequamur, solent illi
ui Politicam tractant, duplici modo considerare
*yrannum, vel absque titulo; vel exercitio seu admini-
ratione*. Tyrannum absque titulo vocant, qui Rem-
ıblicam sine ullo justo vel successionis, vel ele-
ionis titulo usurpat, invadit, occupat, aut aperta
., aut malis artibus. Huic quia nullum habet fun-
ımentum sui principatus sive regiminis, tan-
ıam privato licet sine ullo conscientiæ scrupulo
sistere, eumque pellere vel è medio tollere; quia
efensio hæc est juris naturæ. Tyrannus admini-
ratione est, qui quidem legitimè est constitutus
rinceps, sed tyrannicè regit: & si ejus notas, si
ıdicia quæritis Auditores, hæc sunt: quod leges
eipublicæ fundamentales violet: quod subdito-
um suorum hostis sit: quod abutatur juribus Ma-
jesta-

jestatis: quod nullam justitiæ rationem habeat: & denique, quod totis viribus ad statum Reipublicæ evertendum, & opprimendos subditos enitatur: quod res Regni in perniciem publicam convertat, bella, factiones, dissidia nutriat, Primores Reipublicæ opprimat, æraria dissipet, minuat, alienet, nec opes tantum publicas, sed & privatas subditorum exhauriat, & vel vi apertâ, vel fraudibus subditos expilet, ut ad summam rerum angustiam redacti, violento ejus imperio resistere nequeant.

Habetis hic paucis, Auditores, veram, & genuinam Tyranni imaginem; quam si penitius inspiciamus, quis in illa ingenium, mores & indolem Hispani ad vivum depingi & adumbrari non videt? At, inquies, titulum habuit; habuit certe, atque ideo in numerum eorum qui absque titulo Rempublicam invadunt, non esse reponendum censemus, ad quem justo successionis titulo, nec non jure hæreditario devolutum est olim in Belgium imperium; sed Tyrannum dicimus administratione & exercitio, vel Cæsaris ipsius Caroli Quinti judicio. magnus enim ille Imperator, post tot tantasque Imperii curas, tot exantlatos labores, tot emensas cum incredibili successu expeditiones, novem in Germaniam, sex in Hispanias, septem in Italiam, decem in Belgium, quatuor pace & bello in Galliam, post bina in Africam peracta itinera; cum funesto Germaniæ bello supersedere staret sententia, & jam gravis ætate laudumque Imperii satur, reditum in Hispaniam parans, in alto ibi & tranquillo otio reliquum vitæ transacturus, omnibus se Regnis ac Imperiis abdicavit maximus Imperator, & Philippo filio omnem Imperii curam commisit, eumque (ut boni fere Principes haud raro solliciti sunt de Successorum suorum in Rempublicam studio) serio adhortatus est, *non semel*, sed identidem, præsentibus Prin-

cipe

›e Auriaco, aliisque Nobilibus, ut præ cæ-tis Regnis suis, hisce inprimis Belgii Pro-nciis maximam adhiberet curam, sciret hanc :ntem nullâ imperii severitate gubernari so-am, ab omni abhorrere fastu & insolentia ispanorum, libertati suæ ac privilegiis suis val-: esse addictam, ac proinde cum omni bene-›lentia, ac, ut fas erat, cum justâ suarum le-ım observatione hunc populum regendum esse. .eminerat optimus patriæ parens, idemque for-ssimus Imperator, se à Belgis suis re & con-io fideliter aliquando fuisse adjutum: sciebat, ım omnium temporum memoriam replica-t, imperia Hispanorum in subditos suos ac ıiversos populos violenta plerunque extitisse, . jam inveterata quin & ingeniis Hispanorum sita quædam esse in Belgas odia, sæpiusque a palam apparuisse, ad animum revocabat Phi-›pum filium in Hispania natum esse & educa-m, ibique cum lacte ipso nutricum imbibisse puero hæc ingenii morumque vitia; atque ad-›, ut non nisi Hispanicè loqui posset, cum non si ministris Hispanis uti vellet.

Sed hæc optimi Principis prudentissima con-.ia, cum primum Cæsar Belgium reliquisset, ›ntemnere, & sursum versum omnia subver-re, bellis, incendiis, depopulationibus cun-a vastare, Divina pariter & humana miscere aluerunt Præfecti, quam privilegia avita & ›ertatem, quæ indigenis semper vita ipsa & nguine cariora fuerunt Belgis relinquere. Ita-ıe hanc sibi viam ineundam rati: primum, ut :llo eos tanquam hostes peterent: tum, ut vi-is jus patrium adimerent, ipsi novas leges vi-is victores darent. Non negabat hoc olim *Dux lbanus*; qui cum jam confirmatâ Civili dissensio-:, florentissimas urbes bello diripuisset, dixit, ıo & palam jactitare non dubitavit, Regem non ıplius Principis, sed victoris jus obtinere in

Belgio.

Belgio: itaque haud aliter quam in debellatos
lentum ubique imperium exercere, leges ini
ſimas ferre, vitam juxta & fortunas optimi c
que & fortiſſimi civis proſcribere, eaſque mil
haſtis, & carnificum gladiis ſubjicere cœpe
Quid? An tale quicquam ullus unquam Tyra
ullus hoſtis inſtituit? Sed hoc nimirum illu
quod plenam integramque Obedientiam voc
nos verius Tyrannidem, quæ eſt intolera
contra leges, & mores Reipublicæ optime co
tutæ Dominatus, quo jam dudum affligantu
teruntur tot populi Indiæ, Siciliæ, Neapolis, (
briæ, Mediolani, Arragoniæ, quos omnes R
blicæ ſuæ legibus vivere nec volunt nec patiu
ad quos ex Hiſpania, velut olim è Roma, mi
tur Proreges, Præfecti, Legati, atque illi omne
ſpani; Et quam ejus rei cauſam eſſe creditis A
tores? non aliam quam quod nimirum po
hoc illa dignitas & Majeſtas Monarchiæ ima
riæ, quam toti Mundo volunt eſſe formidab
Ex quo ſatis ſuperque intelligi poteſt, Audit
armorum noſtrorum æquitas, quæ ſub auſ
legitimi Magiſtratus, pro ſalute patriæ, pro t
libertatis, pro vitæ conſervatione, pro redim
ſanguine ſumpſimus, contra violentiam in
tentiſſimi dominatus. Nam (ut nihil hic de
gionis negotio in præſentia dicam) quænam
ſtior belligerandi cauſa exiſtere poteſt, apud h
nes indole & ſorte liberos, quam pro capite c
care, quam iniquæ ſervitutis depulſio, quæ g
roſis & celſis animis quovis ſupplicio gravior
ſolet? nec tamen temere, leviter, & inconſid
ultima hæc defenſionis remedia tentata fuer
abſit, abſit Auditores, ut quenquam hæc ſu
cogitatio: ad extrema hæc ventum eſt, cum, o
bus fruſtra adhibitis mediis, plus nimio exe
quid ajo? imo læſa & in furorem verſa patien
nullum aliud incolumitatis ſuæ & ſalutis aſy
invenit, quam ut vim vi, vel potius intoleran

sævitiam adversa virtute propulsaret.

Quam multa enim, & quandiu perpessi sumus, quam patienti, quam infracto animo, quæ in Republica libera ac bene constituta ferenda non erant? quam ægre tandem, quam sero arma sumpsimus, in eos qui re & factis jam pridem infandam in nos Tyrannidem exercuerant? Ecquis enim est rerum Belgicarum ita hospes cui posset esse obscurum, quantam & quam horrendam florentissimæ illæ paulo ante ditiones, vastitatem ac solitudinem eo tempore viderint? quas facultatum direptiones, ærarii expilationes, civitatum ac municipiorum deprædationes? quam intolerandas atque inauditas exactiones, quas virorum nobilissimorum sub gladio gementium cædes, funera, lanienas, innocentissimorum fugas, exilia, proscriptiones? amplissimorum prædiorum ac facultatum subhastationes, sanctissimarum legum violationes, immunitatum ac privilegiorum, quorum ante in verba jurant Principes quàm Imperii gubernaculo admoventur, conculcationes modum omnem supergressas? quantum denique, ut verbo dicam, à milite longe omnium superbissimo, in populum natum ad humanitatis cultum & mitioribus imperiis assuetum, promiscuam sæviendi libidinem nunquam fando auditam, nusquam in Annalibus memoriæ proditam? Quis adeo domi peregrinus est qui ignorat quantas strages *Dux Albanus* ediderit, monstrum illud hominis, funestum illud caput, ex omni scelerum colluvie concretum, qui patriam nostram rapinis, concussionibus, latrociniis exhausit, qui florem Nobilitatis *Comitem Egmondanum* & *Hornanum*, aliosque nonnullos illustris familiæ Nobiles, obtento rebellionis crimine, gladio carnificum crudelissime subjecit: qui cuncta ferro, flamma, luctu & innocentium sanguine fœdavit, nullâ nec ætatis, nec sexus habitâ ratione. Sub ejus enim imperio militis Hispani, effusi in omnes li-

dines

gentes ad eorum memoriam
exhorrescant.

Quæ tamen si cui fama q
videantur, is sibi proponat u
pudore derelicti vocem, se
habitam, quam in Hispani
rans inter epulas usurpavit,
poterit facere conjecturam,
tur, Sese in Belgio præfectur
sexennium non excedit, p
supra duodeviginti millia,
victimas atque odii publici
modis & exquisitis supplicii
delitas est in pœnas) carnifi
(quia agere aut loqui pro P
nefas erat, & ultra audaciam
omnes, quos, certè multitu
vel militaris insolentia per fi
vel hostilis iracundia per fe
nem terrâ marique absumps
ad hæc ipse stipes, aut quis ta
mane & barbarum in ullâ ba
si quis Hispanum huius cr

tium cæsorum manibus immolari? Sed planè contra evenit: non enim tantum impune hæc abierunt: sed reversus in Hispaniam, scelus hominis, præmiis & honoribus, tanquam re bene gestâ, ad multorum invidiam auctus fuit & cumulatus: *Albanum* quippe Rex Lusitaniæ Regno præfecit, & tanquam Patrem suum observavit.

His ergo tot injuriis & calamitatibus lacessiti Illustrissimi Provinciarum Unitarum Ordines, eâ quâ dixi animi fortitudine, unanimique consensu decreverunt olim, atque, etiamnum hodie in eâdem perstant sententiâ, profundere vitam & facultates, possessionesque omnes pro vindicandâ salute libertateque communi Belgarum: quanquam (ut sapientem & bonum quemque civem initia belli Civilis suscipere invitum, extrema illubenter tentare decet) ægre admodum arma sumpserunt: quippe videbant nullam aliam viam superesse ad effugiendam ignominiosissimam mortem, servitutemque detestandam Hispanorum; non supplicationibus, non precibus, non Legationibus, non Imperatoris ipsius, non deniq; potentissimorum & Serenissimorum Principum Germaniæ intercessionibus ullum locum dari; tandem sola arma reliqua esse, quibus à cervicibus suis servile hoc Tyrannidis jugum dimoverent.

Quid! itane rerum ignarus est Hispanus, ut non intelligat quam arcta esse debeat conjunctio animorum, voluntatum, consiliorumque omnium inter Se & Subditos suos, per mutuam fidem, jurisque jurandi religionem contracta? quæ sint legum & fidei vincula, quæ vinciunt munera officiaque omnium Principum Senatusque & Subditorum, Domini & vasalli? Quibus enim de causis Vasallus feudo excidit, iisdem dominii proprietate illius Principem privari jus est: huic Vasallus nec fidem nec obsequium præstare cogitur, si ipse fidem & jura feudi Vasallo recusavit. Præclarè olim Domitius Orator *Cur ego te habeam*

Principem , cum tu me non habeas Senatorem inscite Lucius Crassus; *Ego te Consulem* *tu me non putas Senatorem ?* Cur non & dicamus unâ voce, Hispanum non ag qui nos suos cives non agnoscit, sed cis & hostibus habet. Quanquam quo a voluntate, quo affectu potuit à legibus tum abhorrere & discedere, ut earum c suam, quam omnes boni Principes sa ctamque habere, & tanquam omnis ju damentum inviolatam servare solent, ti laret, infringeret, abjiceret? An eæ inju & præter æquitatem constitutæ? aut M jus quicquam derogabant? At qui Cæsar Principes, Majores ejus, & haud dubi & dignitate Imperii & laudum rerum splendore, eas sibi ipsis tulerant & rant, ad quas, ut justissimas & Reip stræ fundamenta & columina, magnus cæterique omnes Antecessores, omni c dio observandas acerrime evigilarunt.

Quare si jus violenti nimis imperii e let Hispanus, exerceat in Italiâ, quæ jan annis hostico jure ei paret: si Rex hab Hispaniâ, sit in Peruvia: si Monarcha, d dudum Hispani ejus haruspices ben sunt, sit, ubicumque illa bellorum ince bit: si magnus denique Dominator, sit i in Africâ, nos neque hæc superbissima i nomina, neque leges iniquissimas agn liberâ nostrâ Republicâ, nec ulla nob societas est cum talibus, quin potius stractio; & quid ni? Græci olim divin illis tribuerunt, qui in Tyrannos insu Romani Regem Tarquinium Superbu ctantem statum imperii ejecerunt. Nos non modo Belgium, sed universum p dum vastare & subvertere molientem i strâ Republicâ feremus? Pergant, perga

ſi pace ſatis tuta bellum finiri nequeat, Præpotentes Patriæ noſtræ Ordines, intolerandæ huic Tyrannidi ſtrenuè conſtanterque ſe opponere: perſeverent longè, longéque eam à finibus Patriæ repellere, avertere, amoliri: & eum modum belli teneant quem occœperunt, ut non ſuas tantum, ſed & reliquas quoque Belgii provincias priſtinæ libertati aliquando reſtituant, eaſque à duriſſimo Tyrannidis jugo liberent: atque ita reſtituta tandem aliquando meliuſque ſtabilita cum univerſi Belgii provinciis ſocietate, facilius impediant infenſiſſimi hoſtis impetus & violentiam, eoſque unanimes arceant ad communem Patriæ & libertatis bello partæ ſecuritatem.

Tu, Summe Deus, qui cœlum, maria, terras, bella, pacem moderaris, qui Regibus, Principibus atque univerſis mundi populis leges & jura ponis: qui victorias, triumphos, trophæa ſtatuis & decernis: qui clades, miſerias, calamitates, Rerumpublicarum ſubverſiones inhibes, avertis; Exurge, Magne Deus, & judica cauſam tuam; ne patiaris adverſus Te inſurgere hoſtes quicunque tandem ſint omnis juſtitiæ & pacis hoſtes, Eccleſiæ tuæ, hoſtes nominis tui, laudum tuarum, & gloriæ. Quo providentia tuâ & conſilio, Clementiſſime Deus, liberatus aliquando plenè & planè populus tuus, ſanctiſſimum nomen tuum ſummâ cum pietate verâque religione colat, ſuſpiciat, veneretur. Dixi.

ORATIO LIII.

DE LIBERALITATE,

habita à

FRANCISCO vander LEE.

Cum omnibus fere in orationibus, quæ *ab eloquentiæ* ſtudioſis hoc loco haberi

ſolent, in limine primoque aditu plurima occurrant, quæ etiam in hoc ſtudii genere verſatiſſimos haud parum perturbare ſolent: tum hocce in argumento ad tractandum propoſito, plurima ſeſe offerunt quæ anxium me reddunt & ſollicitum. Neque tamen de iis nunc verba faciam, quæ vel in Principum aulis ventilari, vel Rerumpublicarum conſiliis agitari ſolent; neque etiam de Periclis in dicendo vi, quem ſic animos Græcorum movere, flectere & percellere ſolitum, memoriæ proditum eſt ut Poëtæ tonantem potius & fulmen cientem finxerint; ne de Ariſtidis Juſtitia, Alexandri fortitudine, prudentiâ Fabii Maximi, continentiâ Epaminondæ, Curii, Fabricii, & aliorum virtutibus agam; ſed de Liberalitate, nobili illa virtutum reginâ, apud vos dicere inpræſentiarum eſt animus, Vos Auditores qua par eſt obſervantiâ rogatos volo, ut attentam mihi aurem largiri haud dedignemini.

Ac ne diu extra oleas, ut ajunt, vagari videar, quis adeo eſt ab omni ratione derelictus qui non videat decere militem, ut Imperatori ſuo morem gerat? ſervum, ut Domino ſuo obſecundet? filium, ut patris voluntati pareat? diſpenſatorem, ut bona Principis ſui fideliter diſtribuat? Haud aliter nobiſcum comparatum, Auditores, in hac mundi œconomia. Milites ſumus ſummi illius Imperatoris; qui ut in cœleſtia, ſic & in terreſtria ſuum exercet imperium: cui maria, venti ſidera, cui cœlum, terra, creaturæ quotqu ſunt in hoc Univerſo militant: quid ajo? imo ſ vi ſumus illius Domini, qui nos condidit, admiranda ſua providentiâ tuetur ac conſerv deniquc diſpenſatores illorum bonorum, largâ manu in nos contulit. Quid enim o cro, Auditores, habemus, quod non acc mus, ſive bona ſint animi ſive corporis? quo fine, niſi ut illorum diſpenſatores ſin ſecundum voluntatem magni illius Oecono

Rectoris Universi, qui vult, imo jubet, nos proximis nostris succurrere & opitulari: ita enim nobis præcipit per Prophetam *Esaiam*, *Partire esurienti panem tuum, & pauperes introduc in domum tuam, cum videris nudum tege eum, & ne subtrahe te carni tuæ:* & per *Mosem* populo Israëlitico ut septimo anno agros, & vineas incultas relinquant, in usum & alimentum pauperum: alibi; ut injustè vinctos solvant, in carcerem conjectos liberent, omnia denique humanitatis officia proximo suo præstent. Quam liberalitatem Deus non tantum præcipit in verbo suo, sed & amplis promissionibus nos ad illam exercendam passim in sacrâ paginâ per Ministros suos invitat. *Qui*, inquit *Hebræus* ille *Sapiens*, *pauperis miserescit, Domino fœneratur.* Servator noster *Christus* in extremo Judicio laturus sententiam, non aliorum operum recordabitur quam liberalitatis, *Adeste benedicti Patris mei cœlestis, & possidete regnum partum vobis à jactis mundi fundamentis? Esurivi enim, & dedistis mihi quod ederem; sitivi, & dedistis mihi potum; peregrinus eram, & collegistis me; nudus, & amicivistis me; ægrotus, & invisistis in carcere, & venistis ad me: nam quod minimis meis fecistis, hoc mihi factum deputo.* Inter hos liberalitatis cultores eminuerunt præ aliis in V. Testamento *Abrahamus* & *Lothus*, qui adeo benefici, adeo liberales fuerunt, ut etiam in portis sederent & peregrinos adventantes expectarent; ut eos in domum introductos, & ex itinere defatigatos, cibo & potu reficerent; inter quos etiam Angelos inscii hospitio exceperunt. Quid *Jobus*, eximium illud non patientiæ solum in adversis, sed & commiserationis & benignitatis exemplar? non me sed ipsum de se loquentem audite: *fui*, inquit, *pes claudo, oculus cæco, os muto, & pater egenorum.* Quid *Tobias?* majorum suorum vestigia premens, in universa vitâ suâ in pauperes liberalissimus fuit; nam ut

de se testatur, cibos suos dedit esurient
vestimenta nudis, & si quem ex gente s
mortuum, eum sepeliit; & cum tand
suæ finem instare animadverteret, filiu
ad liberalitatem quoque adhortatus est, i
De facultatibus tuis, fili, da eleemosynam, ne
tas faciem à paupere, & Deus faciem suam
avertet, pro facultate & copiâ benignè faci
si tibi parum fuerit, ne verearis exiguum etia
cium largiri. Depositum enim quasi thesauru
paras tibi in diem necessitatis; quoniam benefi
berat à morte. Donum quoque egregium est bene
bera coram Altissimo, coram omnibus iis qui ea
Sed ne exemplis V. Testamenti longius
rari videar, te ne hîc, *Ecclesia Macedonica*,
clesia Antiochena, te, *Corinthiaca*, silentio præ
quæ tanta liberalitate ac beneficentiâ cc
sunt fideles egenos, ut eam Apostolus m
tis & deprædicare non potuerit? Te tace
tha, te *Dorcas*, quam divitem bonorum
& eleemosynarum fuisse Sacra Scriptura
Te denique, *Corneli Centurio*, cujus preces
mosynæ pervenerunt ad Deum? Nec, m
les, injuriâ: Hæc enim virtus illa est, quâ a
Opt. Max. proximè accedimus. Rectè
Mortales tum maximè imitantur Deos (more
lium loquitur) *cum benefici sunt: & Nazianz*
hil æque Divinum habet homo, ut beneficentian
gna hæc encomia sunt liberalitatis, Auc
sed non sola. *Liberalitate qui utuntur*, inq
ro, Benevolentiam sibi conciliant, nec ulla res p
rit gaudium, ut beneficentia. addo & gl
nam multum occupare, habere invidiam potest
tribuere & elargiri, gloriâ carere non potest.
ringeris *Euclio*? *Majus est, certéque gratiu*
omnibus, quam opes magnas habere. Cur
tui rivulos obstruis, Philosophe,
ad alios eruditio dimanet? *Fructus*
& virtutis omnisque præstantiæ tum

capitur, cum in alterum confertur: Naturam exuis cum hoc non facis, *qua impellimur ut prodesse velimus quam plurimis, inprimis docendo, rationibusque prudentiæ tradendis.* Nihil enim tam secundum naturam quàm juvare consortem naturæ, & *liberalis* etiam dandi causas quærit. Ubicumque homo est, ibi beneficio locus est. Sed de nostris benefaciendum facultatibus. Nam ut præclarè Seneca: *Non est liberalis, qui de alieno est liberalis; sed ille, qui quod alteri donat sibi detrahit.* Benefaciendum autem aliis de iis bonis quæ communicari possunt, qualia sunt bona fortunæ, & bona animi. Quicunque igitur scientiâ rerum spiritualium excellunt, aliis viam salutis præmonstrent. Qui liberalium artium cognitione imbuti sunt, eam aliis impertiantur. Qui bonis fortunæ abundant, ex iis largiter beneficia sua conferant; ita tamen *ne major sit benignitas quàm facultas; deinde, ut pro dignitate cujusque tribuatur.* Benefaciendum quoque animo non tristi, sed prompto, sed amore flagranti: *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Adhæc, benefaciendum non cunctanter, non tardè, sed cito. Nam bonarum rerum sollicita est expectatio, & major est muneris gratia, quo minus diu pependit: omnis benignitas properat, & proprium est libenter facientis, cito facere: contra tardè velle, nolentis est.

Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia; namque
Quæ fieri properat, gratia grata magis.

Bene & præclare *Scaliger:*

Qui dat libenter & cito bis obligat:
Sed qui moratur, est neganti proximus.

Ideo

Si bene quod facias, facias cito; nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

ὠκεῖαι γὰρ, ut non ineleganter Græci, χάριτες γλυκυρώτεραι

Gratissima sunt beneficia parata & facile occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis ve-

recundiâ. Nam cui in beneficio jucundissima sit tribuentis Voluntas, qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est; non dedit, sed tergiversando male retinuit; tantumque gratiæ demit, quantum moræ adjicit; cum in tædium adductus animus, incipit beneficium odisse, dum expectat. Benefaciendum quoque non jactanter & ad ostentationem, ut *Pharisæi* olim, sed clam; *ut sinistra manus* (sic loquitur Scriptura) *nesciat quod dextra facit*. Nam liberalitas nec laudem ab alio, nec fructum beneficii reposcit: sed maximum sibimet ipsi est præmium: nihil etiam æquè in beneficio dando vitandum est, quàm superbia, quid opus arrogantiâ vultus, quid tumore verborum? ipsa res te extollit, detrahenda est inanis jactantia, res loquentur nobis tacentibus: non tantum ingratum est beneficium, sed invisum superbè datum. Omnis denique à beneficiis abesse debet exprobratio: odiosum enim est genus hominum, Officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata, non commemorare qui contulit.

Vos itaque qui bona Mundi possidetis, vos, inquam, compello. Utamini illis, ne abutamini; pauperum tenuitatem sublevate; operam date, ut inculpati sitis Dispensatores bonorum quæ Deus abunde & liberaliter in vos contulit. Nihil enim honestius est quàm facultates quas habemus, ad beneficentiam liberalitatemque convertere. Non minus graviter, quam eximie *Doctor* ille *Hipponensis*: *Da quod non potes retinere, ut recipias quod non potes amittere. Quæ illa, sodes, stultitia est, illic relinquere unde exiturus es, & illuc non præmittere quo iturus es? hic ergo substantiam illam colloca ubi patriam habes. Qui collocat thesauros in terram, habet quod speret in cœlo. Et quid respiciat cælum, ubi nihil habet repositum?*

Ne patiamini vos, Christiani, ne patiamini, inquam, vos hac in parte à Gentilibus superari. *Cimonis* nomen nostis, Auditores? ergo & liberalitatem ejus Historiarum monumentis tantopere ce-

le

lebratam imitare. Familiares ille semper Adolescentes habebat comites, qui nummos ferebant cumulatè, quos in inopes si qui honesti erant, distribuebant. Non poterat hic Cimon de gratitudine omnium esse sollicitus, de liberalitate sua poterat. Nec vero *Titus Imperator* non laudandus in eo quod diem perdidisse se opinabatur illum quo non illustre aliquod liberalitatis specimen edidisset: unde *amor & deliciæ generis humani* fuit appellatus. Nimirum ex ipsa liberalitate, liberale illi quotidie gaudium nascebatur. *Agesilaus* vero quid? ipsam liberalitatem suam argenteis in vasis præferebat. Itaque ingressus aliquando ad Cresibium graviter laborantem, vidensque eum nummariâ difficultate & rerum inopiâ angustari, plenum nummis sacculum clam ejus pulvillo subjecit. Qui & hoc nos docuit; nonnunquam in ignorantes etiam beneficia esse conferenda. Ignoscite *Romani*, quod cum aliorum liberalitatem prædicem, vestram quodammodo tacitus prætercam Munificentiam; quam expertus est Attalus, is qui captam bello Asiam, muneris loco possidendam à vobis accepit. Veniam & tu mihi dabis, *Gillia*, quod postremum reservarim liberalitati tuæ locum; cujus gloria & celebritas nullo unquam tempore apud posteros exolescet. Quam suavia dolorum delinimenta ex benigno tuo sinu inopes hauriebant & egeni! Erant quæ paupertate premerentur Virgines, dotem illis Gillias conficiebat: Erant qui in Agrigentinâ civitate peregrinarentur? hospitium illis liberale in Gilliæ paratum erat ædibus. Erant qui tempestatum fluctibus Agrigentum compellerentur? à Gillia hi alimenta, à Gillia vestes non dico petebant, sed invitati auferebant; ut non malè senserit, qui *Gilliam ipsa liberalitatis præcordia habuisse* dixit. Plura dicerem, Auditores, sed ne attentione vestra & patientiâ abuti videar, finio, & quam vobis liberalitatem hac meâ oratiunculâ deprædicavi, eam

ɔis officiose precor & animitus opto. Dixi.

ORATIO LIV.

In

SENTENTIAM,

γνῶθι σεαυτὸν,

Nosce te ipsum:

habita ab

EWALDO van der DUSSEN.

Venerande Parens, Amplissimi viri D. D. Curatores, Ministri ac Pastores reverendi, Praeceptores, omni observantia colendi, Auditores humanissimi, Vosque quotquot hic adestis Commilitones mei amantissimi.

VUlgus ritu pecudum sequitur antecedentem gregem; pergens non quà eundum, sed quà itur; magisque ad similitudinem, quam ad rationem componitur. Ita profecto est. Per enim pauca, veritate, opinione quam plurima æstimantur. Sed re ad rectæ rationis lancem diligentius exacta, quis non videt, multa in pretio haberi hodie, quæ tanquam si ex tripode & intimæ Sapientiæ penetrali deprompta essent, homines suspiciunt, arripiunt, exosculantur; rati nihil verius posse dici, nihil dignius, nihil præstantius à quoquam excogitari. Non ibo per ambages, Quid ore multorum tritum magis hoc dicterio γνῶθι σεαυτὸν; quid in Scholis, quid in Academiis, & doctorum subselliis decantatum magis? quid in ædium frontispiciis, quid in parietibus, quid in tabulis ubique obvium magis & in usu? quod vel *Pythagoram* authorem habeat, aut *Thalitem* ex Græciæ Sapientibus unum, aut, ut quidam volunt, ipsum *Apollinem*. Tantum scilicet potest in multis præjudicata opinio: quam ut seme'

imbi

berunt, nullis rationum momentis, nullis argumentis, etiam validissimis, ab ea se dimoveri patiuntur. Apud quos etsi parum aut nihil me profuturum certo, mihi persuadeam, veritatis tamen vindicandæ causa cathedram hanc conscendere non dubitavi; ut quam graviter hallucinentur, luce meridiana clarius ostendam; cum non ex Sapientibus unum, non *Pythagoram*, non alium magni nominis Virum authorem habeat, sed ignobile & imperitum vulgus. Favete modo, & quandoquidem illa in medium adferre in animum induxi quæ non uni aut alteri, sed omnibus profutura sunt, audientiam mihi largiri haud dedignemini.

Ecquis enim datur in hoc Universo, qui si dictum hoc perpetuo ad animum & ad praxin revocet, qui vel minimo temporis puncto, expers curarum ac sollicitudinum tranquille vivere posset? Non singula hîc ætatum incommoda recensere mihi est animus, quod si facerem dies me citius quam materia deficeret. Nec cum cæteris animalibus hominem conferre decrevi, quæ eum in multis longè superant: magnitudine & vasta mole corporis Elephanti, celeritate Cervi, Canes odoratu, lynces visu, impetu Tauri. Etiam ista prudens prætereo, Hominis vitâ nihil esse calamitosius, nihil miserius. Quot enim eum cottidie pericula circumstant: Imo, *quid quisque vitet, nunquam satis homini cautum est in horas*, domi, foris, stans, sedens, dormiens, vigilans nusquam; & nunquam, vitæ suæ certus est. Nec mirum:

——— ——— ——— *Sua funera secum*
Circumfert moriturus homo; suspiria, tusses
Et luctus, fomenta malis, & prava prabent
Instantis documenta regi.

Sed hoc affirmare nullus dubito, Munere suo neminem alacri erectoque animo unquam defuncturum, si proverbio huic morem gerens *se nosse* ipsum cœperit. Quid? *Athenienses* se ipsos si nosse voluissent, cum tantum decem millia militum habe-

haberent, numerosumne *Darii* exercitum, sexcentis hominum millibus constantem, adoriri intrepidè ausi fuissent, tam impari congressu, tamque ancipiti Martis alea? *Alexander* ille *Macedo*, si in se descendisset, exiguâne quam habebat militum manu *Hellespontum* trajicere, & expeditionem laboris & periculi plenam parare in *Asiam*, adversus *Persas*, illi unquam fuisset animus, cum tantum triginta millia peditum, equitum quatuor, septuaginta solum talenta, triginta dierum commeatum haberet? Intuemini mihi, quæso, *Scipionem*, qui tanta alacritate transfretavit in *Africam*, qui bellum ibi tanto animi ardore gessit, tanta prudentia & animi magnitudine, ut tandem hostes *Romanorum* acerrimos attriverit, castris exuerit, intra mœnia compulerit, arces, castella, munimenta eorum expugnaverit; Carthaginem denique ipsam urbem regiam, ambitu spatiosissimam, situ munitissimam, toto terrarum orbe celeberrimam, vicerit, funditus everterit, solo æquaverit: Qui Annibalem antè petulantius exultantem, & assiduis incursionibus, dimicationibus, præliis *Italiam* infestantem, deserere eam & terga vertere coegit. At si heroica hæc anima, in congressu imparitatem & virium Romanorum, quæ diuturno in *Italia* bello à Carthaginensium copiis attritæ erant, imbecillitatem, æqua judicii lance apud se ponderasset, memor dicti illius, *Nosce te ipsum*, idemne in eo fuisset vigor, eadem animi constantia, fortitudo, vigilantia? negatis, scio, Auditores.

Sed ut ad Sacra quoque nostra se convertat oratio, quis *Davidi*, homuncioni rei militaris plane imperito, magnum illum gigantem *Goliathum* adoriendi fuisset animus, quæ triumphi ac victoriæ spes, si *se nosse*, & pede suo ac modulo metiri voluisset? Ille enim adolescens, hic Gigas; ille invalidus, hic validus & monstrosa corporis statura toti populo Israëlitico formidabilis; ille custos ovium, hic exercitatissimus belli Dux; hic iner-

inermis, funda ac lapillis tantum aliquot instructus, hic armis ad terrorem non unius aut alterius sed omnium *Israëlitarum*. Quis vero imperandi ac in alios dominandi, leges ferendi, Rempublicam administrandi sibi onus imponi pateretur, aut impositum ilico non subterfugeret, si secum ipse habitare & *quid ferre recusent, quid valeant humeri* animo suo volutare cœperit. Quam sit sibi curta supellex, quam intolerabilis negotiorum magnitudo, quantæ in muneribus publicis devorandæ molestiæ, quot & quanta subeunda pericula? Quis *Aulas* sectaretur, quis turbidum hoc vitæ genus amplecti in animum induceret? Quis *Regibus* ac *Principibus* se totum manciparet, cum quos ad tempus favore suo complexi sunt, mox odio habeant, destituant, in exilium mittant, & dignitatibus, imo ipsa nonnunquam lucis usura innoxios & incautos privent? Quid mirum? Nam ut oculos minima festuca læditur; sic *Principum* gratia, vel minima offensa cadit & perit. Testes hic appello *Aulicorum* ad tempus fortunatissimos, *Harpagos*, *Prexaspes*, *Clytos*, *Parmeniones*, *Sejaneos*; addo & *Aratum* optimum Principem, qui cum sanguinem exspueret hausto veneno à *Philippo Macedone* sibi propinato, in has erupit voces, *Hæc sunt regiæ amicitiæ præclara præmia!* verumque illud esse suo exemplo comprobavit, quod nimirum ut *Arithmeticorum* calculi aliquando valent multa millia, aliquando nihil, modo talentum, modo obulum æneum: sic *Regum* amicis, aliquando quidvis possunt, rursus mutata in fastidium gratia, nihil. O splendidam miseriam! O miseram vitam, imo, ut verius loquar, vitam non vitam! Quid mirum? dominatur ibi maxime invidia, locum ibi calumniæ atque obtrectationes habent, facile ac subito iram gravem *Principes* concipiunt, & conceptam semel diu retinent, moneri se aut reprehendi ægre admodum ferunt. Unde *Callistheni* propinquo suo consuluisse *Aristotelem* legimus,

mus, ut cum *Alexandro* Rege suo, quam rarissime aut suavissime loqueretur, utpote eo qui vitæ necisque in eum haberet potestatem. Vultis adhuc exemplum, *Auditores?* ἐκ τῶν ὀνυχῶν τὸν λέοντα. Erat olim non de Imperatore solum *Justiniano*, sed & de universo Imperio Romano præclarè meritus *Belisarius*; hic tamen qui *Persis*, *Vandalis*, *Gothisque* superatis triumphans redierat, ab invidorum calumniis liber esse non potuit, sed de fastigio honorum ac dignitatum suarum, fulminis velut ictu dejectus, orbatus oculis, facultatibus omnibus exutus, triste spectaculum humanæ vicissitudinis præbuit, & in summa rerum angustia mendicare coactus, his verbis prætereuntes, in bivio collocatus, ad misericordiam commovit: *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, invidia depressit.* Non minus ergo eximie quam vere Poëta,

Paucos beavit Aula, plures perdidit;
Sed & hos ipsos quos beavit perdidit.

Jam de aura Populari quid dicam? Quis, si tritum illud *Nosce te ipsum* serio apud se expendat, de eâ captanda erit sollicitus? Quid enim populo inconstantius, ne dicam ingratius. Videtis id, *Auditores*, in vicis olim magnis, *Aristide*, *Demosthene*, *Phocione*, *Manlio*, *Cicerone*, qui pro innumeris suis in Rempublicam meritis, nihil aliud quam civium suorum invidiam, ingratitudinem, odium reportarunt; illudque experti sunt quod de *Samiis Pericles* olim affirmavit. Eos infantibus similes esse, qui cibum à nutricibus quidem accipiunt, sed tamen vagire & plorare non desinunt eisque quod platano accidere solet, ad quam homines, cum pluit, confugiunt, sereno autem & sudo cœlo, folia decerpunt & ingrati discedunt.

Amplius: Quis arma caperet? quis militiæ nomen daret, *si se* ipsum probe *nosset*, hocque seriò perpenderet, se non aliter ad hostium carnificinam quàm victimam ad lanienam duci?

Sed ut, missis aliis, ad nostri ordinis homines

nos

nos convertamus, quis, obſecro vos, artium & diſciplinarum ſtudia capeſſeret, quis litteris diſcendis ſe fatigaret, *ſe* ipſum *ſi noſceret*? Quot enim & quantæ in ſtudiorum cyclopædia devorandæ moleſtiæ, quot lucubrationibus, quot vigiliis noctes extrahendæ, quot replicandi authores, quot evolvendi libri? & in hac conſequenda rerum ſcientia, quam dubia omnia, & incerta! Sunt enim qui à ſenſibus omnem derivant ſcientiam; unde tritum illud & omnium ore decantatum; *Nihil eſt in intellectu quod non prius fuerit in ſenſu*: At quam languidi ſunt, quam hebetes, quam parum ſibi conſtant, quam ſæpe fallunt & falluntur? Ad hæc, quanta mentis humanæ eſt cæcitas, quanta caligine, quanta ignorantia laborat, quanta rerum, ad quarum cognitionem adſpiramus, incertitudo? perinde atque ignium illorum, quos fatuos & erraticos naturæ ſpeculatores appellant, qui noctu iter facientes à via in præcipitia deducunt. Hinc crebra & calida inter eos qui eruditionis laude unquam claruerunt diſſidia, contentiones & logomachiæ. Solem *Epicurus* bipedalem eſſe dixit, alii centies ſexagies magnitudine terram ſuperare; ſtare Cœlum, Terram moveri, nonnulli aſſerere manibus pedibuſque conati ſunt, & ſententiam ſuam tueri σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι. *Stoici* ſummum hominis bonum in habitu virtutis, *Peripatetici* in praxi, *Platonici* in unione hominis cum Deo collocarunt. Inter Medicos *Empyrici* ſola nituntur experientia; *Galeniſtæ* judicio magis nitentes quam experientia, ſigna prognoſtica, diagnoſtica, ſymptomata, cauſas curioſius exquirunt; ſed quot interim, & quam diſſidentes, de morborum cauſis & ægrorum temperamentis in ſchola *Medicorum* ſententiæ? In Jure quis, *Auditores*, tricarum forenſium finis, quam parum inter ſe conveniunt! *Juriſconſultis* in legum interpretatione aliis aliud ſentientibus, ut neſcias quibus fidem ſis habiturus, & quæ via in tanto

pugnantium opinionum labyrintho tutior sit ineunda; ut nihil nunc dicam de iis qui specie recti venales habent linguas, manus, animas; qui jura cauponantur, & leges ut ceram habent in turpis sui lucri aucupio sequacem; qui aut favore aut odio ad gratiam, aut ad pœnam consilia flectunt, lites dolose & captioso verborum circuitu sufflaminant, causas involvunt, leges pro arbitrio torquent, Judicia prolatant, terram mari miscent, ut illi à quibus unctius referunt caput & manus, in causa triumphent, aut saltem gratia elabantur, cum alii vel sumptibus attriti, vel moras pertæsi, damnosis & iniquis conditionibus pacisci coguntur. A quibus profecto omnibus, ut & laboribus atque molestiis, liberi & immunes jucundè ac tranquillè vivere homines possent, si quod proverbium hoc jubet, *Sese nosse vellent*: Quoties enim (ut rem verbo absolvam) caput Philosophiæ Studioso scalpendum esset, quoties rodendi ungues si vel de *Platone* solum cogitare vellet, cujus quinquaginta quinque libri legendi; vel in mentem *Aristotelis* veniret, cujus præter problematum sectiones duas de quadraginta, centum & viginti quatuor extant: In juris studio quoties mordenda labra illud si cujus animum ejus subeat, cognoscenda sibi esse plurima quæ diversis in voluminibus traduntur: tum verò maximè Institutionum libros evolvendos quatuor, Pandectarum quinquaginta titulos ultra quadringentos. Codicis libros duodecim, leges quater mille quingentas & quod excedit: Et sic de reliquis: nam omnia hic ad amussim enumerare non est animus. Itaque & ego (ut finem dicendi faciam) abunde mihi conscius, quanta ingenii mei sit infantia, quam curta mihi domi supellex, pluribus his immorari supersedeo; & ut meo me pede ac modulo metiri didici, ita non possum quin *Menandro* hac in parte assentiar, cum non *Nos*, sed *Alios nosse* jubet: Plura in medium allaturus, nisi hoc

hoc ipſum γνῶθι σεαυτὸν ſilentium mihi imponeret, deque tabula manum, quod ajunt, tollere juberet. Dixi.

ORATIO LV.

Pro

SENTENTIA

γνῶθι σεαυτὸν,

Noſce te ipſum:

Habita ab

HIERONYMO KESSELIO.

Condiſcipulorum communia ſtudia, communis educatio, communis inſtitutio, commune denique literarum commercium, totidem illis ad concordiam, pacem & mutuum animi affectum ſunt, & eſſe debent auctoramenta. Quîcum enim illi conveniet, cui cum commilitone ſuo non convenit? Cujus is curam geret, qui nullam condiſcipuli ſui, aut certe exiguam habet? Nihil turpius habet veneranda *Antiquitas Perſei* & *Demetrii* diſſidiis, nihil odiis *Atrei* & *Thyeſtæ* contentionibus, *Ariſtobuli* & *Antigoni*, nihil *Baſſiani* & *Getæ* inimicitiis atrocius legitur. Sed veritatis interim ſumma habenda eſt ratio, & ad animum revocanda ſemper aurea illa *Philoſophi* ſententia, *Amicus Socrates, amicus Plato; ſed magis amica veritas.* Hæc cauſa eſt, Auditores, cur condiſcipuli mei, qui ante me ex hoc loco ad vos verba fecit, ſententiam quam oratione ſua defendit, quia veritati diſſentanea eſt, hac declamatiunculâ mea refellere, & erroris ejus nebulam abſtergere in animum induxi. Quid? illiusne memoria exciderunt, quæ à magnis olim Viris, *Chryſippo*, *Cleanthe*, *Ariſtotele*, *Plutarcho* ſcripta aliquando legit, excerpſit, didi-

cit

cit? Hæc à *Platone*, *Seneca*, *Cicerone* adhiberi sæpe, non animadvertit, tanquam gemmulas & flosculos orationis, ut non ornatum modo, sed & testimoniorum vim habeant, & pondus ad persuadendum, & movendum, *Auditores*, si dextre, si judiciose usurpentur? Et hoc ipsum *Nosce te ipsum*, ut ad rem veniam, quam eximium, quam præclarum, quam generi humano salutare, dignum quod omnium animis scalpro adamantino insculpatur, ut & olim *Apollinis* templo aureis literis consignatum fuit. Nec, me hercule, de nihilo. Se ipsum enim qui nosse cœperit, aperiuntur oculi, pollet prudentia, incautus non opprimitur; nocitura cavet, fugienda prævidet, sectanda optat, desiderat, amat; gravia nimis & onerosa declinat, suo se pede ac modulo metiri solet, altâ nimie & quæ captum longè mentis humanæ superant non affectat, memor versiculi illius *Horatiani*.

——— ——— *Videndum quid ferre recusent,*
Quid valeant humeri.

Quod si factum ab *Alexandro*, eò ne unquam processisset superbiæ, ne dicam audaciæ, ut se *Jovis* filium appellari voluisset? & assumpta veste Persica non morem *Persarum* tantum, sed & Divinos honores æmulari vel per somnium unquam cogitasset? Quid *Sapor?* qui ad *Constantium* Imperatorem scribens dum se *Solis* ac *Lunæ* fratrem indigitat, si mortalitatis suæ memor ad animum probè revocasset quis & qualis esset, pulvis nempe & in pulverem reversurus, tam cellos unquam gessisset animos, se ipsum si nosse didicisset? *Caligulam* ea nunquam cepisset dementia, ut in *Deorum* numerum referri voluisset, ad hæc coli religiosè, statuas sibi erigi, imagines hic illic collocari. in sui memoriam, si fragilitatis suæ, & vicissitudinis rerum humanarum probè conscius, nihil in terris diuturnum, nedum Divinum dari, serio perpendisset? Et hodierno die, quanta passim *arrogantia*, quanto animi fastu laboratur à multis

qui criſtas ſuperbè erigunt, ſupercilia attollunt, retorto alios oculo deſpiciunt, immemores & ſe *homines* eſſe, & ſi homines, revera nihil aliud eſſe quam fortunæ ludibria, calamitatis & miſeriæ tabulam, ſpolium temporis, & poſt obitum vermium eſcam & *Averni* pabula? Quid enim homine, qui tantopere inſoleſcit, miſerius, quid calamitoſius, quid fortunæ telis magis obnoxium, quot quantiſque indies conflictatur incommodis, quot morbis, ut ne quidem unius horæ ſpatio, vitæ hujus uſuram polliceri ſibi poſſit. Quot hominum millia conſervata fuiſſent, ſi noſtrum illud *Noſce te ipſum* probè ab ipſis fuiſſet obſervatum? Jam quod perierint, quæ cauſa alia quam eorum temeritas & inconſiderantia? Certe non decies ſepties centena millia hominum *Xerxes* in Græcia perdidiſſet, ſi *Artabani* conſilium ſecutus ſe noſſe ipſum voluiſſet, non *Neptuno* compedes & *Cælo* tenebras minatus fuiſſet, tantique exercitus cladem, ruinam & interitum declinaſſet, ſi animum ejus hæc non minus vera quam ſeria ſubiiſſet cogitatio, alta montium cacumina, & celſas turres, fulminum telis ventorumque procellis magis exponi, nihilque verius dici illo Poëtæ verſu,

Sequitur Superbos ultor à tergo Deus.
——— ——— *Magniſque negatum*
Stare diu, nimioque gravis ſub pondere lapſus.

Quæ cauſa, Auditores, cladis *Craſi*, ſuſcepto temerario bello adverſus Perſas? non alia quam ſui ipſius ignorantia. Quid *Perſas* ipſos perdidit, quid *Cyrum*, potentiſſimum illum *Monarcham* & toti pœne orbi terrarum formidabilem, cujus, accepta clade à *Maſſagetis*, juſſu Reginæ Scytharum, caput in dolium ſanguinis plenum conjectum fuit, cum hoc ſarcaſmo: *Satia te nunc ſanguine, quam ſemper ſitiſti.* Cauſam vultis adducam? Se ipſum non novit. Res ſtrenue geſtas à Magno illo *Pompejo* quis dignè ſatis laudet, quis deprædicet? Quantam enim bello famam, quantam nominis cele-

brita-

itatem sibi comparavit! adeo ut, teste *Cicerone*, ura bella gesserit quam cæteri legerint, plures rovincias debellaverit quam alii concupiverint. ed deserta, turpiter *Italia*, in campis Pharsalicis, um *Cæsare* dimicaturus, hoste si quisquam exercitatissimo, vigilanti, veterano, in prælio ne unquam succubuisset, si animo hoc suo volutasset, Ancipitem esse *Martis* aleam, & neminem citius opprimi quam qui nihil timet; bellique eventus esse dubios, eoque non temere ineundum certamen? *Flaminius* ad lacum *Thrasimenum* si cecidit, si *Terentius Varro* ad Cannas, *Philippus Macedo* apud *Melitæos*, apud *Sangarim Constantinus* Imperator; non aliis quam sibi acceptum ferant; nempe quod nimium suis fiderint viribus, immemores veteris illius dicti, Etiam pilum suam umbram habere, nihilque tam validum esse cui periculum non sit ab invalido.

Sed, ut altius provehar, de turpi habendi cupiditate & *αἰσχροκερδίᾳ* quid dicam, Auditores? è rebus sordidis lucrum aucupatus est sordidissimum *Vespasianus*, ipsamque urinam (honos sit auribus) tributariam esse voluit, & tanquam re bene gesta, reprehensus eo nomine à purpuratis, pecuniam naribus eorum admotam rogavit, Num male oleret? egregiam vero laudem! Hoccine est Cæsaream tueri dignitatem? Certe, Si quis erat, quem in imperio locum tenebat, quæ sceptri ejus erat majestas, ad animum revocasset, tam vili unquam inhiasset lucro? Quid enim Cæsarea dignitate indignius quam ad turpia ista lucra se demittere & ea sectari, quos munificos esse oportet, non cumini sectatores, non subditorum æruscatores sordidos. Sic *Pertinax* Imperator mercaturam exercere non erubuit. Sed quid Nobili, ne dicam Principi probrosum magis ac inglorium? fecit tamen & facturum creditis, Auditores si se probe novisset? Quid *Commodus*? Leges, Jura venalia habuit, auri & argenti cupidus; sed hæc quam parum conveniunt,

quam

[redacted]

quàm parum decent Principem æquitatis amantem, & cui una cura, una sollicitudo est administrare Justitiam ?

Plura dicerem, Auditores, si mihi per omnes hominum ordines esset exspatiandi animus. Sed ut rem paucis complectar, Quam aliam creditis esse caussam, cur multi tantopere curiosi sint, ne dicam πολυπράγμονας: Non alia quam quod moniti illius Poëtæ parum memores sunt,

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit: & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

.Qui probè se novit *Lamias* non imitabitur, quas domi cæcas esse fabulatur *Antiquitas*; ita quidem ut oculos suos fronti exemptos in arcula quadam recondant, foras egressuræ capiti inserunt, ut quæ alibi geruntur videant & speculentur: Tales curiosi: qui neglecto munere suo, alienis se immiscent negotiis, nullumque non movent lapidem ut minutissima vicinorum delicta rimari queant aut sciscitari. Muscis haud absimiles, quæ lævia, nitida & polita loca prætervolant, & scabris ac sordidis adhærescunt: aut gallis gallinaceis, qui arcæ suæ neglecto semine & sterquilinio, hordei granum unum atque alterum eradere malunt curiosa indagine in fundo alieno, quam largiter & ubertim de suo pasci. Quid? aliorumne vitiis tam strenue scrutandis, carpendis, eliminandis operam darent, si se nossent, & quæ domi corrigenda sunt vitia, quæ horto suo extirpanda zizania serio cogitarent? Curiositati suæ credo repudium mitterent. Pergo: Quis cum *Xerxe* novæ voluptatis inventori præmium constitueret, si se hominem esse serio perpenderet, & in se descendens animum erigeret ad altiora & origine sua digna? Quis exemplo mollis & effœminati illius *Sardanapali* luxui se totum devoveret, & Epicureum illud ore usurpare non erubesceret, *Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas*. O, si cogitaret Homo sum, & veniet aliquando illa dies, qua vitæ meæ actionumque

mearum Deo reddenda erit ratio? Quis cum *Philoxeno* gruis collum sibi optaret, quo diutius cibi & potus suavitatem perciperet ac degustaret? Nemo; Cogitaret Homo sum, non pecudum numero habendus quas natura ad pastum abjecit.

Sed ut, missis iis quæ omnes ex æquo spectant, ad vos me convertam, *Studiosi*, literarum commercio mihi conjunctissimi, Quis vestrum est qui mecum in castris *Musarum* stipendia facitis, qui pedibus in sententiam meam non eat, & cui aureum hoc *Nosce te ipsum* non allubescat, certo statuens non aliam cum ad gloriam consequendam, tum ad studia feliciter instituenda, moresque reformandos, paratiorem esse viam? Agat hic, Auditores, lixam aut calonem in exercitu, ita squallidum, ita deformem ut in *Trophonii* antro educatus esse videatur; ille circulatorem aut agyrtam in foro, ille histrionem & mimum in theatro; pugnet hic penicillo, ille scalpro, hic fibula, ille acu, hic radio textoris, ille cuneo, securi aut dolabra: Nos qui in Scholis versamur ad vitæ genus longe nobilius, nempe literarium adhibemur, sumptibus magnis & impensis aut parentum aut Mæcenatum alimur: Nos suggestus in templis, nos cathedræ in Scholis, nos curiæ & cancelli Regum ac Principum, nos insula, nos purpura exspectant: Nec desunt nobis ad artium liberalium studia capessenda naturæ dotes, ingenium, judicium, memoria, non deest institutio; sed tamen ita concessa ut iis utamur, non abutamur. Fiet, si nosmet ipsi noscere discamus, multa nobis deficere; quædam sciri, plura ignorari. Vitanda hic imprimis nimia φιλαυτία, qua nulla in cursu studiorum capitalior pestis, nec Juventuti perniciosior:

Οἴησις γὰρ ἐγκοπὴ τῆς προκοπῆς.

Et *Puto multos*, ut bene olim *Romanus* ille *Sapiens*, *ad Sapientiam potuisse pervenire, nisi putassent se pervenisse.* Quid, quod nihil est quod æque litera-

turæ

turæ dignitatem devenuſtat quam fatalis illa ignorantiæ pediſſequa, *Animi elatio*, qua quod videri quis vult, hoc & eſſe ſe credit, & fidem aliis facit. Hunc tamen affectum, ſeu potius animi morbum, ægrè multi adduci poſſunt ut ejurent; ita fere melioribus ingeniis ſuaviter obrepere ſolet amabilis hæc inſania: Quam ridere vos ſcio. Quid enim ſcire noſtrum, niſi ſcientiæ deliquium & umbra? Quid Studia noſtra, niſi ea bona mens fulciat? quæ ſi deſit deſit Coloſſo baſis, ædificio fundamentum; & omnis doctrinæ moles arrogantiæ & faſtus turbine tanto fœdius corruit, quanto celſius ſe attollit. At contra, humilitati & modeſtiæ ſuperſtructa perennat: quia fundus illa & fundamentum omnis veræ literaturæ, quæ non quid adſit, ſed quid deſit attendit: nec tam de quæſito ſecura eſt, quam de quærendo ſollicita. Dixi.

ORATIO LVI.

DE AMBITIONE,

Habita à

CHRISTIANO A VOLEN.

MEmor Sententiæ illius Græcæ,

Τόλμα δίκαια καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

hodierno die & hoc de loco ad vos verba facere in animum induxi; non, ut à nonnullis fieri ſolet, oſtentandæ alicujus vel eruditionis vel eloquentiæ gratia, quam nullam in me eſſe ingenuè agnoſco; ſed quia laudabilis à multis retro annis Scholæ hujus conſuetudo hoc poſtulare videtur: Cui morem gerendum eſſe non æquum ſolum judico, ſed honeſtum: quia exempla eorum qui me anteceſſerunt non ingloria, me ad hanc dicendi provinciam accendunt; quia artis Oratoriæ me haud

tum hortatur exercitatio, quam ego ut utilitate ructuosam, oblectatione non injucundam, usu necessariam & probo vehementer, & quantum quidem mea feret tenuitas servare constitui. Scio, si oculos in nobilissimam hanc Auditorum coronam converto, nihil nisi eximium, perpolitum & elaboratum ab iis expectari; & quod ingenium, quod judicium, quod artem spiret, eloquentiam redoleat: Sed meo me pede metiri didici, venitque in mentem mihi Persarum illud institutum, qui ab ineunte ætate liberos suos non apud natu modo grandiores verecundari, verum etiam eorundem dictis audientes esse voluerunt: Non alio quoque animo hanc cathedram conscendere multo ante constitui, quam ut bene rectéque & sentiendi & dicendi facultatem mihi compararem. Cogitanti autem mihi, ecquod potissimum tractandum in manus sumerem argumentum, occurrit vitiorum non è minimis AMBITIO; quam dum oratione persequi, & quam in Imperiis, Regnis, Rebuspublicis perniciosa sit, dicendo explicare conor, Vos ego rogo, Auditores, ut quam aliis hoc de loco ad vos verba facientibus, attentionem dilargiri voluistis, eam & mihi concedere haud dedignemini.

Ambitio, ut paucis mentem meam circumscribam; *est perturbatio animi hominibus insita, cæteris antecellendi*, in aliis maior, in aliis minor, pro ingeniorum varietate. Ita enim fere natura comparatum est, ut qui magno sunt & excelso anim & ad sublimia suscipienda parato, ad ambiti nem aliis longe propensiores sint. Qualis *Thm stocles*, qui ambulando in publico noctes extra quod somnum capere non posset, causam perc tantibus, *Miltiadis*, inquit, *trophæis se è somno s tari*. *Alexander* nullam è rebus à patre Phil feliciter & præclarè gestis voluptatem ce fertur; quod timeret, nihil sibi relictum i quod virtutem suam animique fortitudiner

periri posset, & viam sibi hac ratione ad gloriam comparandam intercludi. *Julius Cæsar* in templo Herculis apud Gades, Alexandri statuam contemplatus, non tenuit lacrymas; quod ea ætate qua tunc erat (agebat enim annum trigesimum) Alexander totam penè Asiam, debellato Dario, sub potestatem suam redegisset; ille contra ad hunc usque diem, nihil laude dignum præstitisset.

Hi tres omnium quorum meminerunt Historiæ, maximis animis fuère; qui non solum verbis, sed etiam actionibus ipsis, quanta essent ambitione, palam fecère, quod nec superiorem, nec parem ferre potuerunt. *Themistocles* enim cum *Aristide* in eadem urbe commorari non potuit; nec Romæ *Cæsar* cum *Pompejo*; Alexander vero cum oblata sibi in uxorem filia Darii, Orientis Imperium cum socero partiri potuisset, utrumque recusavit, inquiens, *Mundum à duobus Solibus non regi.* Ita agnatum, imo fere innatum hoc vitium generosis animis, haud aliter quàm delicatioribus lignis caries, quæ ideo teredini magis obnoxia quàm viliora: Sic quo altius evecti, & quo major eorum est potentia in quos dominatur ambitio, eo periculosior, addo & perniciosior. Quot enim bella incendit illa insatiabilis & infinita dominandi libido: Grassatur in Asia *Alexander*, *Cyrus* in Ionia. At neque Alexander Asiam, neque Cyrus unquam Ioniam fuisset populatus, nisi ad id utrumque compulisset *Ambitio.* Hæc *Lacedæmonios* cum *Atheniensibus* commisit, hæc *Athenienses* contra *Corinthios* instigavit, hæc eadem *Carthaginienses* in *Romanos*, *Romanos* in nationes *omnes*, & his subactis, sua ipsorum in viscera bellis Civilibus sævire jussit. Ad hæc, quis superbas ædes eversas, urbes florentissimas solo æquatas, regiones fertilissimas devastatas, munimenta, castella, ab hac perturbatione expugnata, incensa, diruta enumeret? Nempe, hæc illa est quæ nihil intentatum, nihil inausum relinquit; & ut in Diluvio,

erruptis aggeribus & cataractis violenta aquarum
aundatio *sternit sata lata*, ut cum Poëta loquar,
oumque labores, *& cum stabulis armenta trahit*: Ita
hæc animi perturbatio obvia quæque perrumpit,
pessundat, dejicit, sacra profanis miscet, profa-
na sacris. Postquam enim in Ecclesiam irrepsit,
non minus turbarum, seditionum, tumultuum in
eam intulit quàm in Rempublicam. *Ariani*, *Donati*
& *Novati ambitio* quas non peperit Hæreses? quibus
non ita multo post, cùm Pastorum tum Princi-
pum negligentia janua aperta est *Alcorano* & Ma-
humeticis blasphemiis, quæ proh dolor! duas Or-
bis terrarum partes occupant, atque etiamnum
tristissimo Christianorum experimento, tenent *Hie-
rosolymam*, *Alexandriam*, *Antiochiam* & *Constantino-
polin* florentissimas olim *Ecclesias*. Mitto probra,
contumelias, calumnias, invectivas acres & den-
tatas quas Principibus alii in alios offerebant. Si-
lentio prætereo & alias gravissimas contentiones,
quæ inter Episcopos Romanum & Constantino-
politanum intercesserunt de primatu in Ecclesia,
conjunctas cum cædibus utrinque perpetratis, o
dia plus quam Vatiniana & internecina, schism
ta & dissensiones Reipublicæ Christianæ.
Sed ut ad ea quæ Sacra nobis pagina suppedi
exempla, nostra se convertat oratio, Potu
quid non dicam audacius sed sceleratius exc
tari à filio degeneri *Absalomo*, quam ejus in
trem conspiratio? sed quæ alia tam horrendi
noris causa fuit quàm ejus *ambitio* & furios
minandi libido, ut necem Patris moliri, e
solio deturbare, Regno ejicere, armata mar
sequi non dubitaverit? Quid *Sancheribum*
ut redactis sub potestatem vicinis gentibus
ris, pomœriis, Hierosolymam ipsam hosti
orbi, arctissima obsidione cinctam opp
igne, flamma, ferro infestare, dictis P
& blasphemiis intolerandis non Reg
Hiskiam sed & Deum ipsum insectari

ambitio. Quid *Heziam*, ut arrepto thu-
ērdotis munere fungi voluerit? impu-
Quid *Amanem*, ut de extirpandis Ju-
it? Ambitio. Quid *Herodem* ut divi-
s, medio in applausu populi, oratio-
abita, sibi arrogaret? Ambitio. Vi-
tores, actiones ambitionis, quam pe-
m generi humano perniciosæ sint. Sed
c omnia impune? Immane quantum
equitur ambitiosos,
itur superbos u'tor à tergo Deus.
ini: Ἀλαζονείας τις ἐκφεύγει δίκην.
Annales, Sacræ & profanæ replicen-
, tota excutiatur Antiquitas: Quid
ıemoriæ prodiderunt quàm tragicos,
:ndos, quàm inauditos ambitiosorum
, *Dathan* & *Abyram*, cum ambitiosè
nsurrexissent, nonne justo Dei judicio
horrendo terræ hiatu vivi absorpti
lis universi populi? *Ozias Rex* non con-
tate sua Regia, cum suffimentum te-
›lendum, lepra incurabili correptus est.
l tumulum usque comitata est. *Sena-*
ıs ab Angelo, cæsis Assyriorum centum
uinque millibus, obsidionem solvere
reversus in Patriam, à filiis in tem-
ıi crudeliter est interfectus.
illo ipso patibulo quod *Mardochao* e-
, suspensus est. *Nebucadnezar* cum post
ue reportatas victorias, tot urbium,
:rrarum spolia, tot populorum debel-
ıvias, plus nimio se efferret, de solio
:st, & more pecudum ad pastum ab-
ennii spatio, aëris injurias & incom-
ıvit, donec pili ejus excreverint ut plu-
& ungues ejus ut aquilarum. Magna
uperbia, magna ejus *ambitio*, adeo ut
ntibus, Mari, ac Diis, ad subjugandam
ım Exercitu proficiscens, minitare-

tur; sed accepta clade, vix ac ne vix scapham invenit qua rediturus in Asiam, Hellespontum trajiceret; adeo ut in exiguo latentem viderint Græci navigio, quem paulo ante vix æquor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministerio, cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant. *Herodes* ab angelo percussus, & à vermibus erosus impiam efflavit animam. Tantisper dum *Alexander Magnus* intra modestiæ limites se continuit, nullum sibi fortitudine, consilio, vigilantia, & rerum gestarum gloria, nullum virtute bellica parem habuit. At cum partim ab adulatoribus seductus, partim bona fortuna ebrius, cum veste Persica superbiam Persicam induit, se ex Diis oriundum credidit, & tanquam Deum se adorari voluit, haud multo post, dubio ac vacillanti imperio suis relicto, è medio sublatus est. *Julius Cæsar* in Curia Pompeja, quàm cruentas ambitionis & superbiæ pœnas luit, tribus & viginti vulneribus confossus à Bruto, Sempronio, Casca? Quid hic tria illa Orbis portenta commemorem, *Caligulam*, *Domitianum*, *Heliogabalum*? Deos se esse finxerunt, edicta divina in Aulis suis coderunt, imagines suas Romano populo adorandas dederunt. Sed venit qui Caligulam è medio sustulit *Chærea*, venit qui Domitiani suffodit inguina, *Stephanus*: illuxitque optata Romanis dies, qua novi Dei Heliogabali, tantique numinis, per totam diu urbem raptatum ac dilaniatum cadaver, in putidas cloacas abjectum fuit.

Exempla hæc, Auditores, & alia infinita, quibus scatent Historiæ, dictum Chilonis Lacedæmonii abundè comprobant, qui interrogatus Quid in Cœlo ageret Deus, *Alta*, inquit, *deprimit & humilia extollit.* Ita profecto est: Et, ô utinam hæc serio perpenderent quotquot in hoc Universo, præ aliis in celso dignitatis fastigio collocati! Utinam, inquam, tristes hos *ambitiosorum* eventus ad animum revocarent & quam fragi-

: loco, quos fortuna longè supra alios evexit, n lubrica & dubia hæc personata felicitas! si am descenderent cogitationem, per mortem tra ligonibus æquari, & Regum palatia non us ab ea pulsari quàm pauperum tabernas; eó- nullum in hac rerum humanarum vicissitudine, ntacunque etiam polleat potentia, ante obi- i supremaque funera posse dici nec haberi bea- . *Hora* enim *momentum est*, ut benè *Romanus Sapiens*, *inter solium*, *& aliena genua*, & ut pro- e omnia iis & ex voto fluant,

Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Dii superi?

Hæc, dico, si serio animo perpenderent tam cel- non gererent animos; sed misso superbiæ & ntioni repudio, se ad modestiam & humilita- i componerent, memores inconstantiæ & fra- tatis rerum humanarum: exemplo *Philippi* *edonis*, qui cum forte aliquando in palæstra r luctandum prolapsus surrexisset, & corporis igium in arena vidisset, *Quàm parvam*, inquit, *a partem sortiti*, *Orbem appetimus*. *Severus Impe- r* diu in *ambitione*, & ob eam bellis, senio fectus ac moriturus urnam ad se deferri jussit, qua cineres (prisco illo more) erant reconden- , & diu contrectans ac contemplatus, in has es erupit: *Tu Virum capies quem Orbis terra non i*: Severus hoc sub mortem: Diu ante eam Ma- nilianus primus Imperator Austriacus. Nam memor fragilitatis hujus, triennio (aliis bien-) ante morbum, non solum mortem, capulum iebrem è querno ligno, arcæ viatoriæ inclusum, cumferri secum jussit; cavitque testamento, exanimum corpus suum, rudi linteo involu- n, sine ulla exenteratione, illi imponeretur, ribus, ore, auribusque viva calce oppletis. Quid i voluit magnus Vir? nisi monumentum illud idue in oculis habere, quod diceret, *Cogita mori*: od amplius diceret, Quid te dilatas & exten-

dis, quid multa possides, plura appetis? Quem tot Provinciæ & Regna non capiunt, loculus iste capiet. Cur autem & calcem cavis illis partium immisit, non aromata quibus condiretur? nempe hoc spectavit, ut corpus putredini natum, ea quoque exedente & consumente materia citius consumeretur, & iret in suam terram. Sed amplius ille idem. Pluribus diebus ante mortem nil nisi Maximilianus appellari voluit: quod imitatus nepos ejus Carolus ejus nominis V. raro & miro exemplo. Imperio enim cum se ultro abdicasset, & in filium Philippum jam validum ævi, sceptri & animi curas contulisset, secessit in Hispaniam, & in divi Justi monasterio se abdidit, cum duodecim duntaxat familiaribus Deo & quieti vacaturus, nec aliter se quam Carolum appellari voluit, Cæsaris atque Augusti illa nomina, cum rebus animo exuens, & totum hoc honorati contemnens. Imitare quisquis es, quem *ambitio*, quem superbia delectat, & si homo es, id quod es, semper te esse cogita. Dixi.

ORATIO LVII.

IN LAUDEM HUMILITATIS,

Habita à

STEPHANO STEINIO.

QUæ plerisque ad dicendum paratis, timorem haud exiguum in frequentissima Auditorum corona incutere solent, ea mihi impræsentiarum animum addunt universa. Sive enim ipsa Orationis materia, quam tractandam suscepi, ponderis aliquid habet & momenti; de Humilitate dicendum est; sive Auditorum conditio; apud Viros *prudentia*, doctrina & humanitate conspicuos dicen-

cendum; sive denique dicentis qualitas; Adolescenti dicendum. De Humilitate virtutum omnium pararia verba ex hoc loco facere, si quis difficile putat aut operosum, cum illo quidem non contendo; mihi tamen gratulor tale oblatum hodie dicendi argumentum, in quo materia nemini deesse potest: Quæ enim ad dicendum uberior, ad meditandum salutarior, ad studia nostra accommodatior, huic vero loco convenientior, in quo ab ineunte ætate hæc virtus præ aliis Juventuti instillari solet? De illa porro apud vos dicentem extimescere, esset id hominis parum humanitatem vestram experti, & eximiæ illius benevolentiæ, qua dicentes ex hoc loco complecti consuevistis, prorsus ignari. Adolescentem denique me apud vos dicere, ideo me minus sollicitum habet, quod videam ad optima quæque & præstantissima, honorificâ præsentiâ vestrâ & applausu, Juventutem hujus Scholæ haud parum concitari; in qua non ad ostentationem & jactantiam institui solent publica hæc exercitia, sed ad stilum & oratoriam in dicendo libertatem. Quamobrem consuetudine magis, quàm quod expediat, Auditores humanissimi, à vobis, qua possum animi demissione contendo, ut mihi de nobilissimâ virtutum dissertanti exigui temporis usuram & attentionem largiri haud dedignemini.

De *Humilitate* (ut ad id quod institui mea decurrat oratio) multa copiosè ac prolixè scripserunt Philosophi, & certatim eam encomiis suis extulerunt. Sed cui tanta est dicendi vis, tantaque copia, cui tantum ingenii flumen, quis tanta præditus est eloquentia, ut eam pro meritis deprædicare possit, aut laudes ejus digne satis emetiri? Videtis enim ipsi quàm placidè, quàm decorè Domina illa & Regina virtutum incedat, quàm frons, oculi, vultus, quàm universus corporis cultus, insigni verecundia temperatus; quantopere

se apud omnes demittat; quàm modestè de se sentiat, de se loquatur; quanta cum mansuetudine ac humanitate cum aliis versetur; quàm nulli se præferat, nil sibi arroget. Videtis quàm eximio stipata sit comitatu: agglomerant se lateri ejus Candor, Æquanimitas, Concordia, aliæque virtutes, quæ præstantiam ejus ac dignitatem nobis spectandam proponunt, & ad cujus venerationem & cultum nos passim adhortantur divina *Prophetarum*, & *Apostolorum* oracula. Quoties enim eam nobis inculcant & ad eam invitant? *Humiliamini*, inquiunt, *sub manu DEI: Per Humilitatem quisque alium se præstantiorem existimet; Humilitatem in vobis fixam habete. Christus* ipse Prophetarum omnium & Apostolorum Princeps, *Discite a me quam humilis sim & mansuetus animo*: Æterni enim ille Dei æternus filius, *ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τοσοῦτο Κρείττον γενόμενος τῶν ἀγγέλων ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα*· nequaquam rapinam arbitratus Deo æqualem esse ita se exinanivit, ut forma Servi assumpta, ad mortem usque ignominiosam crucis, obedientiam Deo Patri præstiterit plenariam & numeris omnibus absolutam. Ab Anna enim ad Cajapham, à Cajapha ad Pilatum, à Pilato ad Herodem, ab Herode rursus ad Pilatum deducitur. Accusatus à falsis & subornatis testibus, obmutuit; cujus vox in nubibus auditur, & cujus tonitru horrendo fragore mentes hominum movent, percellunt & in stuporem rapiunt. Hic omnium rerum Dominus stat egenus & inops inter omnia, quæ possidet; vinctus, qui omnes liberat; vulneratus, qui omnibus medetur; nudus ut minimum corporis vulnus videri possit visum, ut moveat spectatorem ad Humilitatem. Quam adeo acceptam *Deo* esse testatur sacra pagina, ut *nulli* suam *nisi humilibus det gratiam*. Exempla vultis adducam, Auditores? Sapientem illum Hebræum *Salomonem*, miraculum illud doctrinæ, intuemini, intuemini ho-

honores ejus & dignitates. Unde, obſecro vos, ad tantum ſapientiæ gradum evectus eſt, ad tantum honoris apicem, ut nec in ſapientia, nec Regiæ majeſtatis faſtigio parem unquam habuerit, nedum ſuperiorem? Certe non aliam Sacræ Literæ horum omnium aſſignant cauſam, quàm inſignem Regis Humilitatem ac demiſſionem animi, qua ſe & diadema ſuum Deo humillime ſubmiſit. Intuemini *Joſephum* virum caſtitate & ſanctimonia morum conſpicuum, quam ſibi ſtravit viam ad honores ut Pharaoni proximus haberetur? non aliam quam Humilitatem. Intuemini *Danielem*, magnum illum Prophetam, quem humilitas in Regno Chaldaico ad rerum gubernacula evexit. Quid *Eſteram* loquar, quam ex captiva Reginam fecit Humilitas? Quid *Mariam Virginem*, quam ſupra omnes mulieres extulit inſignis animi demiſſio, matremque eſſe voluit Filii Dei & Servatoris Mundi. Hæc illa eſt, Auditores, quæ humili & obſcuro loco natos è pulvere erigit, deſtitutos reſtituit, afflictis ſolatium præbet, captivos liberat, & conclamatos penè ad incitas redactos reponit in priſtinum dignitatis ac honoris ſtatum: ut inter alios *Manaſſem*, qui manus ſuas parricidas innoxio multorum ſanguine cruentarat, Regno jam & bonis omnibus exutus, vinctus catenis ferreis, tenebroſo carceri incluſus, ad Humilitatem confugit, tanquam ad ſacram in tempeſtate anchoram, & naufragii tabulam, ejuſque beneficio vinculis, & compedibus liberatus redux in patriam Regio ſuo ſolio reſtitutus eſt.

Hæc per innumera pericula ac vitæ diſcrimina cultores ſuos ducit, tuetur, protegit: Hæc hoſtes dejicit, profligat, cædit. Quid enim olim ſuperbum illum *Sennacherib* dicteriis procacibus & minis pluſquam hoſtilibus Hieroſolymæ inſultantem attrivit & in fugam conjecit? Fecit Humilitas *Hiskiæ* Regis & ſubditorum ejus. Quid immanem illum gigantem *Goliatum*, monſtrum magis

 homi-

hominis quàm hominem, cædes & sanguinem spirantem, & populo Israëlitico ruinam minitantem, profligavit? quid illi caput abstulit, quid vitam? *Davidis* humilitas; qui fretus DEI præsidio, non virium suarum, armis contemptis penè ac ridiculis, lapillis nempe aliquot & funda, incircumcisum illum Polyphemum nanus adortus est. Tanta scilicet vis est Humilitatis, ut etiam superbissima quæque dejiciat, vincat, frangat; contra, dejecta surrigat, fulciat, tueatur. Fulsit hæc olim florentissimam urbem *Niniven* ne interiret, interitura certo intra dies quadraginta, nisi precibus, suspiriis, lamentis, jejuniis, summaque animi demissione interitum suum deprecati ad aram clementiæ Divinæ confugissent incolæ. Muniit *Hierosolymam*, ut immota staret adversus hostium vim & invicta triumpharet. Muniit *Bethuliam*, adversus impetum *Holofernis*, ne in manus ejus incideret. Ad hæc quid Homine in hac valle lacrymarum calamitosius, quid eo miserius, quid morbis & ægritudinibus magis obnoxium, ut eum Philosophus *ludibrium fortunæ*, *spolium temporis*, *miseriæ trutinam*, *& calamitatis tabulam* appellare non dubitaverit? Ut enim unda undam trudit, ita in homine dolor dolorem, luctus luctum, morbus morbum. At præsentissimum horum omnium remedium est Humilitas, quæ homini afflicto lacrymas, gemitus, suspiria suggerit, preces ardentes ad Deum dictat, dolores mitigat, solatia præbet, & tandem in pristinam valetudinem restituit depositos penè ac conclamatos. Sic *servum Centurionis* in Euangelio sanatum accepimus, sic Regem *Hiskiam* lue pestifera correptum, sic *filiam* mulierculæ *Cananææ* à diabolo obsessam. Nec malis Corporis tantum averruncandis idonea est, sed & Animi; illa enim est quæ curas, sollicitudines, anxietates diluit, mœroris & tristitiæ nebulas dispellit, turbas affectuum sedat, motus animi violentos componit, iras, odia, simultates compescit,

offen-

offensos conciliat, diffidentes & alienatos reducit. Exemplum si vultis, Auditores, in quo lucilentius, quàm in *Jacobo Patriarcha?* qui fratrem suum *Esavum* armata manu sibi occursantem, humilitate placavit, eumque adeo immutavit, ut qui jam cædem fratris spirare ac moliri videbatur, humanissime sit amplexatus, & inoffensum osculo dimiserit. Sic *Davidem Saulis* internecina odia inhibuisse, & irarum ejus flammas humilitate tanquam suffusa frigida restinxisse legimus. Quid nobilissima illa matrona *Abigail*, an non Humilitate sua & insigni animi demissione furentem jam penè Regis animum ita leniit, ut à domo & familia *Nabalis*, quam ad internecionem delere in animum induxerat, abstineret. Magna sunt, Auditores, & eximia quæ loquor; sed longè his palmam præripiunt, quæ in ANIMAM confert & cumulat beneficia. Hæc enim illa est quæ hominem divina sapientia imbuit, quæ nos templa Dei facit, quæ actiones nostras Deo gratas reddit, quæ nisi sale Humilitatis condiantur Deo displicent: Hæc gratiam Dei nobis conciliat, remissionem peccatorum à Deo impetratam nobis applicat, conscientiæ remorsus mitigat, componit, sedat, fiduciam alit, preces nostras, lacrymas, suspiria, gemitus Deo offert, misericordiam ejus vera fide implorantes justificat, & tandem vita defunctos transfert in eam beatitudinis sedem, quæ nullis temporum spatiis circumscribi, & quam nemo mente assequi, nemo cogitatione complecti potest.

Quid restat, Auditores? nisi ut virtutem hanc nobilem amplectamur; & fiet, si in nos descendentes, quæ in nos contulit naturæ dona summus ille rerum Arbiter, Deo in solidum deferamus. *Quid enim habes, ô Homo, quod non acceperis, & si acceperis quid gloriaris, quasi non accepisses?* Quid est quod tantos geras animos, quæ sodes, superbiæ tuæ causa? Generisne tui & prosapiæ nobilitas? sed quis Rex, ut bene Plato, non ex servis aliquan-

 do

do oriundus? Honores? sed quis honoratior Sejano? at quo die illum Senatus deduxit, populus in frusta divisit. Horæ momentum est inter solium, & aliena genua: Forma? at quam fluxa illa & labilis. Ætas tibi florida est & vernans? flos iste dum loquimur arescit: Divitiæ & opes? at illis quid inconstantius, quid incertius, quibus non casibus fortunæ & mutationibus obnoxiæ sunt?

Valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus
Obscura premens.

Longævitatem tibi polliceris? sed, ô stulta nimis mortalitatis oblivio! *Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.* Vidit & ad animum revocavit *Saladinus*, Christianorum olim ille terror, qui Syriam, Ægyptum, & Africæ bonam partem subegit, morti jam vicinus, in cogitationem hanc serio descendit, & solam interiorem tunicam pro omni pompa funebri in hasta sublimem ferri jussit, cum acclamatione, *Hoc unum ex dominore Orientis restare.* Vidit *Alexander*, qui aperto tumulo *Cyri* potentissimi Persarum Regis, & conspectis vermiculosis ejus, putridis & exesis ossibus, non tenuit lacrymas. Quid *Agatocles* Siciliæ *Rex*, qui ex figuli filio ad Regiam dignitatem evectus, ne originis suæ oblitus plus nimio se efferret, & intra Humilitatis terminos se contineret, vasa figulina cum aureis & argenteis mensæ suæ apponi voluit: Et *Moguntinus* ille olim *Archiepiscopus* plaustrarii filius, ne cristas ex tanta fortunæ mutatione insolentius erigeret, rotam Insignibus suis insculpi jussit, ut generis sui obscuritatis memor, animum ad modestiam, & Humilitatem componeret. O prudentem verè qui hic prudens! Nam beatum quemquam dicere qui in his vitæ fluctibus jactatur, quis audeat, donec sit in portu? Hodie magnus es? Cras alius, aut nullus: Perenne sub polo nihil. Quam levi enim momento deturbautur de solio, privantur sceptro, exuuntur im-

perio,

perio, rapiuntur ex hac vitæ statione ad Plutonia regna, & ut pondera ab alto lapsa, in præceps eunt? Eodem die, ubi suserunt navigia, sorbentur. Firmam celsitudinis suæ fabricam constituere qui vult, de fundamento prius cogitet HUMILITATIS: quæ virtutum omnium basis, prora & puppis, præsidium & decus & quasi TOTUM hominis. Dixi.

ORATIO LVIII.

DE ELOQUENTIA,

habita à

JOHANNE DORPMANS.

IN rebus humanis nihil esse Mente ac ratione divinius, unanimi semper consensu *Sapientissimi* judicarunt; usque eo ut Veterum nonnulli cum expressam in ea Divinitatis imaginem animadverterent, & admirandam humanæ mentis præstantiam, nihil ea sublimius in toto Universo dari aut reperiri posse statuerint. Cujus ut variæ sunt dotes ita non minima earum est ELOQUENTIA, quæ conceptas animo rerum imagines grandibus verbis & splendido dicendi genere efferre apta est & idonea; ornata eximio ingenuarum artium ac disciplinarum comitatu, quibus oratio tanquam modicè adsperso sale suavissimè condiri solet. Hac via Veteres illi quos admiramur Sapientiæ proceres, Vulgo se exemerunt; hac se supra cæteros mortales extulerunt; hac gradientes, non modo floruerunt inter æquales suos; sed & in omnem posteritatem nomen sibi ac decus immortale pepererunt. Nec, me hercule, de nihilo. Si enim artis alicujus, si disciplinæ pretium, si dignitas, ex præstantia qua inter alias eminet, metienda

est, quis adeo ab omni ratione alienus est, & ab omni sensu derelictus, qui artem Oratoriam longè aliis palmam præripere non videat, & tantum inter nobiliores animi dotes efferre caput

Quantum lenta solent inter viburna cupressi?

Eximie olim summus ille dicendi magister Tullius, *Pudeat*, inquit, *illos qui ita se in literis abdiderunt, ut nihil habeant quod in communem usum proferant.* Docti hodie multi audiunt, pauci diserti ac eloquentes; Sine qua *Eloquentia*, quid eruditio nostra, quid literatura? nisi inerudita loquacitas, imo mera balbuties, mera infantia. Puerilis quippe illa est, & muta rerum cognitio, quæ Eloquentia destituta, pauca vix commata sine titubatione ac hæsitantia profari potest. Ita est, Auditores. Totam ætatem nisi exerceas, balbuties occupat; & nisi loqui puer orsus sit, etiam in senectute puer erit. Irrito voto scientias discimus priusquam linguas, & animi squalorem exuimus, priusquam oris. Ut sermonis ille thyrsus sine prudentia non penetrat; sic nec absque sermone prudentia: illa civitatum domina atque imperatrix obmutescit & torpet. Non alia de causa inviolabili & sacro quasi nexu, in unum velut Numen coalescere *Mercurium Minervamque* Antiquitas voluit; rata sine facundia Sapientiam prudentiamque nullam esse. Ut enim ferrum trahitur à magnete, heliotropium à Sole; sic ab illa ingenia discendi cupida. Crescit eruditio? & ejus augendæ magis ardor: ut vel hoc ipso Palladia hæc SUADÆ fercula ab aliis differant quæ ventris & gulæ propria sunt, quod illorum nos capiat non satietas solum, sed nausea interdum & fastidium. Hæc desiderium sui quo magis frueris, acuunt: novamque semper inducunt famem, nunquam satietatem. Adeo ut quot alibi de *Erisichthone* olim fabulatus est Ingeniosissimus vates, verius huc flecti possit, qui *pleno querens jejunia ventre epulas quæsivit in epulis*, nos Eloquentiam in eloquentia: In cujus penetrare adyta ut voti

magis

magis est quàm spei,ita mentis nostræ famem intrata, magis acuit & irritat: quæ quo longius progredimur, eo impensius placet, & minus molesta est,

Studio fallente laborem.

Viderunt hoc olim *Romani*, qui cum artes omnes summè excolerent, nihil se egisse penè existimabant nisi de re qualibet ornate, splendide & copiose dicere didicissent. *Aristoteles* Philosophorum princeps eam horis pomeridianis docuit in Peripato. *Cicero*, *eloquentiæ* illud *miraculum*, licet Romanæ dictionis elegantiam simul cum lacte materno, purissimo seculo ex ipso Latinitatis penu hauserit, aliunde tamen divinum illum suum sermonem posteris omnibus tam admirabilem deprompsit, & alia longe quam Latinâ exercitatione auxit & aluit. Ille enim quo inter alios excelluit sermo, non in Italia natus, sed è Græcorum scholis in Italiam translatus, & Atticarum venerum succo plene ac plane delibutus, fecit, ut tantum inter summos illius temporis Oratores emineret, quantum

——— ——— *inter ignes*
Luna minores.

Sed quid Ciceronem loquor? tantus consequendæ *Eloquentiæ ardor* doctissimorum virorum animos incessit, ut non paucas eos lustrasse terras, novos adiisse populos, maria transfretasse, neminem latere posset, qui vel à limine Historias salutavit, ut eos qui hac in parte præ aliis excellebant, coram quoque audirent. Sic *Pythagoras* Memphiticos vates adiit, *Plato* Ægyptum eamque Italiæ partem quæ Græcia major dicebatur, avidissime peragravit; ut cujus Athenis *Eloquentiam* publica subsellia personabant, foris à peregrinis disceret quæ sibi deesse arbitrabatur. Videtis, Auditores, quid illa possit quæ unica sermonem nostrum à Barbarie tanquam à ferrugine ferrum vindicat, ut etiam longe dissitos potenter ad se trahat, non e trivio, non ex infima plebe homines, sed & sapientissimos. Non de nihilo. Hæc enim illa est, Audito-

res

res, quæ omnium studia allicit, aures occupat, animos mulcet. Hæc illa est, quæ vagos initio homines & ferarum more in montibus, silvis, antris latitantes, sine lege, sine Rege, sine Deo, blanda olim Orationis suæ suada, barbaria, squaloribus exutos ad melioris vitæ cultum traduxit, Religionem erga Deum, pietatem erga parentes, erga omnes Justitiam & humanitatem invexit: illa quæ domos primum & familias, postea pagos & vicos, mox etiam urbes, postremo Regna ipsa & Imperia arctissimis animorum vinculis & concordia stabilivit. Hæc Urbium ac Rerumpublicarum conservatrix, hæc Legum anima, hæc propagatrix. Hæc ubi dominatur, non tubarum clangores, non litui, non tympana, non strepitus armorum, non tumultuantium clamores inconditi audiuntur; sed concordia, & amica animorum conspiratio omni armorum vi potentior. Qua qui armati sunt, hominum animis blanda vi imperitant, errorum monstra, tanquam *Hercules* redivivi, domant, dejiciunt, necant; vitia proscribunt, virtutem inculcant, & aberrantes reducunt in viam rectam. *Fulmina* illa, Auditores; & *flumina eloquentiæ* ponite vobis ob oculos. *Ambrosios*, *Lactantios*, *Chrysostomos*, *Hieronymos*, *Cyprianos*, quam disertè illi, quam facundè ad populum conciones habuere? quot *eloquentia* animas Christo lucrati sunt, quanto studio & ardore pietatem omnibus inculcarunt? Intuemini magnum illum Doctorem gentium *Paulum*, quis hoc Apostolo disertior? quis eo in dicendo gravior, quis in movendis affectibus acrior? adeo ut *Agrippa* ipse *Rex* audito Paulo in has voces erumpere non dubitaverit, *Propemodum persuades mihi, Paule, ut fiam Christianus.* Quàm graviter, quàm cordate doctrinam quam profitetur asserit! pseudapostolorum fraudes detegit, muneris sui dignitatem tuetur ac defendit, quanta cum parrhesia & orationis acrimoniâ iram Dei delinquentibus denunciat, ut *Elymæ mago*, *Hymenæo*,
Phileto,

Phileto, *Dema*, quanta libertate *Antiochia Petrum* Apoſtolum non recto ſatis pede incedentem reprehendit? Quanta animi manſuetudine promiſſiones de Chriſto & ejus Regno, de delictorum venia, de vita æterna, & animarum beatitudine proponit, fractos, conſternatoſque erigit, aberrantes reducit, torpentes excitat, currentibus calcar addit, ignorantibus Scripturam enodat, non privatim in angulo aliquo Judææ, aut urbis Hieroſolymæ, ſed nuſquam non gentium. Docuit enim in *Macedonia*, *Achaia*, *Pamphilia*, *Syria*, *Cilicia*, *Galatia*, *Phrygia* & in locis aliis quamplurimis. Adeo admiranda quædam ac prope divina vis eſt *Eloquentiæ* in Eccleſia, nec minor ejus vis, Auditores, in Republica, Regno, Imperio. Nam ut in Regno ſatis non eſt, ſolio Regem aut ſceptro conſpicuum eſſe ac formidabilem: ita firmiſſimum eſt linguæ purpuræque præſidium. Hac *Cicero* fretus *Catilinæ* conſpirationem in patriam detexit, repreſſit, retudit, & nefaria ejus in Rempublicam molimina diſſipavit. Hæc illa eſt, quæ in foro, in curia, pro tribunali legum tuetur majeſtatem, hæc clientium, hæc pupillorum, hæc oppreſſorum cauſas agit, afflictorum innocentiam defendit, tuetur, protegit. Hæc acri ac vehementi concione animos militum accendit, ut ardua quæque tentare & ſumma experiri non detrectent. Non ſic tubarum clangores, equorum hinnitus, armorum rutilantium ſplendor, non ſic litui & tympana maſculum militis animum ad pugnam acuunt; ut illa hortatrix ad virtutem & gloriam oratio martiales animos adverſus pericula erigit & accendit. Illa ſtrages generosè ſolatur, vulnera obligat, cicatricibus callum obducit, pulverem non indecorum oſtentat, ſudores detergit, vires reparat, inſtillat, alit. Unde *Agamemnonem*, unum pluris feciſſe *Neſtorem* teſtantur Annales quam multos belli duces, quia diſertus erat & eloquens: Et *Darius* Perſarum *rex* potentiſſimus, diſſecto malo punico,

totidem sibi optabat *Zopyros* quot grana erant in malo punico. Est enim illud omnium opinione & consensu verissimum, rem arduam & difficultatis plenam esse, Rempublicam gubernare: quia nullum animal morosius est, nullum majori arte tractandum, quam *Homo*. Natura enim contumax est animus humanus, & ipse Populus bellua est multorum capitum. Itaque magnis ingeniis sæpius ars defuit qua civem regerent, quam qua hostem superarent. Vires enim armis constant, & sæpenumero hic plus hominis fortuna quàm ratio valet, & rei bene gestæ laudem cum *victore* dividit. At vero ea maxima gloria est, facunda hominis lingua, multorum vincat manus; & quæ natura impedita sunt, consilio expediat. Hoc autem præ aliis præstat *Eloquentia*, cujus vis in movendis & impellendis hominum animis tanta est, ut omnis Reipublicæ dignitas, hominum salus, bona fortunæ, domicilia, vitæ commoda ab ea pendere videantur, eoque ut animâ pedes, manus, oculi, negotia gerunt: sic hæc immensa multitudo, Eloquentiæ quasi spiritu regitur; nec arma, legiones, classes æque firma Imperii sunt munimenta, quam hæc ipsa. Vera non minus quàm eximia est Græcorum sententia, Τὸ πολὺ δεινὸν κακόν. Quid enim excitata plebe furiosius, quid seditione gravius, & populo tumultuante formidabilius? cum *faces*, ut cum poëta loquar, *cum saxa volant, furor arma ministrat*, cristisque in audaciam erectis in Principem, in Magistratum insurgit, nullâ majestatis Imperii, nullâ Reipublicæ dignitatis habitâ ratione: Arma hîc armis retundere, vim vi repellere, furentes armata manu adoriri ut redeant ad obsequium, quid est nisi crabrones irritare, fodicare ignem, & oleum addere camino? *Eloquentia* hic opus. Nam tali in casu

——— *pietate ac meritis si forte Virum quem*
Conspexere silent, arrectisque auribus adstant;
Ille regit dictis animos & pectora mulcet:

Ne

Ne miramini, Auditores: Quod enim Magnes est ferro, hoc homini est *Eloquentia*. Monet, trahit, percellit, rapit audientium animos in quamcumque vult partem, efficacius quam ulla armorum vis: quia duci malunt ingenia ad libertatem nata, quàm cogi. Adhæc, *Eloquentia* paces ineuntur, fœdera feriuntur: amicitia, quæ vitæ est condimentum, nullo magis adminiculo, nullo ferrumine validius quam eloquentia inter dissidentes consolidatur ac coalescit. In comitiis, foro, curia, tribunali causas agere, cathedram conscendere, & ad populum verba facere, sententiam de publicis negotiis dicere, legationibus apud exteros defungi, totum est *Eloquentiæ*. Nullam vitæ humanæ partem sui immunem esse patitur. In Aulis Principum locum habet, & in castris, & ubicunque consilio res geritur: domi, foris triumphat *Eloquentia*. Sagum sibi & togam vendicat, lauros & trabeas, sceptra, diademata, fasces; & in rebus arduis Regni aut Regis, militiæ aut pacis lingua loquitur, & cum armis non potest, verbis pugnat, & sine tumultu pacem, sine sanguine victoriam, sine cæde trophæa molitur.

Sed laudibus *Eloquentiæ* diutius persequendis supersedeo, Auditores, quis enim eam satis deprædicet? non ille,

——— *Cui centum linguæ sint oraque centum,*
Ferrea vox.

Mihi qui hac in parte tenuitatem meam, ac infantiam agnosco, eam levi ac rudi orationis penicillo adumbrasse, erit satis. Audivistis *Eloquentiæ* præstantiam & *dignitatem*: audivistis *effecta* ejus nobilissima in Republica, in Ecclesia, publice, privatim, domi, foris: nihil in rebus humanis dari, nihil ab hominibus desiderari, nihil excogitari quod pretio cum illa comparari possit aut debeat. Quid restat? hoc unum (ut tandem ad vos, Studiosi, mea se convertat oratio) ut in ea serio desudetis. Olim trophæa Miltiadis excitabant è somno magnum illum belli ducem *Themistoclem*, vos *Eloquentiæ studium* & amor:

[illegible]

Ἀλωτὰ γὰρ ἐπιμελεία καὶ πόνῳ ἅπαντα.

Demosthenem ſummum illum dicendi Magiſtrum vobis imitandum proponite: quis eo unquam laborioſius, quis per plura reluctantis naturæ obſtacula ad culmen reptavit Eloquentiæ, ſed plus olei virum quàm vini conſumpſiſſe ferunt, omneſque artifices manuarios antelucana induſtria longe ſuperaſſe. Nemo difficultatem mihi hîc regerat. Quid enim uſquam terrarum pulchrum eſt, quod citra laborem comparatur? quidquid obvium eſt, eviluſcit: ardua in honore ſunt ac pretio. Sudandum hîc, Studioſi, & quæ ſe offerunt devorandæ moleſtiæ. Reipublicæ & Patriæ vos ingenium debere cogitate, nec prodeſſe niſi exerceatur. Et quando opportunius quam hoc ætatis vere? in quo omne perit tempus quod ſtudiis non impenditur: In iis vitæ veſtræ præſidium ponite ac decus. Divitias alii conquirant. Vos eruditionem, & cum eruditione *Eloquentiam*, quam ſi poſſideatis, habetis quod vis aut caſus non eripiet.

Ἀναφαίρετον γὰρ κτῆμ' ἐςι παιδεία βροτοῖς. Dixi.

ORATIO LIX.

DE

TRIPLICI VOTO AUGUSTINI,

Quæ optaſſe dicitur,

Videre Chriſtum in carne, Romam in flore, Paulum in Cathedra,

habita ab

ALBERTO WODEWARD.

VEre dixit quicumque dixit,

Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Ut

Ut enim varia sunt hominum ingenia, ita aliò atque aliò feruntur, aliò propendent. Avari ad opes quo jure, qua injuria corradendas, ut animo suo & votis satisfiat: Ambitiosi ad honores & dignitates, quas dies noctesque affectant, captant, venantur, ambiunt: Libidinosi ad voluptates, carnis illecebras ac lenocinia: Iracundi, biliosi, vindictæ cupidi: ut animum proximi ruina ac interitu expleant. Sic olim Caligulam, monstrum illud hominis ac naturæ propudium, cædes identidem, lanienas, famem, pestem, incendia, depopulationes urbium & agrorum optasse, testantur Annales, queri etiam haud rarò solitum fuisse, quod non horrenda aliqua atque inaudita calamitate, temporum suorum memoria ad posteros transmitti posset. Sed laudabiliora longe Augusti & Tiberii Imperatoris vota extiterunt: quorum ille Scipionis fortitudinem, benevolentiam Pompeii, Cæsaris fortunam à Diis more Gentium petiit, hic tantisper ut viveret, optavit, dum utilem Reip. Romanæ operam navare posset. At vero hosce post se omnes longo intervallo reliquisse videtur Augustinus, magnus ille Ecclesiæ Hipponensis Antistes, quem tria in votis habuisse ferunt, *Videre Christum in carne, Romam in flore, & Paulum in Cathedra:* De quo Sanctissimi Viri voto, cum mihi demandatum sit, in docta hac ac literata Auditorum corona verba facere, à vobis summoperè contendo, Viri humanissimi, ut tenuitatem meam favore vestro ac silentio sublevare dignemini, quo Oratiuncula mea his veluti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit portum facilius consequatur.

Et quidem de *CHRISTO* primum *in carne*, ut dicam: quis obsecro mortalium tam ab omni pietate est alienus aut irreligiosus, qui eum cui suam & aliorum salutem acceptam fert, & in quo SOLO spem omnem fixam ac repositam habet, humana indutum carne & in terris versantem

coram

coram intueri, ejusdemque dulcissimo in hac vita consortio frui non exoptaret. Nihil ego jam de corporis ejus constitutione decora, nihil de membrorum apta figuratione, singularem præ se majestatem ferente, dico: Venerabilem oris gravitatem, vultus ejus virginalis raram pulchritudinem & venustatem silentio hic prætereo: Taceo frontem non contractam, non rugis, non lentigine deformatam, sed liberalem, amicam, hilarem, oculos acres & igneos, summam animi magnitudinem ingeniique solertiam indicantes, & alia innumera, quæ ab Eusebio, Nicephoro, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis hac de re literis sunt consignata: Neque enim ulli dubium esse debet, quin ejuscemodi ea extiterint omnia, ut vel ex ipsa corporis venustate, animus cujusmodi esset, facile possit animadverti: ne scilicet non haberet pulcherrimum domicilium animus pulcherrimus, nec pulchra domus non pulchrum hospitem. Adeo videlicet cognatæ res sunt corpus atque anima, ut alterius habitum altera sequatur, ac mentis quidem bonitas in ipsa corporis specie renideat. Sicut enim sub Auroræ adventum fulgor quidam tremulus in montium cacuminibus ludit, qui venturum jam Solem prænunciat: ita formæ venustatem esse veræ pulchritudinis in anima emicantis indicium, quis non videt?

Jam dotes animi ejus quales? non aliæ, Auditores, quam quæ supra humanæ conditionis sortem longè se attollunt: Ea enim fuit prudentia, ut in eo omnes cœlestis Sapientiæ thesauri reconditi fuerint. Puer adhuc quanta excelsæ & divinioris indolis dedit specimina? quanta sapientiæ supra ætatem & subactioris judicii signa? Annorum factus duodecim, quanta cum παῤῥησία, quanta animi præsentia, quanta omnium admiratione, cum doctissimis sui temporis triduum integrum collationem instituit? de Justitia vero quid dicam? *qui non* solum ipse fuit justissimus, omnisque ju-

stitiæ

ſtitiæ fons & autor, ſed qui juſtitiam ſuam etiam nobis liberaliter impertit. Quid humanitatem ejus & φιλαντρωπίαν, qui è cœlo, calamitoſiſſimi noſtri ſtatus miſertus, abjecta & contemptibili forma ſervi aſſumpta, in hanc lacrymarum vallem deſcendere non dubitavit, ut nos cœli cives & æternæ hæreditatis participes faceret. Quam inſuper blandæ ejus ad pœnitentiam invitationes? quam paterna & ſalutaria de vita piè & religiosè inſtituenda præcepta & monita, quam ſplendida ejus promiſſa! Animi porro ejus magnitudo ac conſtantia quanta fuit? Quis enim eo fortior, quis potentior? qui mari, qui ventis, qui tempeſtatibus imperitavit, dæmonia ejecit, cæcos, claudos, mancos, ægros reſtituit, mortuos ſuſcitavit, miracula edidit ſupra naturam exſurgentia: Satanam æternis tenebrarum vinculis illigatum domuit, proſtravit, devicit: Et hæc omnia ſolus, ſolus, inquam, præſtitit, laudis hujus conſortem habes neminem. Nihil ſibi ex hoc triumpho Apoſtolorum quiſquam, nihil Martyres, nihil Patriarchæ, nihil Prophetæ, imo ne quidem Angeli, nobiles illæ creaturæ, vendicare poſſunt: *Solus* enim, ut cum Scriptura loquar, *ira Divina torcular calcavit, & qui cum eo eſſet habuit neminem.* Totum illud quantumcunque eſt, quod certè magnum atque eximium eſt totum ipſius unius eſt.

Plura dicerem, Auditores, niſi vererer, ne, ſi plura dixero longe tamen plura omiſiſſe videar. Cui enim tanta dicendi vis, tantum ingenii flumen tantaque copia, qui univerſas Chriſti virtutes non dicam exornare ſed eloqui & recenſere poſſit. Quid igitur hoc Servatore noſtro majus, quid ſublimius, quid Auguſtius excogitari poteſt? & quid optatius cuiquam accidere, quam Divinum illud caput, fontem illum Sapientiæ, perfectiſſimum illud virtutum exemplar coram intueri? Quis non Paſtorum & Magorum felicitatem hic prædicet? quis Apoſtolorum, quis Mariæ, Lazari,

Nico-

ad Sauromatas, ... hunc ut ...
mam Thulen excurreret, Reges, Proph...
quem olim Patriarchæ, ... sed frustra.
unicè habuerunt in votis? sed frustra.
fimus omnium, quos Sol unquam vidi...
lomon fuisse creditur: hunc Sabæorum...
ut videret, magnis itineribus Hierosoly...
tendit. At quanto sapientior Salomon...
Merito, merito itaque Augustinus ist...
longe in votis habuit, non ut Salomo...
Christum omnis Sapientiæ fontem c...
contemplari posset.

Sed ut ad alteram Augustiniani ...
nostra decurrat oratio, qua *florentem* a...
videre Vir sanctissimus, nec male, u...
ptavit. Animis enim vestris, Audit...
dite & seriò apud vos ponderate, c...
Urbis splendor fuerit, quanta dign...
majestas, in qua qui ad clavum Re...
singuli Reges Legato Regis Pyrrhi ...
eximiam qua pollebant prudentiam...
morum gravitatem, fortitudinem...
lem, rerum denique gestarum ...
Mitto Scipiones, duo illa belli fulm...
... Coriolanos, C...

lacus, exquisitorum piscium numero & co-
celeberrimos, lucos circa urbem umbrosissi-
; religioni & Deorum cultui consecratos, alia-
ejuscemodi silentio hic involvo. Quæ tot
aque tamque eximia hic fuerunt, ut quidquid
i celsum & magnificum unquam extiterit, lon-
ɔost se intervallo hæc relinquat,

Et tantum reliquas inter caput efferat urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

t tantum hic paucis attingam, sine quibus
a civitas, nulla urbs, nulla Resp. beata esse
:st.

ıuo, Auditores, Reip. bene constitutæ colu-
ıa esse solent ac stabilimenta, *Consilium domi*,
na foris. Quid vero ex his dici potest, quo
nana dum floruit Resp. destituta fuerit? Pru-
tissima Atheniensium civitas extitisse fertur,
ıe eam potissimùm ob causam, quod bonis à
ɔne legibus instructa fuit. Sed longè hanc
ı floruit Resp. Romana superavit. Nam & hæ
: Solonis leges Romam translatæ diutius ibi
m Athenis viguerunt; & melioribus auctæ
bus fuerunt; quas tanta cum cura, tanta dili-
tia observarunt ut exteris etiam gentibus ac
ulis fuerint admirationi. Erant enim Prætores,
jura tuebantur: Erant Consules, quibus fasces
ecures ad pœnam delinquentium præfereban-
: Erant Proconsules, qui consulatu defuncti in
vinciis Reip. munia obibant: Erant Censores,
in vitam, mores, actiones omnium animad-
:ebant.

.ei porro militaris tanta fuit apud Romanos
ntia, ut nomen Urbi æternum & gloriam sibi
nortalem compararint. Ita enim à puero arma
s capessere disci jactu, cursu, lucta, sagittis,
dis, lapidibus uti, ictus cum inferre tum exci-
e docebant, ut his quasi pugnæ tyrociniis, ad
.a maxima contra hostes gerenda parati in-
ctique proficiscerentur. Quid mirum? Apud

eos enim ab ipsa adolescentia vita omnis in armis, honos omnis ab armis erat. Nemo honestiorum ad Remp. accedere, aut magistratus capere poterat, nisi decem annos militasset. In ipsa pace nulla illis quies. Exercitia assidua erant vel in campo Martio, vel in ipsis alibi castris. Hinc factum, ut nihil formidabilius cùm vicinis tum longè remotis gentibus Romano exercitu esset: Quas enim urbes, quas provincias, populos, gentes locis infinitas, multitudine innumerabiles, immanitate barbaras imperio suo non adjecerunt? Ubi Colonias suas non habuerunt? unde tritum illud apud eos, *Ubi vincit Romanus, ibi habitat, Onerosi summus Mundo, ubique domus: ubique populus*: In Italia sola leguntur fuisse centum & quinquaginta, in Africa circiter sexaginta, in Hispania triginta, in Gallia totidem. Opibus vero quantoperè hæc urbs floruerit ex Annalibus constat. Tributa enim annua immensa pene fuerunt. Nam si solæ Ægyptus & Gallia ad triginta, aut circiter, Milliones pependerint, quid totus Orbis reliquus? An non Syria & Asia tantum? Africa & Hispania? Græcia & Illyricum? Insulæ omnes simul? Ita ut supra centum quinquaginta Milliones fuerint. Erant & proventus annui ex *Portoriis*, invectione & evectione mercium, Decumatione, Capitatione, Fodinis metallaribus, aureis, argenteis, ærariis, ferrariis, stanneis, cretaceis: Etiam pecunia è Triumphis, id est, è præda & manubiis per triumphos inferebatur. Sub Tarquinio Superbo victa Suessa Pometia & capta, reportata in triumpho quater millia Talentorum, id est, vicies quater centena millia Philippicorum: Pompejus in Triumpho quem de Mithridate & Oriente duxit, viginti millia Talentorum in ærarium intulit, id est, centies vicies centena millia Philippicorum: Julius Cæsar quater triumphavit, intulitque sexaginta quinque millia Talentorum, id est, triginta novem Milliones.

Hæc cum ita sint, quis vestrum est, Auditores,

qui

qui non idem cum Auguſtino optaret? qui non eam urbem, in qua ſumma legum fuit obſervatio, ſumma Judicum religio, ſumma integritas, ſumma Magiſtratus majeſtas, ſumma rei Militaris cura, ſummæ opes, videre deſideraret.

Reſtat tertia voti Auguſtiniani pars, quam, ne longius quam par eſt attentione veſtra abuti videar, paucis percurram. Nihil ego hic de *Pauli Apoſtoli* pietate, nihil de Religione & Euangelicæ veritatis promovendæ ſtudio, nihil de ejus conſtantia, nihil de laboribus quos excelſo & infracto animo ſuſtinuit in munere ſuo obeundo, nihil de innumeris & ſummis periculis quæ Chriſti cauſa ſubivit, in medium adducam: Sed paululum mecum expendite, Auditores, quantum Eccleſiæ naſcentis lumen, quam rarum & eximium Spiritus Sancti organum fuerit ad Gentilium converſionem & Doctrinæ Salutis propagationem? quanta ejus eloquentia fuerit, ſive dicendi libertatem & parreſiam, ſive nativam ſermonis puritatem, ſive ſplendorem & copiam, verborum pondera, rationum momenta, argumentorum vim intueri ſit animus, vel duæ ejus ſolummodo Epiſtolæ id luculenter oſtendunt ac commonſtrant, quarum alteram Romanis, alteram Galatis inſcripſit. In his enim quam ordinatè omnia, quam nervosè, quam ſolidè ſua proponit, aſſerit, probat, quam concludit acutè, quam argutè refellit adverſariorum errores! Summa olim apud Athenienſes eloquentiæ Pericleæ laus fuit, magna per univerſam Græciam nominis ejus fama, quod fulminare, tonare & Græciam pro concione univerſam commovere diceretur. Hanc etiam eloquentiam in Divi Pauli ſcriptis quis non animadvertit? quam enim intrepidè, quanta animi conſtantia coram Agrippa, Feſto, Felice cauſam ſuam egit, adeo ut etiam Regi Agrippæ vehementer ejus concione commoto hanc vocem expreſſerit, *Paulo, propemodum mihi perſuades ut fiam Chriſtianus.*

Quanta orationis acrimonia doctrinam Euangelicam tuetur ac defendit, iram Dei delinquentibus denunciat? quanta animi lenitate poenitentibus delictorum veniam proponit, lapsos erigit, consternatos reficit, errantes reducit? quam breviter, perspicuè tamen, abdita Religionis mysteria, & difficillimas quæstiones enodat? quanta dexteritate Pseudapostolorum fraudes & imposturas detegit, muneris sui Apostoloci autoritatem adversus omnes maledicorum & Sycophantarum calumnias & dicteria fortiter astruit? Quo tempore cum Æschine decertavit Demosthenes, ad judicium istud concursus è tota Græcia factus esse dicitur: nihil enim tam aut spectandum aut audiendum esse judicabatur, quàm duorum summorum Oratorum inter se contentio. At vero quis non potius cum Augustino optet accurrere, ut hunc summum Oratorem non de re levicula, utpotè Corona aurea, de qua cum Demosthene Æschini lis fuit ac contentio, sed longè gravissimis & ad Salutem pertinentibus rebus dicentem audiret? Sed istud quidem, Auditores, ut & cætera optare cum Sanctissimo Viro, sperare vera aut consequi, quod optamus, non possumus.

Quid restat, nisi ut Christum, quem in carne coram oculis præsentem intueri non licet, oculis fidei intueamur, sedentem ad dextram Dei patris, eum in verbo ejus audiamus, & præsentem in Sacramentis habeamus. Romam olim florentem in Rep. hac nostra bene constituta spectandam nobis proponamus: si non iis opibus, ea imperii magnitudine, nec pari potentia, ea saltem qua Dei Optimi Maximi præsidio, benignitate, providentia hactenus invicti stetimus adversus infensissimos hostium nostrorum impetus. Paulum vero si non in ore, in scriptis videamus; & quæ salutaria nobis dedit doctrinæ fidei & pietatis monita, ea animi veneratione amplectamur ut non doctiores modo sed & meliores facti æterna aliquando, hinc cum

cum nobis erit commigrandum, beatitudine fruamur: in qua ut nihil felicitati nostræ deficiet, ita nullius amplius votis ibidem erit locus. Dixi.

ORATIO LX.

DE

Ludis & recreationibus Adolescentum: Ciceronis in Officiis loco, exercitii gratia explicato,

Habita à

DANIELE RADÆO.

Cum hunc ego doctissimorum virtuteque præstantium virorum consessum intueor, *Theodorus* ille Platonicus in mentem mihi venit, qui in *Socratis* magni illius Philosophi præsentia, disputationis aleam se subiturum olim negavit. Eodem plane modo me & nunc quoque animatum esse sentio; quod nihil hic nisi ingenio & industria elaboratum, politum arte & tinctum doctrina afferri oporteat. Sed cum non ostentandæ alicujus aut eruditionis aut eloquentiæ, quo Platonis ille discipulus respexisse videtur, sed exercitii gratia hæ in Scholis declamationes institui haud raro soleant; & apud vos verba mihi facienda sint, qui qua præditi estis humanitate, hæc qualiacunque dicendi tyrocinia Juventuti & fructuosa & necessaria judicatis, facit hæc cogitatio ut ad me redeam, & hanc dicendi provinciam suscipere haud dubitaverim: Eo magis quod in hac doctissimorum Auditorum corona, ad tractandum tale mihi oblatum sit argumentum, quod nec sterile & jejunum; nec injucundum vobis futurum esse confido, sed novitate sua abunde compensaturum, quod & ingenio meo & dicendi facultati deesse non invi-

quæ vel in Principum Aulis tractari, vel Rerumpublicarum consiliis agitari solent, non de bellis Civilibus, & quas in genus humanum important calamitates, clades, lanienas, urbium & agrorum depopulationes, nec tragicos Principum exitus, non Regicidia quæ viris justitiam, pacem & Reip. tranquillitatem amantibus horrenda solent esse & exosa, in scenam hîc producere est animus; sed eximium Oratoris locum exercitii gratia explicare conabor, & quidem eum qui neque hoc indignus loco, nec auribus vestris ingratus esse possit.

Etenim cum omnium Doctorum consensu præclara sunt & vere aurea, quæ de Officiis sunt à magno illo *Cicerone* tradita; tum illud certe egregium, quod de *Adolescentum* ille *ludis*, & recreationibus, ad posteritatem transmisit; quales scilicet illi sunt, quo & modo & tempore instituendi, ut honestatis & decori ratio habeatur. Unum à vobis, Auditores, officiosè contendo, ne me de ludis agentem, ludos faciatis, aut in novo hoc dicendi argumento, operam me ludere patiamini.

Ac primum quidem, quibus magni illius Oratoris perspecta est prudentia, dubium esse non potest, unicam duntaxat tanti viri sententiam omnis rationis loco esse habendam.

Verum si rem altius & ab origine sua repetere, & priscorum temporum memoriam curiosius replicare nobis sit animus, plus liquido constabit, Oratores, Philosophos, Medicos, Poëtas, & quidem inter primos, extitisse qui non recreationes modo ludosque amarunt, sed etiam de iis recte instituendis doctrinam tradiderunt. *Plato* Philosophorum ille Princeps, ludorum in scriptis suis meminit, eorumque utilitatem commendat, leges præscribit, conditiones statuit. *Quintilianus* optimus, si quisquam, dicendi magister, Juventuti per ludos, laxamenta aliqua concedenda esse serio contendit: non solum quia nihil est quod perferre possit continuum laborem, sed quod Studia,

discen-

discendi voluntate potissimum, quæ cogi non potest nec debet, constare dicuntur. *Aristoteles* auctor gravissimus, *ludum*, *remissionem animorum* appellare solebat. Ita enim natura comparatum est, ut quemadmodum diei nox, sic negotio succedat otium, quies operæ; tota adeo vita nostra, nil nisi labor, & remissio, alternisque hæc eunt vicibus. Sed ludo perinde ut convenit ut medicina, ut somno, ad necessitatem, ad sanam corporis constitutionem, & ad voluptatem. Quemadmodum enim nemo nisi qui æger est opem medicam implorat, nec quisquam se ad somnum componit nisi defatigatus: ita non nisi studiis delassatus animus, ad lusum jocumque se conferet. Arcum & nervos cur remittimus, cur detendimus, nisi ut major fiat intentio? Animum curis cur relaxamus nisi ut relaxatus acrior sit & attentior. Qua de causa non vigiliæ modo, sed & somnus à natura datus est; nec seria tantum, sed & feriæ; nec justitiæ tantum administratio, sed & *Justuium*. Vultis causam, Auditores?

Quod caret alterna requie durabile non est.

In ea sententia olim magni nominis Medici, *Hippocrates*, *Asclepiades*, *Galenus*, qui inter alias, unam hanc tuendæ & conservandæ valetudinis causam esse, unanimi consensu statuerunt, *corporis Exercitia*; quæ calorem nativum in homine non retinent solum, sed augent; spiritus vitales & animales excitant, torporem avertunt, lassitudinem tollunt, morbos præveniunt, materiam ægritudinum per sudores tanquam per sentinam exhauriunt, vires deficientes reficiunt, instaurant, surrigunt. Legite, si placet, in Epidemiis *Hippocratem*, consulite de tuenda valetudine *Galenum*, non aliter reperietis: nempe quia in hoc omnes conspirant, *Ludos* & *exercitia* vitæ humanæ fulcra esse & statumina non pœnitenda.

Ac, ut de reliquis taceam, de *Galeno* tam est manifestum, ut si quis probationem desideret, lu-

cem Soli (quod ajunt) fœnerari velle, vide
cum *De usu & lusu pilæ* tractatum elegantissi
edere non dubitaverit. Quæ omnia, Audito
hujus generis exercitationum necessitatem
probant, quid ad eam insuper probandam
plius adferri possit, plane non video.

Sed & ad voluptatem honestam animique
lectationem non injucundam haud parum
ferunt. Quis enim adeo natura caudex aut
cus, cui tanta est vis animi, tantum corpo
bur, qui laboribus, curis, vigiliis ac lucubra
bus defatigari non possit aut frangi? Quis sine
muneris sui intermissione, molestiis perpetu
stinendis par esse queat, nisi forte ei similis
quo Poëta,.

——— *duris genuit quem cautibus horrens*
Caucasus, Hyrcanaque admorant ubera tigre

Sed nobis, nobis dico, quos natura non s
los, rupes, petras, non pecudes, sed hon
esse voluit, quibus, inquam illud à natura ins
tum ut quietem, ut tranquillitatem amemus
recreationibus honestis, feriis & ludis delecte
quis adeo omnem humanitatem exuit, ut iis
offerat occasio, interdum & ad tempus indu
dum neget? Cum & ipsa quæ anima, quæ
carent, vim suam si quiescant interdum, reti
Fertilibus *agris* non est imperandum, cito
exhauriet illos nunquam intermissa fœcund
quieti aliquando, cessationem fertilitate s
bunde remunerant. Ita animus hominis ubi
lulum otio indulserit, ad labores redit ala
Nempe ut *pictores* oculos suos nimia inten
hebetatos, ad virides colores reficiunt: ita à
vioribus studiis, ad molliorem mitioremque
sam transire licet. *Luscinis* tantum est canend
dium, tanta inter se contentio, ut certantes
riantur, spiritu citius deficiente quam cantu
nonnulli literarum immodico amore valetud
non lædunt solum, sed vim naturæ suæ infe

adeo ut dum à nullo ſuperari volunt, in ipſo conatu pereant. Male, ſi quid judico: Nam ut bene *Orator* ἁπάντων πλησμονὴ ; & λῆγε πόνων, ὅτι πονεῖν δυνάμενος. *Siſyphus* ipſe, in fabulis, perpetui laboris damnatus, ſuſpendit tamen *Orpheo* cantante ſuum ſaxum. Nec mirum.

——— Vires inſtillat alitque
Tempeſtiva quies.

Contrà, intentus nimis animus langueſcit, & ex aſſidua mentis occupatione hebetatio quædam naſcitur. Hinc eſt quod apud Veteres, non adoleſcentes modo, verum etiam Viros magnos & graves, luſus ſuos ac recreationes habuiſſe, memoriæ proditum eſt. *Sapientiſſimus* olim vel *Apollinis Oraculo*, quamvis reprehenſus ab *Alcibiade*, cum pueris ludere non erubuit. *Marcus Cato*, magnus ille morum cenſor & illuſtre cum gravitatis tum ſeveritatis exemplum, *cum vernis* ſuis *jocari* ſolitus, animum curis publicis defatigatum laxare aliquando non dubitavit. *Scævolam* pila luſiſſe, & calculis, uno ore teſtantur Hiſtorici, ſic dulci diverſione à belli tædiis

——— Cantata Briſeide venit Achilles
Acrior, & poſitis erupit in Hectora plectris ;

ferturque idem *Achilles* inter lituos, tubas & tympana,

Æmonia curas attenuaſſe lyra.

Lælium, & *Scipionem* poſt graviſſima Reip. negotia, vagas litoribus conchas, & umbilicos lectitaſſe ajunt, *Auguſtum Cæſarem* nucibus, talis, pila animum recreaſſe, *Alexandrum* animi ægritudines *cithara* leniiſſe, *Epaminondam* magnum illum belli ducem luſiſſe fidibus : unde etiam *Themiſtocles* cum in epulis *lyram* recuſaſſet, habitus fuit indoctior. Ita homini innata pœne & agnata illa ad recreationem propenſio, & dulcia laborum intervalla.

Sed cum non leviter hac in parte peccetur, præſertim ab Adoleſcentibus, qui in ludis ſæpe nec

rationem tenent nec modum, & quinam præ aliis diligendi sint, ignorant, Ciceronem audiamus: *Suppeditat*, inquit, *Campus noster Martius & studia venandi, & honesta exercitiorum ac ludorum exempla.* Quæritis quæ, Auditores, fuerunt? si Romanis Historiis fides, trans Tiberim *natationes*, *equitationes*, *cursus*, *saltus*, *pugilatus*, *lucta*, *quadrigarum certamina*, tanquam belli præludia. Unde & *Augustum Cæsarem*, & *Catonem* liberos suos, nepotes, consanguineos, aliosque sibi caros *artem natandi* docuisse legitur. Viderunt homines prudentissimi, quanta natandi non recreatio tantum esset & voluptas, sed quanta utilitas, ne dicam necessitas. Nam quis obsecro hac arte destitutus, periculosis navigationibus & turbantibus æquora ventis, aut navali prælio se committere auderet? Quis navi in brevia, syrtes & scopulos illisa, vel vi tempestatum disjecta, aut à piratis, bellicis confossa machinis, præsentissimum vitæ discrimen aut ipse effugere, aut aliis periclitantibus succurrere posset?

Equestria vero *certamina* ut homine libero digna, præ aliis commendat *Plato* & *Socrates* apud *Xenophontem*. Alii *Cursus*, adeo ut non de nihilo magnus ille belli dux, vix aliter à principe Poëtarum *Homero* describatur quam πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. & *Alexander Magnus* puer adhuc cum mira pedum celeritate valeret, invitatus ad Stadium Olympicum, *Non detrectarem*, inquit, *si Reges mecum cursu decertantes haberem, aut Regum pueros.* Opportuna occupare loca, & hostibus præripere paras? frustra tentabis, cursu nisi te exercueris. Hostem in fugam datum, insequi? ad pabulationes, & lignationes excurrere, adverso Marte si pugnatum, fuga saluti tuæ consulere cogitas? frustra? cursu nisi te exercueris. De *Venatione* non aliter judicandum, Auditores; quam ideo *Plato* commendat; & omnium exercitationum optimam, pronuntiare non dubitavit olim *Xenophon*: laudat & eam Latinorum Poëtarum princeps *Virgilius*, cum inquit,

Ve-

——— *Venatus invigilant pueri, sylvasque fatigant:*
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
& de Ascanio verba faciens,
——— *Mediis*, inquit, *in vallibus acri*
Gaudet equo, nuncque hos cursu, nunc præterit illos,
Spumantemque dari pecora inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Sed ne longius attentione vestra abuti videar, unum restat, nempe quem modum in *recreationibus* observandum esse *Cicero* statuat. Res tota (si mentem modo Autoris probe capio) in tribus potissimum posita, primum *tempore*, deinde *genere*, tum *moderatione*. Ut enim somno, sic ludo utendum esse monet, nempe cum gravioribus, seriisque negotiis satisfactum: Eam deinde ludendi licentiam concedit, quæ ab honestis actionibus non est aliena. *Ludos* probat, sed *ingenuos*, *liberales*, *licitos*; viles contra, inhonestos, scurriles, sordidos vetat, improbat, damnat. In licitis denique & honestis modum præscribit; intemperantiam, & abusum proscribit. Quæ omnia eo nobis commendata magis esse debent, quod hisce nostris (quod profecto deplorandum) corruptissimis temporibus non pauci reperiuntur, qui vel seducti ab aliis, aut male educati, adversus hæc Auctoris monita ac præcepta delinquant & sæpe & graviter. Videas enim nonnullos ita natura comparatos, ut recreationes, ludos, exercitia ament, sed nulla delectus habita ratione, nulla temporis, nulla modi. Sunt in quibus tantus est poculorum amor, ut ad ea nati & facti videantur; qui in immoderata vini ingurgitatione palmam statuunt, nec hilares ante se fuisse arbitrantur, quam æquo largius asperssi flore Liberi Patris, vinum avidius haustum, vomitu remetiantur. Nonnulli mero titubantes, clamoribus inconditis, lymphatorum instar, nocte intempesta, & scintillante attritu gladiorum, grassantur per strata platearum, tanquam si *Annibal esset ad portas*. Quidam chartis lusoriis, aut alea

ſic delectantur, ut non dies ſolum, ſed noctes ludendo extrahant tenebriones lucifugi, donec, ut Poëta ait,

Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.

Hujuſmodi ludos non inhoneſtos ſolum, ſed & noxios, ac Juventuti pernicioſos eſſe, eoque ad extremos Garamantas & ultra glacialem Oceanum relegandos eſſe quis non videt? contra, illa quæ ex ſententia *Ciceronis* modo allata ſunt, tum quæ Scholis præ aliis maxime accommodata ſunt, in pretio habenda. Illa quæ ſint ſi quæritis, Auditores, dicam: *Muſica* eſt artium liberalium una, & ingeniis bene natis ac liberalibus digna: qua quid amœnius, quid ſuavius dari aut excogitari poſſit non video. Illa enim eſt quæ dulci ſua harmonia, animum curis & ſtudiis delaſſatum recreat, reficit, exhilarat; mœrorem diſpellit, melancholiam diluit, vitæ tædia diſcutit, & hominem concentus hujus dulcedine abreptum, non Cœlo ſolum ſed & ipſi choro Angelorum inferre videtur. His adde (nam

Trahit ſua quemque voluptas)

Poëtarum & *Hiſtoricorum lectiones* ita *ſuaves*, ut magnetis inſtar *Lectorem* ſuum ad ſe trahant. Sunt & *deambulationes* in viis Philoſophicis, *pilæ luſus* in aperta area. Sunt *converſationes*, colloquia, confabulationes de Studiis, de moribus. Sunt denique exercitia quibus ita ſe oblectare poſſunt Adoleſcentes, ut nec Deum iis offendant, nec contra mores bonos delinquant, nec temporis jacturam patiantur, nec quæ muneris ſui & officii ſunt, negligant. Quæ ſane ſi locum apud nos inveniant, ut invenire debent, & honeſte nos oblectare, & valetudini conſulere, & verecundiæ conſervare laudem, & parentum, præceptorum, ac Bonorum omnium conciliare nobis gratiam, quin & Dei ipſius promptam paratamque benevolentiam conſequi & in nos pertrahere poterimus. Dixi.

ORA-

ORATIO LXI.

In

Laudem Historiarum,

habita ab

HENRICO DUYSTIO à VOORHOUT.

QUod apud Herodotum antiquissimum Scriptorem quidam affirmat, κύκλον εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὃς περιφερόμενος, ὐκ ἐᾷ τὺς αὐτὺς ἀεὶ ἐυτυχεῖν. idem cum de aliis, tum vero de Rebuspublicis magnis amplisque dici potest: in quibus circuli ejuscemodi crebro deprehenduntur, nihilque in iis firmum, constans, perpetuum. Quanta enim cum felicitate tum potentia excidit olim florentissima Chaldæorum metropolis Babylon? Quàm Carthago illa in Africa, quæ animo totius prope terrarum Orbis Imperium sibi destinarat, eâdemque de causâ bellum etiam contra Romanos susceperat, miserum sortita est exitum! Quoties Hierosolyma urbs illa munitissima expugnata, direpta sæpe ac eversa fuit, sub Pompejo, Vespasiano & Tito filio? Inest quippe rebus humanis fatalis quædam meta, & inevitabilis catastrophe; qua fit ut rapidissimi torrentis instar, florentissimæ Respublicæ, Regna, Imperia & celsissima quæque, quæ in hoc Universo multorum opinione æternitatem minari videntur, ad interitum properent. Nec, me Hercule, de Nihilo. Nam ut ferro rubigo agnata est, & ligno teredo sua & caries: ita Regnis & Rebuspublicis internæ sui pereundi causæ. Oriuntur, crescunt, florent, stant, & hoc ipsum ut *cadant:*

——— Valet ima summis
Mutare, & Insignem attenuat Deus
Obscura promens.

At vero tantæ rerum in Mundo vicissitudines, jam inde ab Orbe nato, unde nobis distinctius ac luculentius innotescunt quam ab HISTORIA? quam ideo summus ille dicendi magister Cicero, *Testem temporum, nunciam vetustatis, magistram vita & matrem memoria* appellare non dubitavit. Et certe si rei alicujus præstantia ab ejus autore haud raro æstimari soleat ac ponderari, qui olim Ejus autores fuere? non è trivio, non de plebe homines, sed Viri magni, viri honoribus amplissimi, qui ætate in Reipublicæ administratione contrita, *Historicam* illam *provinciam* tantum abest ut erubuerint, ut eam contra conscribere summæ laudi duxerint, & rerum gestarum gloriam, generis sui splendorem, nominis claritudinem tot victoriis, tot triumphis partam, longe posthabuerint historiarum monumentis. Quales olim fuère *Porcius, Cato Censorius, Posthuminus, Albinus, Cæsar Dictator, Sempronius, Sallustius, Tranquillus, Tacitus*, aliique innumeri, quos Consulatu, Prætura, Tribunatu & id genus in Republica summis honoribus perfunctos accepimus. Quin & ipsi Principes Romani, neutiquam sua Majestate indignam hanc occupationem censuère. Quos inter *Augustum, Tiberium, Trajanum, Alexandrum Severum*, aliosque, res gestas literis consignasse, nemo nescit: Imo nec Reges à sceptro suo ac diademate provinciam hanc alienam judicarunt. Dionysius Siciliæ, Ptolomæus Lagi, Ptolomæus Euergetes Ægypti Reges, atque alii, quibus recensendis longius non immoror.

Jam quæ *lectionis Historiarum* sint emolumenta in omni litterarum genere, tam publice quam privatim, si scire vobis est animus, dicam: Nihil est, Auditores, quod animis nostris magis agnatum, nihil quod grata magis diversione laborum

ac

ac lucubrationum noſtrarum tædia diſpellit, & curarum amaritudinem dulcedine ſua magis temperat, quam varia rerum geſtarum narratio; quas non legere, & audire ſolum, ſed oculis coràm intueri & in rem præſentem manu quaſi deduci videmur. *Miltiadem* enim cum *Dario* congredientem cernimus, *Xerxem* mari compedes & vincula minitantem, *Annibalem* Alpes penetrantem, *Scipionem* Carthaginem expugnantem, *Cæſarem* Rubiconem trajicientem & *Pompeji* in campis Pharſalicis victorem, tribus poſtea & viginti vulneribus in *Capitolio* in medio Senatu confoſſum, inter alios à Bruto, quem filii loco ſemper habuerat. Quæ omnia tantâ legentium animos voluptate perfundunt, ut iis ſatiari nequeant,

——— ——— *ſtudio fallente laborem.*

Sed quid voluptatem loquor? non minor earum eſt utilitas, quam ex lectione rerum geſtarum capimus. Peregrinantibus haud abſimiles, qui dum oculos vario terrarum, Regionum, Urbium adſpectu paſcunt, multa quoque in uſum vitæ, multa in uſum Patriæ & Reipublicæ diligenter obſervata, in animum recondunt: quæ quid faciendum ſit, factum oſtendunt prius, idemque tentandi animum cunctantibus injiciunt: & dum viam præmonſtrant exempla, tritam ab aliis viam ſequimur, ut vel virtutibus eorum alacriores, vel flagitiis timidiores, vel periculis & dubio rerum eventu reddamur cautiores, & vitæ noſtræ actiones ad earum rerum imagines quæ Annalibus conſignantur, tanquam ad ſpeculum componamus: fortunæ alienæ arbitri, noſtræ fabri, ſed & correctores. Exemplo celeberrimi illius Pictoris *Zeuxis*, qui *Junonem* graphice & ſuis coloribus ad vivum effigiaturus, virgines *Agrigentinorum* forma præ aliis inſignes conduxit, in ſingulis quod pulcherrimum imitaturus. Scio multa ex *Philoſophis* ſalutaria depromi, multa contineri præcepta, multa monita, quæ vitæ recte inſtituendæ haud

parum serviunt? sed longum per ea iter; at breve & efficax per exempla, in utroque fortunæ vultu. Rebus quippe secundis & ex voto fluentibus, moderationem nobis inculcat *Historia*, fastum exculcat: dum velut in *Theatro* spectandas proponit tot Regnorum depopulationes, Rerumpublicarum eversiones, urbium florentissimarum rudera; tragicos Principum exitus: cum *Cyrum* clade accepta, *Scytarum* Reginæ ludibrium fuisse memoriæ prodit, *Valerianum* Imperatorem *Sapori* regi *Persarum* equum conscensuro, tanquam scabellum substernit: *Dionysium* magnum illum *Siciliæ* regnatorem, à sceptro ad ferulam dejicit: *Crœsum* rogo imponit: *Annibalem* flagellum diu *Italiæ* hausto veneno, quod annulo inclusum gestabat, extinctum: *Antonium* αὐτόχειρα, *Cleopatram* morsu aspidis, ne in *Romanorum* manus incideret, oppetentem, *Polycratem* in crucem actum, *Bajazetum* caveæ ferreæ inclusum, *Antiochum Syriæ* à latronibus, *Pyrrhum* à fœmina, *Henricum* tertium *Galliarum* Regem à Monacho, & quartum ejus nominis à *Ravaillacco* sicario occisum, commemorat. Contra reflante fortunâ, cum rebus afflictissimis ad incitas pæne redacti videmur, & hostem non intra fines solum armis sævientem, sed in ipso Patriæ meditullio omnia depopulantem, urbes, agros, oppida, ferro, flammâque devastantem, cædibus, lanienis in Reipublicæ viscera grassantem adspectamus; ne tunc quidem desperandum esse nos monet *Historia*, sed forti, & interrito obnitendum animo, quidquid evenerit: Cum *Themistoclem* exigua militum manu, navali prælio victorem, *Xerxem*, tot millibus suorum cæsis, scaphâ quâ Hellespontum trajecit, profugum, *Manlium* in arce *Tarpejâ*, captâ jam & incensâ *Româ*, adversus *Gallos* intrepidum, *Romanos* post cladem *Flaminii* ad lacum *Trasimenum*, & Pauli Æmilii ad funestas Imperio *Cannas*, rebus prope conclamatis, impavidos & invictos adversus hostem

tot

ꝛt præliis, tot victoriis exultantem & extrema
iinantem, spectandos exhibet. Quæ profecto,
:que alia id genus exempla, quantam animis
ɔrtitudinem ingerant & rebus desperatis fidu-
am, quam acres victis addant stimulos, quam
ilide jacentes erigant, & dejectos in gradum re-
ɔnant. *Hypsæa* cæcior est qui non videt.

Quid? quod omnium rerum gerendarum alie-
o hic periculo experimentum capere liceat, &
ıbios rerum eventus secure intueri; dum quæ ab
iis feliciter gesta sunt, nobis imitanda proponi-
ıus; aut si male, ut alieno damno cautiores red-
amur, & tanquam è speculâ, conspecto aliorum
aufragio, medias inter rupes, Syrtes, brevia,
:yllam inter & *Charybdim*, rectum teneamus cur-
ım, in procelloso hoc Mundi salo:

——— *Felix quicunque dolore*
Alterius didicit posse cavere suo.

Ad hæc quid suavius, quam nullo sumptu, la-
ɔre, periculo, citra itinerum molestias, naviga-
onis tædia, corporis lassitudinem, aliena non di-
ɔ tempora sed loca lustrare, & celeri lectionis
lâ totum pervolare *Universum*, & musæi sui can-
:llis terras, maria, lacus, flumina, imo Orbem i-
sum includere? quid utilius, quam in amplo hoc
Historiarum theatro, hominum ingenia, mores,
icta, facta, consilia, eventus, Rerumpublicarum
rtus & occasus, fatales *Imperiorum* & *Regnorum*
:rminos & vicissitudines tanquam in tabula con-
:mplari: hic bella, pugnas, prælia, hic clades &
ıniênas, in præliis ancipitem fortunæ aleam, bel-
ɔrum dubios eventus, hic victorias & triumphos:
libi pactas inducias, initam pacem, icta fœdera,
on aliquot ab hinc annis, sed jam inde ab *Orbe*
ato. Secula omnia percurrit, qui *Historiam*; nus-
uam peregrinus, ubique præsens: In ea quot ge-
erosо & excelso animo, ad gloriæ, & nominis
ımmortalitatem incitamenta? quoties legenti oc-
ırrunt nomina seculis haud inficianda? Vir
magni,

magni, viri rebus strenuè gestis, consilio & prudentiâ clari, literatura & eloquentiâ eximii? quos sola æternitatis custos ab oblivione vindicat, *Historia.* Vitam *Ciceronis* rapuit *Antonius*? reddidit Historia. *Rapuit illi lucem sollicitam & ætatem senilem*, inquit *Paterculus*, *famam vero*, *gloriamque factorum & dictorum adeo non abstulit*, *ut auxerit*: *vivit vivetque illo etiam invito*, *per omnium seculorum memoriam*: *dumque hoc rerum natura corpus*, *quod ille pene solus Romanorum animo lustravit*, *ingenio complexus est*, *eloquentia illuminavit*, *manebit incolume*, *comitem ævi sui laudem Ciceronis trahet perpetuam.* Vivunt, vivunt quoque nominis sui nunquam interituri famâ, magnæ illæ animæ, *Miltiades*, *Themistocles*, Orientis terror *Alexander*, libertatis vindex *Brutus*, *Codrus*, *Curtius*, *Decii &*

——— ——— *Duo fulmina belli*
Scipiadæ.

Quandiu fasti, quandiu Annales, & in iis magna illa inscripta nomina. Quantum vero *Historiarum* lectio iis conducat qui primis literarum studiis defuncti, ad jurisprudentiam animum appulerunt, neminem credo esse qui ambigat. Si enim quid est, quod prudentiam acuit, judicium format, *Historia* est: quia non unius ævi, aut urbis exempla, sed omnium temporum, omnium gentium, quasi in amplo Theatro res gestæ spectantur. Adeo ut jam inde ab Orbe nato tot seculorum rebus gestis interesse legentibus contingat, tot Regnorum, tot Rerumpublicarum Archiva introspicere; à quibus omnibus eum qui Historiarum imperitus, exclusissimum esse necessum est. Nec minor ejus in Divinis quam humanis e[st] usus. Sacra tractantur? quot in iis occurrunt, qu[æ] aliunde illustrari nequeunt quàm ab *Historia*? F[a]cem illa præfert ubique, si quid in Dei populo alibi gestum, ab ipsis Mundi primordiis. Vatici[nia] Prophetarum recludit, in abditissima tempor[um] penetrat, & levato Oraculorum velo, abstru[sa]

fac

veritatem eruit & spectandam proponit.
: quis Ecclesiæ nunc jactationes, nunc li-
ıes inopinatas, recte & ad amussim intel-
uis Monarchias Mundi, à Prophetâ prædi-
lis impletionem Prophetiarum in Christo
› Messia, contra Judæos, pertinaciâ ipsâ
iores, nisi *Historiæ* gnarus & ævi prioris?
ræ Urbis excidium à Romanis. Vespasia-
pe ac Tito Imperatoribus, quis denique
prædicationis Euangelii in omnes gentes,
innumera, ut quanto sanguine initio Ec-
eperit ac succreverit, quam varia ejusdem
modo succumbentis, modo emergentis,
migrantis? qui Martyres, qui Patres, quo
: vixerint, quid scripserint, qui hæretici,
|uando exorti, quæ Concilia & quando
quid in illis decretum? quando & quibus
ınnis simul ac superstitio Ecclesiam inva-
ıo tempore & quibus artibus Antichristus
quæ origines Monachorum, Eremitarum,
n, Jejuniorum, & mille superstitionum
ü, & id genus alia populo pro concione
tis repræsentet? *Historia* vere dicam hic
x puppis. At contra historiarum ignari,
igidè, quàm jejunè Scripturam interpre-
De maximis illi mysteriis haud aliter sæ-
ınt, quam cœci de coloribus, & numeris
is. Obscuriora illis sunt, quæ sine An-
:ognitione & temporum memoria intelli-
plicari nequeunt. Sed quid longius fœ-
:em Soli? Res ipsa loquitur, Auditores, &
sententiæ meæ suffragari video, cum ex
ıe vestrâ, tum silentio, unum hoc Ora-
olenne addam. Dixi.

OR… de PATIENTIA, …

habita à

NICOLAO van der DUSSEN …

CRates Philosophorum non è minimis, feli-
tatem ponebat olim, eamque summam, …
non nascendo, proximam, in denascendo. …
cabat quippe vir altæ mentis, vitam per se…
miseram, etiam brevissimam, & abortivam…
miseriarum tum demum omnes numeros in…
si longæva ea sit & multorum annorum. …
me hercule, de nihilo. Quid enim *vita* b…
stra aliud (si modo vita dicenda, ac no…
vitæ umbra) quam *spolium temporis*, *ludib…*
tuna, *calamitatis tabula*, *inconstantiæ imago*…
trutina, *peregrinatio molesta*, *navigatio peri…*
qua nulla statio nec *portus*, nisi *mortis*, …
vitæ cursu, larga ubique flendi & assid…
sit, & in qua lacrymæ prius defuturæ …
sæ dolendi, cum malorum occursantiu…
dus sit nec finis. Cui enim Mortaliu…
… tam exactæ felicitatis gaudia unqu…
… nihil relictum sit quod gem…
… fallimur: …

est infantiam hac in parte meam eo major
tio sublevare ac favore complecti, quo j
impulsus causa hanc dicendi provinciam su
ac ne de vestra in me benevolentia vel tan
dubitare videar, utar hac apud vos liberta
quidquid animo conceperim, in medium p
re non reformidem.

Institutæ meæ Orationis materiam cùm
examinis trutina serio mecum expendo,
rem mihi gloriam reportare videntur illi q
mum suum, quam qui hostem devicerint
ut est in veteri verbo, *Bis vincit, qui se vin*
lebrantur quidem in antiquis historiarum
mentis, fortissimorum Ducum atque Imp
rum laudes bellicæ; sed cum ejusmodi res
tunæ arbitrio pendeant & militum obsequ
nulla tanta sit vis quæ non ferro debilitari
gique possit; quis animi constantis, ac gener
tientiam in adversis, fortitudini militari n
ge præferat? quam qui habet non eum cun
mis Viris *Tullius* comparat, sed simillimum
judicat. Neque enim majorem *fortitudinem*
dicemus in *Alexandro* quam in *Diogene*, q
siores gessit animos in dolio suo, quam I
ille juvenis in Orbis universi imperio. Neq
tior æstimandus *Hercules*, qui leonem, qui
Erymanthæum & Hydram domuit, quam
tes, cujus patientia Herculis fortitudinem
superavit, qui fortunæ novercanti i
vit, semper sibi similis, & incurrentium m
vim solo animi robore sustinuit, vicit, subj
& ea tanta constantia tulit, ut nihil à stat
ræ discedens, nihil à ratione deflectens,
dignitate Sapientis declinans, luculenta n
mel, sed toto vitæ suæ cursu robusti animi
rit specimina. Ex quo facile intelligi potest
de *Patientia* sit statuendum, eam nempe fo
tis partem esse non ultimam: Nam *quid* est
fortitudo quam considerata periculorum

rio, ac laborum & molestiarum perpessio. Et quemadmodum *fortitudinis proprium* censetur, prudenter adire, fortiter sustinere pericula; ita *Patientiæ* proprium videtur, periculorum labores constanter ferre, quod nec timidi nec molles possunt. Unde nonnulli *Patientiam* haud inscite, si quid judico, mihi definire videntur, *rerum quæcunque homini aliunde accidunt, aut incidunt, voluntariam, & sine querela perpessionem. Philosophos* serio *de bona patientia* philosophari, ex scriptis eorum didici; sed cum dicta sæpe factis deficientibus erubescant, ipsi præceptis suis detrahunt pondus, & male de ea disserere mihi videntur, dum malorum plerique impatientes fuerunt: *Socratem*, quem honoris causa nomino, præ aliis patientissimum hic excipio, per omnia aspera jactatum, & in hac palæstra exercitatissimum, cujus constantia locum proverbio dedit, *Callus Socratis*, quod ad omnem patientiam obduruisse, & quasi callum animo suo obduxisse videretur. Talem deprædicat *Plato* sub persona Alcibiadis, quod nempe contemptis asperioris brumæ frigoribus, nullis assumptis adversus vim frigoris endromidibus, in publicum prodierit, nives solita constantia calcaverit, vias pruinis albicantes nudis pedibus confecerit. Memoriæ quoque de eo proditum (altior si quando inciderat cogitatio) quod erectus staret perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad Solem alterum orientem, immobilis iisdem in vestigiis, ore atque oculis in eundem locum dejectis. Haud absimili constantia, publica & privata mala & incommoda; injurias atque ignominiam pertulit, domesticam in primis. Nam cum in eum procaciter debacchata uxor diu esset, deficientibus quæ evomeret maledictis, mox tepente adhuc lotio caput ejus perfunderet, nihil commotus, citra bilem dixisse fertur. Non mirum sibi nec insolens videri, si fragorem tonitrui imber sequeretur: & rogante aliquando Alcibiade Socratem;

Cur

Cui fœminam tam protervam, maledicam, furentem, domo non prohiberet, *Ad profectum, & exercitium patientiæ, domeſticam diſciplinam facere*, reſpondit. Calce impetitus ab adoleſcente aliquo impuro, cæteris indignantibus ac monentibus, ut in jus traheret. *Quid* (inquit) *ſi me aſinus* calce *feriiſſet, eum* etiam *in jus vocandum cenſeretis?* Idem ab *Ariſtophane* publice in Theatro, verborum laceratus contumeliis, non modo non ægrè moleſtéque hoc tulit, ſed & obvium ſibi factum adverſarium humaniter compellavit, *An ſi rurſus opus haberet ad ſimilem contumeliam?* Denique ut convitia, calumnias, ſycophantias, vincula, carcerem, atque adeo cæteræ vitæ mala patienter tulit: ſic malorum omnium finem, mortem. Nam poſteaquam in carcere potionem illam ex cicuta mixtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis ſumpſiſſet, de Libertate, de Morte diſputavit intrepidus, ad mortem uſque; ut duarum rerum graviſſimarum hominibus metum adimeret Mortis, & Servitutis. *O* fortem *Patientiæ Athletam* immortalitatis corona decorandum!

Jam ſi hæc in ipſo Gentiliſmo eximia dantur patientiæ exempla, quanto magis in Chriſtianis, qui in meliori longe Schola inſtituti, nihil in hac vita caſu & fortuito fieri, jam pridem didicerunt, eoque conſtanti animo ferenda, quæcunque nobis à Deo immittuntur, exilia, belli pericula, naufragia, inundationes, peſtes, mortalitates, & quæ his graviora ſunt. Neque enim vivendi nobis optio data, aut noſtri arbitrii malorum perpeſſio eſt; ſed neceſſe omnino habemus omnia tolerare, quidquid de nobis ſtatuerit malorum Arbiter Deus, Deus enim quos probat, quos amat, indurat, & exercet, & quem diligit Dominus corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit. Non alius, me hercule, Deo finis cum nos affligit. Quid? iraſcine eum credis? male. Nunquam impenſius amat,

mat, quam cum cadit; nunquam hic minus parcit, quam cum in æternum illi parcere decretum. Amoris hæc ſunt indicia: Et ô beatum illum cujus emendationi Deus inſtat, cui dignatur iraſci! Aliter longe patres, aliter matres indulgent. Illi exercitari mature jubent liberos in ſtudiis, ſudorem illis & interdum lacrymas excutiunt. At matres fovere in ſinu, continere in umbra volunt, nunquam flere, nunquam triſtitia, nunquam mœrore affici: Paternum contra Deus habet adverſus ſuos animum, & illos fortius amat; quos ut verum colligant robur, doloribus ac damnis durius exagitat. Languent enim per inertiam ſaginata, nec labore tantum, ſed mole & ipſo ſui onere deficiunt; languet animus, languent preces & quidquid in nobis eſt pietatis & fidei; ut opus ſit hunc ignem ſopitum & extinctum penè excitari nonnunquam morborum & adverſitatum flabris. Hac fide imbutus, hac ſpe ſubnixus *patientiæ cultor*, quidvis feret animo non tantum obvio & invicto, ſed grato, cum gratiarum actione, quaſvis moleſtias; atque inter ipſas afflictionum anguſtias, erumpet in laudes affligentis & ſanantis Dei; nec aliter excipiet ſævientis fortunæ ictus, quam novaculam Chirurgi, aut pharmaca Medici propinantis amaros ſuccos, ſed ſalubres. Corpus devenuſtant, offendunt, lædunt? at animam ornant, curant, medicantur: & ut ferrum attritu, ſic illa ab his niteſcit. Cucurbitulis medicorum ſimiles ſunt, quæ corpori affixæ, non niſi pravum vitioſumque ſanguinem educunt. Vires dejiciunt ac peſſundant? animæ vim addunt & robur, ut alta ſtet & erecta adverſus omnem caſum. Et ut à vento triticum non rapitur, ſed paleæ: ſic adverſa iſta leves tantum animos auferunt, bonos & in virtute firmos non evertunt, ſed magis firmant. Quid multa? Homini vere Chriſtiano afflictiones virtutum ſunt officinæ, humilitatis Schola, patientiæ gymnaſia, probitatis magiſtræ, Zeli fomites & fidei;

; quæ verba nobis non in labris nata, sed in
ad Deum extorquent; & securitatem stul-
ue vitæ longioris fiduciam exculcant, mor-
tem inculcant, & cum mortalitatis sensu,
n vitæ anteactæ censum, ac pœnitudinem.
nne cælum nubes suas habet, sic & vita, &
ta omnis ætas: Vegetam illam qualis est in
scentia, immunem credis malorum atque æ-
dinum? Erras: communia hæc naturæ deli-
sunt, & in quolibet ævo, à quibus nulli lon-
æ, vix induciæ sunt. Timere ea potes, non
e fugere, non vitare. Nam ut omnia sub le-
uas vocat *Mors*, & unius horæ momento

——— *Æqua tellus pauperi recluditur*
Regumque pueris: ——— ———

: illius satellites & lictores *morbi* nullam hu-
æ vitæ partem, nullam ætatem, sui expertem
patiuntur: sed ibit hic malorum in omnem
m remeantium orbis, quamdiu erit ipse *Orbis*.
men felices inter tot ac tantas quibus indies
ictamur miserias hoc uno *Christiani*, quod
nobis per hæc ad aliam vitam, cujus nec mo-
capimus nec finem. Tristia, fateor, hæc
em sunt & acerba; sed Medicum cum lau-
qui theriacæ suæ viperam admiscet docta ma-
c saluberrimo effectu temperatam; in Deo cur
obes, si pharmaco huic morborum & mœ-
m poculo, noxas corporis intemperat, sine
noxa? Nimis alias insolescat, nimis lasciviat
o, nisi vinculis istis & compedibus teneatur.
aniores è mari veniunt, qui nausea gravem
nachum exonerant: ita è procellis hujus vitæ,
corporis languore animi fæces eluunt. Nihil
re ad quod exerciteris, ad quod te concites,
s incursu firmitatem animi tui tentes, sed in
inconcusso jacere, non est tranquillitas; mol-
s est. Segetem vides plus nimio luxuriantem?
n acrior pruina, si opportuna obvenerit, non
adit solum, sed injecta velut mora, ad majo-

tum si ...
sic nos concussiunculis illis ...
pulvisculos vanitatum, quæ nos plus
gunt huic glebæ, & inescatos mundi
nent ut piscator esca pisces, auceps gra
adeo ut cum *Themistocle* haud raro ex
bis liceat, *perieram nisi periissem.* Qui
litiæ nostræ & *Christianismi* hæc sun
patientiæ exercitia; quæ quo magis i
mala, eo est erectior, omnesque for
victa excipit, & conculcata, alacrio
ut arbores altius radice terram con
quo sæpius ventorum furiis agitant
tia quo magis lacessita, hoc est ro

dat vires animo dolor.

Sed, ne longius attentione vestr
finio, Auditores, & Orationis me
hoc. Audivistis quæ de *patientia* in a
habui, ejus nempe *præstantiam*, i
effecta, specimina, *exempla* omni a
Audivistis ea quæ in hac vitæ sta
veniunt, non temere, non fortuito
sed immitti à Deo, qui patientia
eet, non uno sed mille modis,
gloriam, & suorum salutem. Q
... hoc unum, ut nos ab
qui vitæ nostræ, qui actionum
... nobis, & de ii

ı nisi quod bonum ac salutare nobis pro-
ecernit, vult. Et ubi justitia, & æquitas,
lamare audeat, quis obniti? Ubi vero
ıitate illa nostra quoque conjuncta est
x salus, cujus ingratitudinis foret, non
on moderato animo suscipere, quidquid
huic Patri nostro placuerit, quem sequi,
ui prima sapientia est. Dixi.

RATIO LXIII.

in

DEM MEDICINÆ,

Habita à

IANNE van der SAEGH.

n quæ Oratione tractari solent præstantia,
iundequàm ex ejus qui de iis differit in-
:imanda sit, magnopere mihi metuendum
materiæ dignitatem, de qua mihi nunc
ıdum est, ingenii mei culpâ haud parum
n: Dicturus enim de MEDICINA,
tos sui non admiratores solum, sed cul-
ɔet. Optarem equidem dum laudes ejus
prædicandas propono, ut provinciâ hac
mihi impositâ probè defungi possem, ut
ectationi vestræ, tum rei quam laudandam
ıerito satisfieri queat: sed cum in his di-
ociniis optari quidvis facilius, quam
vobis possit. Vos rogo, Auditores, &
ım animi demissione à vobis contendo,
ɔilissima materia, in ornatissima hac qui
; estis corona, non minori benevolentiâ
s qui ante ex hoc loco declamarunt, me
i dignemini.

si artis, si disciplinæ alicujus præstantia, si
si necessitas qua inter alias eminet suis

Hippocrates summus ille *Medicorum* pri
nobilissimam esse, affirmare nullus
artium omnium antiquissimam, &
nè hominibus natam, cæteras vel ad
vel ad ornatum, vel ad contemplat
quam ad vitæ necessitatem esse exc
quæ major artis necessitas esse pote
quæ mentem sanam in corpore sa
hominem à morborum & ægritudin
nâ vindicare potest? Vitam, fateor
infundere solius *Dei* est; at vitam c
jam fugientem ferè animam sistere,
penè Divinitati proximum censeri d
præsidio nondum nati, nondum ge
Natis vero & in lucem editis quid
fruimur optabilius, quid vitâ hac
dulcius? contra, quid iis in vitâ d
culi torturâ vexantur, & quorum la
gra, fatali bonis ingeniis contubern
tur articuli, haud aliter quam equ
Quis mori non optet, non desideret
misere vivere? At hisce malis, ut inn
eam medetur illa vitæ illa salutis

ıreis & argenteis mensam instructam videat? :ım absque sanitate, nec vita ipsa vitalis sit, aut ıcunda; nec adeo ipsum vivere, quam valere, era vita. Quid, quod non corpori solum sed & nimo salutaris sit MEDICINA, eoque tan- ɔ dignior, quod utrumque regat, moderetur, onservet: Corpus enim & anima tam arcto in- :r se vinculo copulata sunt, ut vitia corporis in nimam, ut & animæ in corpus facillime tran- :ant ac penetrent. Epilepsia, apoplexia, carus, le- hargus, aliique id genus morbi, quam periculosè erebrum rationis arcem & mentis palladium uatiunt, turbant, infestant? In phreneticis, ma- ıiacis, aliisque atra bile laborantibus, quanta ani- næ, quanta mentis alienatio, à morbido corpore c dominante in eo melancholia? Quæ animum in :onsensum trahit

Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Si *Cambysi* herculeo morbo laboranti, indeque ıxato cerebro, dexter fidusque præsto fuisset *ledicus*, manus suas sanguine fratris, sororis, con- gis & aliorum non cruentasset. Si *Caligula* cor- ɔre & mente valetudinario, cerebrum purgatum ıssset helleboro, longè melius consuluisset & vi- suæ & nomini. Illa quippe est quæ furibun- s & insanos ad bonam mentem revocat, de- itos restituit, tuetur ac defendit: Et cujus o- tanta salus, nisi *Medici*? Theologus quidem ıtum in se est efficit, ut homines à vitiis re- cant: At *Medicus*, ut sit qui possit resipiscere. ra enim ille *Medicus* est animæ, si jam fugerit a, cui paratur *Medicina*: frustra lethargico at, si suadentem non audiat: frustra phre- ım moneat, nisi primum atra bile, ipsa furo- ısa, à *Medico* sit liberatus. Philosophiæ sum- in hoc verti cardine statuunt *Plato* & alii. Si rationi pareant affectus; qui quandiu reni- frustra tenet habenas animus; sed equum ıtem in præcipitia sequi coguntur: at ut

aufcultent rationi, egregius ad hanc re
est *Medicus*, hoc agens, ut ea pars homi
sapiatque, cujus arbitrio honesta ac ma
tur. Quis enim æque pertinax vitæ ab
sobrietatis suasor? Quis fidelior iræ mc
tristitiæ fugiendæ, vitandæ crapulæ, te
veneris, auctor, quam *Medicus*? Quis r

——— fastidita Machaon
Fercla parat, dubiasque docet dediss
Aut Curii præscribit olus?

Accedit quod quidquid in homine
est, artes, scientiæ, disciplinæ, quidq
virtutis aut eruditionis, id omne nobili
cultati nos debere, quis non videt? qu
servat sine quo ne reliqua quidem quea
fere. Certe vivere dici non possunt,
tuam hic vitam trahunt: Quam si voti
dat & incolumem *Medicus*, quid æquit
consentaneum, quam eum proxime De
tæ tuæ autorem agnoscere, à quo vitam
valetudinem acceperis? Imo, si parenti
tiam habemus quod vitam semel dedêre
to majorem iis qui dant sæpius? Non
tè nomine Antiquitas olim *Æsculapium*
cavit, & choro Divorum adscripsit:
de causa quoque eam summo studio c
Hebræi, *Chaldæi*, *Assyrii*, *Ægyptii*: medic
tis fama celebres tanto numero in *Æg*
ruerunt, ut *Plutarchus* dicere non dubit
mnes *Ægyptios* penè Medicos haberi. C
rum? cum & brutis insitum sit à natura
camentis sanitatem tueri: Ita canes æg
suæ remedium petunt à gramine, cervi
mno, feles à calamintha, ciconia à cly
hæc bruta, quid mirum si homines?
ab omni ævo in pretio haberi & exerc
ruit hæc disciplina non ab hominibus
sed magni nominis viris & sapien
gistro, imo & à Principibus, R

Imperatoribus: inter quos *Achillem*, *Mithridatem*, *Salomonem*, *Antonios* Imperatores, & alios huic Studio incubuisse testantur Annalium monumenta: usque eo, ut summis etiam honoribus, præmiis, donisque prosecuti sint *Medicos*. Ex quorum numero fuit *Persarum* ille Rex potentissimus *Darius*, qui *Democedem* Medicum *Susis* basilicis donavit splendidissimis, & ὁμοτράπεζον suum honoris causa esse voluit. Sic *Coi*, *Thessali*, *Argivi*, *Athenienses*, *Hippocratem* Eleusinis Sacris, secundum ab *Hercule* solenniter initiarunt, coronam eidem auream in Theatro publicè decreverunt, civem scripserunt, & in *Prytaneo* alimenta tum ipsi, tum posteris ejus subministrarunt.

Cæterarum artium non ubique paratus est quæstus: *Rhetor* apud *Sarmatas* friget, *Juris peritus* apud *Britannos*, subtilioris Philosophiæ monita, apud *Tartaros* & *Garamantas*. At *Medicum* quoquo terrarum abierit, vel ad ultimam *Thulen* suus comitatur honos, sua sequuntur vitæ commoda; ut in nullam disciplinam verius quadret illud Poëtæ,

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Certè, si res dicenda, Auditores, scientiam in hac arte eminentem, quotiescunque arcana illa Naturæ in homine, extra hominem, in toto hoc Universo impensius apud me volvo, non possum non admirari Medicæque hujus facultatis dignitatem, usum, necessitatem. Si quis enim secum reputet, quam diversa corporis sit temperatura, quanta hominum ex ætate, sexu, loco, cœlo, educatione, studiis varietas: quam infinita in tot millibus plantarum discrimina: quot, & contraria ex contrariis & pugnantibus causis, morborum genera, febrium species, oculorum symptomata, quæ tenerrimum hoc membrum infestant: tanta homini à venenis pericula, quorum quot sunt species tot sunt mortis genera: quot in corpusculo hoc nostro quod circumferimus quotidiani casus,

iique improvisi, quot ingruentium malorum un dique, in hunc amplum fragilitatis scopum, tela quot ruinæ, contusiones, luxationes, vulnera quæ non conferto minus agmine quam morbi ho minem dejiciunt, atterunt, frangunt, necant. A que in his ipsis morbis, quam dubiæ sæpè & fa laces eorum notæ, sive vultum intuearis ægri, si ve observes oculos, verba, motum, excrement rum signa, pulsus discrimina: tantum undique offert difficultatum, ut abdita illa rimari & in genii acumine emetiri, ac penetrato terræ mari que sinu, excussisque undique *Naturæ* fibris, e tot plantis, fruticibus, herbis, animantibus gemmis, metallis, ex ipsis denique venenis opt ma expiscari remedia, atque eorum non usum mo do sed delectum, ex tot *Autorum* scriptis, tot dis ciplinis, imo & ab ipsis *Astrorum* influentiis pe tere, homine majus ac planè Divinum quid es videatur. Multorum enim ea morborum vis est ut certam homini mortem intentent nisi pericl tanti præsto sit *Medicus*, ut gangræna, syncop profunda, lethargus, pleuritis, angina, hydrop apoplexia: Quibus omnibus qui medentur mali qui mortem imminentem solertia sua ac industr propulsant, & animas ad *Orcum* spectantes red nant valetudini, sine qua vita mors est, Dii pe in terris habendi sunt; quorum ope Magnus i rerum arbiter DEUS humano generi beni prospectum esse voluit.

Sed quo *Medicina* nobilior est, eo diliger sectanda est ejus scientia; hoc enim est *Med* esse; & in eo scivisse ægritudinem ejusque sam, prope superasse est; contra perimi ignorat: & è levibus morbis ignoratis, sæpe nata. Ideo ut tironi & inexperto nemo e tum committat, Oceani fluctuumque ignar vem: sic nemo valetudinis curationem nes imperitis; Qui quantamcunque jactant ex tiam, si morborum causas, si signa, si sym

ta, si eorum πρόγνωσιν & διάγνωσιν, si pulsuum discrimina, ægrorum temperamenta, si criseos tempora, si medendi methodum, medicamentorum vires, & simplicium compositiones ignorent, quid nisi operosa sedulitate ægros officiosè necant? Hoc nomine felices cum peccant, quod aliorum delicta Sol videat, horum terra tegat: barbâ solâ, pallio, togâ vestiumque splendore commendabiles, dum foris ab his externis mutuantur doctrinæ opinionem, quam domi non habent. Vos, Studiosi, qui sedulam huic arti operam aliquando estis navaturi, quidquid difficultatum & molestiarum sese offert superate, perrumpite, devorate. Doctrina enim in *Medico* requiritur non vulgaris, non superficiaria quæ cutem, quæ corticem tantum stringat, sed quæ in artis medullam & in viscera penetret. Linguarum quoque cognitio & præ aliis Græcæ hic necessaria, qua artis illius principes *Hippocrates* & *Galenus* docta ingenii sui monumenta consignarunt, & ad posteritatem transmiserunt. Quid quod, & plantarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum, mensurarum innumera penè vocabula Græca sunt: quæ ab Agyrtis & circumforaneis ut intelligi nequeunt: ita rudes & indocti potiones pro cataplasmate, venena pro medicamentis, injuriosè seduli, in ægrorum perniciem haud raro adhibent, carnificum potius (quomodo aliter appellem) quam *Medicorum* nomine digni. Sed verborum desino, & ne lucem Soli longius fœnerari videar, abrumpo. Dixi.

ſos & vitæ licentia efferatos ad vitæ manſuetioris cultum reduxit, pietatis Scholam aperuit: ſed fame graſſante in terra *Canaan Ægyptios* adiit, & rudes adhuc omni diſciplinarum genere ita inſtruxit, ut *Ægyptum* diſciplinarum nutricem non immerito Veteres nominarint. *Moſes* quoque omni doctrinarum genere inſtructus, viros in populo Dei conſtituit, qui docendo literis præeſſent. Sic Prophetas olim, Divinæ & humanæ ſapientiæ Profeſſores fuiſſe, multis comprobare ſupervacaneum arbitror; cum *filii Prophetarum*, qui ſub Scholaſtica eorum diſciplina, toties in Scriptura legantur. *Levitas* quoque Sacris præfuiſſe Scholis, neminem credo eſſe qui ambigat: quibus oppida aliquot aſſignata, inter quæ *Ramot Gilead* omnium fuit celeberrimum.

Poſtquam autem Prophetiæ deſierunt, in Synagogis publice apud Judæos doceri cœptum eſt; hinc diſſentientium Judæorum variæ ſectæ, *Pharisæorum*, *Saducæorum*, *Eſſenorum*, de Religione diſſertantium; perinde ac Philoſophorum variæ opiniones fuerunt, de Summo bono, qui non in Italia tantum docuere & in *Græcia*, ſed & ubivis fere terrarum. Si enim omnes mundi plagas percurramus, nullam Orbis partem habitabilem, Scholis aut diſciplinis vacuam reperiemus. Apud *Perſas* ſapientiam profitebantur olim *Magi*, quorum auctor *Zoroaſtres*, apud *Babylonios* & *Aſſyrios Chaldæi*, apud *Indos Gymnoſophyſtæ*, in *Gallia Druides*, in *Italia Aboriginum Sacerdotes*, principia Philoſophiæ tradidere: in *Græcia* ſolæ *Athenæ* Ἑλλάδος μουσεῖον olim appellatæ, ex quo tanquam ex equo Trojano, Philoſophorum & Oratorum principes Græci prodierunt: ne quid hic referam de *Cynoſargi* & *Prytanéo Athenienſium*, de *Corinthiorum Craneo*, de Schola *Byzantina* in *Græcia*, *Antiochena* & *Laodicæa* in *Aſia*, de *Carthaginenſi* in *Africa*, de *Bononienſi* in *Hetruria à Theodoſio* Juniore inſtituta, de *Patavina* in *Italia*, de *Maſſilienſi*

in

in *Gallia* & celeberrima illa *Parisiensi*, *Caroli Magni* auspiciis nata, de *Salamantica* in *Hispania*, in qua Studiosorum septem millia aliquando fuisse uno eodemque tempore, testantur Historiæ, aliisque innumeris, à maximis etiam Viris in Reipublicæ usum & decus erectis; qualis in *Mauritania Cordubensis*, in *Germania Rostochiensis*, *Heydelbergensis*, in *Helvetia Basileensis*, in *Anglia Cantabrigiensis*, & *Oxoniensis*, sic in *Ægypto* olim *Saïs* & *Heliopolis*: *Homerus* Poëtarum princeps eo discendi causa, *Solon*, *Thales*, *Plato* & alii iverunt: & Sacræ literæ palam *Mosem* institutum fuisse in omni disciplina, *Ægyptiorum* memoriæ prodiderunt. *Memphis* ipsa non solum religionis & Regum cultu, sed & studiis florentissima fuit. *Alexandria* Christianorum Academia prima fuit, in qua Religionis Christianæ dogmata *Polycarpus*, *origenes*, & alii publicè professi sunt.

Habetis, Auditores, Scholarum antiquitatem; quas magno studio & cura propagatas videmus, & Regum privilegiis ornatas, Principumque filiis frequentatas. Exempla vultis adducam? Multa sunt, sed illustre est *Julii Cæsaris*; qui cum post *Pompeji* necem, in *Ægyptum* venisset, urbem *Alexandriam* (ut inquit *Appianus*) obambulans, Philosophos stans cum multitudine audivit in publicis Auditoriis & Gymnasiis. *Pompejus* cum ex *Asia* reversus omnes bonarum artium Professores audivisset, singulis auri talentum obtulit; & *Possidonium* Philosophum graviter laborantem invisisse testatur Cicero, & fasces Imperii literis submisisse, cui se Oriens Occidensque submiserat. *Tiberius Rhodi* salubritate delectatus, circa Scholas tam fuit assiduus ut illi hoc à multis vitio verteretur. Idem videre est in *Aragonum* & *Siciliæ* Rege *Alphonso*, artium ingeniorumque amantissimo, teste *Panormitano*.

Qua alia de causa, quam quod Scholas doctrinæ & virtutum officinas esse judicarunt, *Musarum*

domos, ſedes honoris, bonæ mentis palæſtras & feracia artium & diſciplinarum ſeminaria? ubi non tam corpus formatur quam animus, & vacua mortis humanæ tabula caſtis purioris ſapientiæ monitis imbuitur: queis adverſus Chimæras, & Circes pocula præmunita, eas doceatur artes, *quæ adoleſcentiam* (*Tullii* verba profero) *agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium, ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum & peregrinantur.* Multa ſunt, fateor, & magna Civitatum, & Rerumpublicarum columina, multa quibus ſtant, florent, vigent regna, populi, gentes; ſed ſi rem recto judicii oculo æſtimemus, quid, ſodes, Reſpublicæ, quid Civitates ſine Scholis, quid Imperia, quid Regna ſine litterario hoc regno? & niſi ſint, qui ad omnium virtutum exempla nati, tanquam ſurculi ſuccreſcant, in veterum arborum concidentium locum aliquando depangendi? Has ſi tollas ex hominum medio, cyclopicam neceſſe eſt oriri ἀταξίαν & horrendam in rebus Barbariem: nempe

Hoc civitatum ſtat ſalus fundamine,
Ex hoc adulta ſeminario virûm
Surgit propago, qui ſcientia graves
Olim capeſſant publicæ clavum rei.

Ut ſpeculum, ſic ingenium eſt; & ut argilla, ſic juventus, quam capit imaginem, reddit: & dum ætas hæc mollis, & quaſi cerea, ſigna melioris doctrinæ & inſtitutionis monita facile admittit. Quare, ut membra infantis ſtatim ab ipſis incunabulis ita ſunt componenda ut recta adoleſcant, non diſtorta: ita etiam vel ab ipſis primordiis indoles ſerio formanda, primiſque tirociniis omni cura invigilandum, à quibus tanquam fundamentis univerſa educationis fabrica pendet. Quod cum *Macedonum Regi* exploratiſſimum eſſet, Diis immortalibus gratias egiſſe dicitur, non tam quod filium genuiſſet Regni ſui hæredem, quam quod filio ſuo de præceptore feliciter proſpectum eſſet:

esset: sperabat enim fore, ut tanto ductore, & doctore, nec Majestate sua inferior, nec tanti Imperii successione indignus evaderet. Non alia de causa *Plato*, nullam deliberationem magis Divinam divinus ipse prædicabat, quam eam qua quis de recta sui suorumque institutione, consilia caperet. Et *Socrates* pro more suo dicendi docendique familiari, in hunc modum parentes hortatus legitur, oportere eos vel non gignere filios, vel si genuissent primam ipsis educationis curam, proximam institutionis esse debere; addita hac similitudine, Nequicquam homines terram colere, sementem facere, stirpium plantas tenellas nutrire, si eas ortas demum, aut crura deserat aut cultura, ita profecto est. Nam quantum ad rempublicam tum constituendam, tum exornandam, Scholarum honos & Institutio publica faciat, vel hinc facilè intelligi potest, quod ne virum quidem bonum, aut utilem patriæ civem, sine ea esse posse *Cicero* contendat. *Nec ullum munus Reipublicæ afferri majus meliusve posse: quam si doceamus*, inquit, *atque erudiamus juventutem, iis præsertim moribus atque temporibus quibus ita prolapsa est ut omnium ope refrænanda ea sit atque coërcenda.* Nec est aliud quicquam, quod majori studio & contentione inculcat *Aristoteles* in suis Politicis, nec quod ad Rerumpublicarum stabilimentum magis faciat, quam ut statim ab ineunte ætate pueri instituantur & literis & moribus. Nam ut à Surculo salus arboris dependet, sic à Scholis Reipublicæ: effera quippe atque effrænis natura hominis institutione quasi cicuratur ac mitescit, ut eleganter observatum ab *Ingeniosissimo Poëta*, hoc versu:

—— —— *Didicisse fideliter artes*
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Sed ut Orationis meæ vela contraham, monet me tum humanitas vestra, tum patientia, qua ne nimia prolixitate abuti videar, finio. Audivistis *Scholarum antiquitatem, necessitatem* & *utilitatem*:

adeo

adeò ut Solem è medio tollere videantur qui Scholarum usum è medio sublatum voluere, quem profunda ignorantiæ caligo & rerum omnium fœda confusio tandem subsecutura esset. Quid enim homo, disciplinæ omnis rudis, quam stipes, caudex, truncus, imo, si *Aristoteli* credimus, omnium animalium deterrimus? quid neglecta institutione vita hominis aliud quam mera Barbaries, mera servitus Mundo & diabolo mancipata? Institutio contra quid? Religionis fidissima nutrix, virtutum altrix & propagatrix. Hujus beneficio salvam ac florentem adhuc hodie habemus Rempublicam, atque adeo totam vitam moralem, in qua vera virtus & summa hominis beatitudo consistit, quæ proxima ad immortalitatem est via. Dixi.

ORATIO LXV.

In

Laudem Peregrinationis,

Habita à

THEODORO GOUDA.

PRæclarè Philosophorum quidam inquit, Non alia de causa hominem à Deo conditum esse, & in has ablegatum terras, quam ut Spectator & ipsius Dei & operum divinorum esset; nec spectator solum, sed & Interpres, ὐ μόνον θεατὴς, ἀλλὰ καὶ ἐξηγήτης. Vidit nimirum, vidit homo prudentissimus, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominum ab illo sapientissimo mundi Architecto ad duas potissimum res, ut ait *Aristoteles*, intelligendum nempe, & agendum, factum esse. Etenim hac ille de causa non eandem nobis quam exteris ani-

nimantibus corporis figuram tibuit, ſed cum illas prono corpore ad paſtum abjeciſſet, nos tanquam ſpectatores in amplo & auguſto hoc Theatro ad pulcherrimæ Mundi machinæ conſpectum excitavit, & ad ſuſpiciendum ſplendidiſſimum hunc ornatum, ut in tantarum rerum admirationem rapti, ipſius Numen inveſtigare, inveſtigatum vero non ſolum κατ' ἰδίαν privatimque adorare, publicè quoque celebrare aſſueſceremus. Quid enim eſt quo tandem cunque oculos quis ſuos converterit, quid eſt, inquam, quod non ſingularem Dei clementiam, potentiam, & in condendis ſervandiſque rebus cum bonitatem tum providentiam clamet, canat, prædicet? Quid quod non univerſum genus humanum ad laudem & aſſiduam gratiarum actionem alliciat, impellat, provocet? Sed opera Dei admiranda cum ubique &

——*quà patet Orbis*

ſe conſpicienda oculis noſtris, ac menti meditanda ubertim & copiosè proponant; nulla, ſi quid judico, luculentior ac prolixior ea ſciſcitandi & perquirendi ſeſe offert occaſio, quam per ſedulam ac indefeſſam terrâ marique *Peregrinationem*; nobili, me hercule, ac generoſa indole dignam, quæ ad alta pleno gradu contendit, & per inſolita viam ſibi ſternit ad honores. Plebeja contrà ingenia & humi repentia otium quærunt & umbram; & ſemper ille puer qui domi eſt, & qui extra paterni agelli ambitum, Solem non vidit: Sed ſublimioribus agnatum moveri, patriamque non ſoli & fundi ſui finibus includere, ſed Mundi: Nihil longinquum illis, nihil invium, nihil inacceſſum: Et in hac ſententia fere priſco & noſtro ævo Viri magni,

Non Ithacum tenuere lares, geminoſque Mycenæ
Atridas; abiit Latio dimiſſa juventus,
Cecropidumque ſtetit tandem novus advena portis.

Sed *peregrinari* cuicumque illa mens, vere & cum

hominem comitari, & suos in famæ Theatro collocatos alumnos procul nonnunquam à genitali suo solo amandare, ut inter alios tanquam Soles emineant &

——— *Velut inter ignes*
Luna minores.

Hos adeat, hos audiat, in horum familiaritatem se insinuet, favorem ambiat, amicitiam exposcat. Quod si fecerit (ut id haud difficile apud tam humanos,) bone Deus! quæ occasio hic discendi indies, & rem faciendi in tam opulento Musarum mercatu, & doctorum literato commercio? Et si non aliud, ipse vultus & brevis etiam sermo aliquid ipsum juvet: imo est & aliquid quod ex magno viro vel tacente proficiat. *Sicut nautas in tenebris, levis intermicantis sideris illustratio dirigit: sic nos in hac vita vel inspecti illi viri.* Non alia *Platonis*, *Pythagoræ*, *Democriti*, & aliorum Sapientum mens fuit, qui relicta fœcunda illa scientiarum parente & artium penu GRÆCIA, non ad cultos solum, sed & ad Barbaros peregrinati sunt, ut & ab exteris discerent quæ sibi deesse arbitrabantur, quæque ad penitiorem sapientiam consequendam essent adminicula. *Socratem*, fateor, *Athenis* nunquam pedem extulisse, *Ælianum Italia*, *Pomponium Lætum Roma*; sed si affixi patrio suo solo tantam consequuti sunt rerum scientiam, quanto majorem, quanto pleniorem, Auditores, si iis patriâ suâ relictâ exteros quoque adeundi, invisendi, compellandi, fuisset animus? nam ut

——— *Non omnis fert omnia tellus;*
Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ:

Ita non uno Orbis angulo, non uno terræ aut regionis ambitu Docti quotquot sunt commorantur. Jam quæ & ab oculis utilitas? qui hic peregrinanti veri & individui ad scientiam comites imo duces.

Galliam adiit? illam dico, elegantiæ & doctrinæ

næ ſedem, ſapientiæ palæſtram, ferax ingeniorum ſeminarium, Muſarum domicilium, Palladis officinam, comitatis omnis & morum magiſtram, illam fecundo glebarum cultu, montium, vallium, agrorum fertilitate: leni fluminum murmure, inſigni aëris & cœli temperie celebratam. In ea vix pedem figet, vix oculum flectet, quin monumentum aliquod videat aut premat belli olim à *Cæſare* geſti, victoriarum Trophæa, Statuas, Ædium, Palatiorum, Templorum rudera, Theatra, Circos, Arcus, Sepulchra, Lapides, & in his ipſis Antiquitatis veſtigiis latentes theſauros morum & doctrinæ, & reliquias quaſdam melioris ævi. Illic *Aquitaniam* medullam omnium *Galliarum* oculis ſubjiciet, tot annos ab *Anglis* occupatam: hic *Aureliam*, & in ea *Janæ* virginis, libertatis *Galliæ* ſub *Carolo* VII aſſertricis fortiſſimæ, ſtatuam æterno ejus nomini dicatam: alibi Regum centenis aliquot retro annis defunctorum ſuperba monumenta: alibi *Gallica Tempe* & delicias Regni *Fontem Bellaqueum*, & in nobiliſſimâ Urbium *Lutetia* τῆς οἰκουμένης ἐπιτομῇ auguſtam illam Principis aulam LUPARAM: alibi Templa, Scholas, Collegia, Academias, Bibliothecas, id eſt, fora quædam & πανηγύρεις artium bonarum, Parlamenta, & auguſtas illas JUSTITIÆ ſedes, togati honoris faſtigio inſignes: Vineta paſſim uvarum copia ac fertilitate luxuriantia; Fluviorum principes *Rhodanum*, *Sequanam*, *Ligurin*, *Garumnam*: ſexcentaque alia quæ non delectant ſolum, ſed mirificè peregrinantem docent, exercent, formant, mentique ejus ingenerant cupidinem veræ virtutis & gloriæ, aſpectu tot ſublimium & grandium rerum.

Reſtant *Mores*; qui poſtremus mihi locus, ſed peregrinanti ſi quid ſapit, primus. *Ab hoc enim ſcopo ſi aberret, aberrat ab aliis & inutilis ſcientia omnis & prudentia; inutiles dignitates & honores, imo noxii ſecreti à probitate morum.* Cætera quæ vulgus

hominum miratur, apices, prætextas, trabeas, ampullas sesquipedalium titulorum, speciosa putet, hanc necessariam; illa ad ornatum adhibeat, hanc ad salutem. Scientiam quidem eum amare volo & sectari; sed per tot peregrinationis ejus incommoda, tot labores, non scire tantum velit, sed sapere & facere. Habet campum in quo virtus ejus decurrat, palæstram in qua exercita gliscat magis ac magis, & masculum colligat robur ex conspectu, auditione, & alloquio tot virorum à quibus non potest non redire doctior & melior. Nam ut ille qui aromata tractat aut unguenta, odorem trahit: ita qui frequentat BONOS, virtutem.

Italiam adiit? illam frugibus, viris, oppidis cultam, illam famâ inclytam. In eâ rursus vix usquam vestigium ponet, vix oculos circumferet, quin monumentum aliquod inveniet Historiæ Romanæ: illic *Thrasimenum lacum* tristi oculo intuebitur, hîc deplorandam Romanorum cladem ad *Cannas*, hîc lætiori *Albanum*, aut *Tibur*, nobiles *Bajas*: *Plinii*, magni illius naturæ speculatoris, *domicilium*: *Virgilii*, *aut Propertii*, *patriam*; alibi rudera *Varroniana*, aut *Tulliana villa*. Taceo Colonias illas veteres, Templa, Theatra, Arcus, Sepulchra, Lapides, nomina urbium non ingloria nec sæculo inficianda, *Romam*, *Neapolin*, *Genuam*, *Florentiam*, *Bononiam*, *Mediolanum*, illamque maris dominam urbem *Venetias*; quæ quanta non solum voluptate sed & luce mentem peregrinantis perfundant, unicuique vestrûm judicandum relinquo.

Videat igitur ut vidisse se olim meminerit, id est, quæ bona & in usum suum excerpat; cætera ne tangat quidem, aut delibet. Nam & rosis sunt suæ spinæ & aculei, atque illas legere licet, & ab his non lædi. Sed & pectus clausum habeat, linguam parcam, frontem hilarem: quædam videat, & transeat; audiat, & toleret. Mala eorum consortia fugiat, qui vitæ morumque abjecta omni cura, & infecti vitio licentiæ, luxuriosè vivunt,

Massilia

Massilia digni vel *Tarento*, liberalium ingeniorum pestes, sapientiæ remoræ, virtutis maculæ ac propudia. Serpentum hîc imitetur prudentiam, qui ad incantamenta ne capiantur, tacito naturæ instinctu obturare dicuntur aures : *Peregrinator* noster non aures modo, & oculos, sed & mentem ad hæc blandimenta, quæ etiam cum rejiciuntur, placent, & sæpe exclusa novissime recipiuntur. Aperta ubique pericula, & operta: nam ubi iter ad virtutes, iter etiam ad vitia. *Sirenas* illic esse cogitet, vias devias; & esse quæ videat, sed & vitet.

Quid dicam, Auditores? magni hîc animi est inter tot prava ac depravantia rectum stare, & manere in æqua Judicii lance. Nam facilis est in proclive vitiorum decursus: & ut cœlo obscuro difficilis est navigatio, sic rectum tenere iter perquam molestum inter tot vitiorum scopulos & vada. Hæc ut declinet, opus ipsi non prudentia solum, & *Argi* oculis, sed dicam fortuna. Ita ubique insidiæ & laquei longius à patria strui & tendi solent incautæ juventuti. Mille eam perdendi modi, mille artificia: Deliciæ loci, largior passim vini usus, diversoria parum honesta, venerei nepotuli ubique, parasiti, ganeones & lenones; expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes suæ: illæ non dicam fœminæ, sed Veneres lepôrum omnium & elegantiarum magistræ, quæ capillorum cirris, pigmentis, auro, bysso, purpura, quæ cultu, vultu, ore & blanditiarum philtro, quovis melle dulciori, ætatem illam juvenilem, quæ in ipso æstu facile inescant, & ut aspides venenum suum inspirant, sopiente quodam & fallente morsu. Adversus hæc fallacis mundi tela quæ eo diligentius teguntur, quo propius accedunt, & acrius feriunt, nullo alio scuto & scito eum munio, & moneo, quam ut *DEUM timeat & probitatem suam servet, ab omni vitiorum contagio*, & ab ea quæ Mundo huic imperat *vanitate*. In quo voto finio. Dixi.

ORATIO LXVI.

De Vitæ Termino,

Habita ab

GERARDO SEVENHUYSIO.

QUamquam conſpectus veſter multo jucundiſſimus me excitare, animare locus ad dicendum ornatiſſimus debeat; unum tamen eſt quod ita me ſollicitum reddit, ut niſi ſingulari veſtra humanitate niterer, tacendum potius quam dicendum mihi eſſe judicarem. Exploratum enim perſpectumque habeo, quanti laboris ſit, quantique periculi apud viros prudentia ac eruditione inſignes verba facere, & experientia non ſemel didici, eloquentiſſimos diſertiſſimoſque viros, cum ad dicendum veniſſent ita fuiſſe conturbatos ut obmutuerint. Quæ ſi in viros & quidem eximios cadant, quid mihi tandem animi eſſe oportet? Forſitan ergo mirabimini cur in tantâ doctiſſimorum virorum coronâ locum hunc publicum conſcendere non dubitaverim, quem tot ante me, quibus longe inferior ſum, haud parum reformidarunt. Sed cauſam, ſi placet, adducam: *Ageſilaum* Spartanorum *Regem* dixiſſe ferunt, tunc cum ex curſu rerum fortiter geſtarum in Aſia, ab Ephoris revocatus eſſet, *Omnibus ſe victoriis ac triumphis longe anteponere obedientiam patriæ debitam.* Aurea profecto vox, ac tanto Principe digna! ita mihi, Auditores, arbitror eſſe honeſtum, ſi eorum voluntati hac quoque in parte haud invitus obtemperem, quorum obſequio me totum jam pridem devovi, & quos æquos eſſe ſcio ſtudiorum juventutis ſcholæ ſuæ æſtimatores: in qua non ad oſtentationem & jactantiam inſtituta ſunt public

ha

hæc exercitia, sed ad stylum & oratoriam in dicendo libertatem. Vos igitur, Auditores, quâ possum animi demissione rogatos obnixe volo, ut mihi de VITÆ TERMINO impræsentiarum differenti aurem præbere, & quâ alios ante hac benevolentiâ ex hoc loco dicentes audivistis, eâ me quoque nunc audire haud dedignemini. Quæri hîc solet à nonnullis, An adeo *fatalis* sit hic *terminus* ut nulla medendi arte, nullis bene vivendi legibus extendi, aut pravâ victus intemperantiâ, vel fortuitis, ut vocant, causis vel casibus contrahi queat? Ut paucis mentem meam circumscribam, *Fatalem* esse constanter asseverat Sacra pagina, *Jobi* cap. 14. *Psal.* 31. & 39 & quotquot ejus se profitentur Interpretes orthodoxi; dicit experientia, clamat Natura. Ivit enim hic hominum nascentium ac morientium orbis quamdiu fuit ipse Orbis: & rerum humanarum alternæ vices, ut in Oceano æstus, quamdiu stetit Natura, ac ne quis vitæ suæ quotidie vota protollat, tanquam æternus. Funus suum quisque à natali orditur, & jam mori cœpit ubi natus est. Ut enim clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid ante defluxit: sic mortem non ultimus dies facit, sed solus consummat. Bullas videmus à pueris per ludum è conchâ eductas, sed ad eandemne omnes altitudinem assurgunt? minimè. Quædam ab ipso labro nascentes pereunt, quædam in sublimi; diverso omnes spatio & modo: sic homo quasi bulla ex utero prodiens sæpe in vitæ limine vitam ponit, imo vix bene infuso spiritu, spiritus eripitur. Sed cum *fatalem* dico, non illam statuo violentam Stoicorum necessitatem, jam pridem omnium recte sentientium unanimi suffragio antiquatam, & Christianorum Scholis exterminatam: nec Anus illas recoquo diu extinctas. Sed eam intelligo, quæ Deo subjicitur, non cui Deus: Quem liberum omnium rerum auctorem esse volumus, & transcendere

illic *venire ad metam*, hic præveniri? nullo modo. Divina enim dispositio non fallitur. Unde fieri non potest ut homo vel diutius vel minus vivat quam Divina Dei providentia fert in vitæ cujusque termino immutabiliter præfixo, respectu Dei præscientiæ & præordinationis; sed qui Divinæ providentiæ parum gnari, quos vegeta ætate mori vident diutius vivere debuisse statuunt, quia poterant: vitam hanc numerantes calculo semper naturæ, id est suo, non Dei, ac propterea præmaturâ morte ereptos, & in vitæ cursu, non meta: vel quod ipsi diutius vivere speraverint, vel quod natura roboris & sanguinis plena, longiorem ipsis vitam indulgere potuisset, non præpedita: quamquam illum vitæ terminum attigerint qui illis à Deo præstitutus, & qui nec unius momenti interusurio prolongari potest. Longa vitâ digni non sunt, qui in vitæ suæ Auctorem insurgunt, & in Conditorem calces jaciunt. Sed ut hortulani aut jam orta aut in ortu zizania exstirpant, & quidquid veprium est & tribulorum: ita Deus malos sæpe tanquam inutiles & noxias plantas, imo plerosque nihil tale cogitantes, quasi inopinato, & clam invadit, ut non vitam modo sed & spes eorum & insaniam votorum, in medio quasi cursu abrumpat.

Exemplum *Hiskiæ Regis* quod adducunt majorem videtur habere scrupulum, cui à Deo per Prophetam indicta fuit mors, & non ita multo post addicta vitæ ad annos 15. prolongatio. Sed qui non videt denuntiationem illam Prophetæ, sententiam Dei continere non decretum: Sententiar vero suam Deus nonnunquam mutat, decretu nunquam: adhæc prophetiam esse comminati nis, non prædestinationis aut præscientiæ, non a solutam, sed conditionalem, absolute quid propositam, sed conditionaliter intelligendam. illam ad Ninivitas excidio perituros, nisi r puissent. Sic moriturum Regem, nisi seriâ pc

[redacted]

tudine se ad Deum convertat: quæ cum subsecutâ sit, revaluit & vitâ longiore potitus est, inviolato tamen Dei decreto, qui quam ei ab æterno vitæ longinquitatem designarat, hac ratione palam fecit in Rege moribundo Bene *Doctor* ille *Hipponensis*, *Secundum aliquas causas inferiores jam vitam finiverat; secundum illas autem quæ sunt in voluntate & præscientia Dei, qui ab æterno noverat quid in illo tempore facturus erat & quid vere futurum, tunc erat finiturus vitam quando eam finivit, quia etsi oranti concessum est; etiam sic oraturum, ut tali oratione oporteret, ille utique præsciebat, cujus præscientia falli non poterat: & ideo quod præsciebat necessario futurum erat.* Miramini, Auditores? quotidie fit: Sic malefici vita prorogari dicitur si damnatus capitis, pœnam à Judice deprecetur, quæ indicta illi quidem, sed non decreta, quia hoc mortis nuncio reum percelli vult, & ad scelerum pœnitudinem adigi, ut vivat. Sic patres filios si deliquerint, castigare se velle interdum simulant, quos tamen castigare non est animus, sed ficto hoc ac personato virgarum apparatu extorquere lacrymas, ne castigentur.

Unum adhuc, Auditores, & manum de tabulâ. Si, inquiunt, vita & mors, prospera & adversa valetudo, à Dei decreto pendent, quorsum Medici? ad quid remedia? frustra illa si illum mori decretum est, hunc revalescere: sed Philosophum hic audiant hi tales. Quid ille? *Subordinata*, inquit, non *pugnant*. Summa quidem & prima omnium causa est Deus, sed hanc agere credunt sine mediâ & auxiliante causâ? non facit. Qui disponit de fine, sapienter quoque de mediis, quæ ad finem ducunt; & per causas medias varie nexas, prima illa causa omnia temperat suaviter, prudenter, utiliter. Exemplum: Deus vivere nos vult, & vitæ hujus edurare stationem, sed sine cibo & potu, sine victu & amictu? nunquam. Qui vitam indulget, indulget & media, quæ nos in vi-

tâ conservant. Illa negligere aut aspernari temeritas est, imo crimen. Nam qui decreto & providentia Dei nixi & nexi, pertinacem inediam exercerent, quod ante diem mori nemo pôssit, non impii solum tales audirent in Deum, & ingrati, qui tam paterne nobis suppeditat ad vitam sustentandam necessaria, sed & in se ipsos injurii & destructores naturæ, cujus sacra aliter constare nequeunt: imo quos illico concidere oportet & ruere sine hoc statumine & pedamento. Sed frustra hæc, inquies, si quem *Æsculapius* curat, *Parca* necat: importunè nimis, ô Homo, & curiosè. *Euclides* olim interroganti multa de Diis, haud inscite respondit, *catera quidem nescio, illud scio quod odêre curiosos*; idem censendum *de fatali* illo *vita* humanæ *termino*, qui aspici vult, non inspici, credi, non cognosci. *Dædalus* hic esse malo quam *Icarus*, & terræ legere confinia, quam Cœli: & cum me lateant æterni illius Dei æterna decreta, nec in Curiam illam cœlestem perrumpere cuiquam fas sit, viam quam inire me vult insistam, & mediis semper tendam ad finem aut morbi, aut mei: certus ire quâ eundum: & quia in futuris caligamus, specto & expecto & Deum sequor, *nec æternis minorem consiliis animum fatigo.* In corpore fieri cogito, quod in domo solet; facile vitium aliquod obrepit, nunc teguda aliqua frangitur aut imbrex, nunc murus hiat, nunc trabs fatiscit, nunc tigna perpluunt, nunc tectum sidit, aut tabulatum, sed utitur fabri opera pater familias, & laceras tempestivè sarcit ædes, ne majus illi aut periculum impendeat, aut damnum ex mora, paria vero mala nostra sunt: nunc caput hemicrania aut vertigo, nunc fauces angina, nunc renes calculus, nunc ventrem dolor colicus, aut pertinax diarrhæa, nunc aut nervos spasmus, aut pedes podagra infestat. Sarciendum semper hic aliquid, & vix unquam huic corpusculo à dolore feriæ, in ancipiti hac alea rerum humanarum. Nostrum

hic

hic quid? ſuccidere mala, cum ſuccreverunt, & ferre morbos ut tollamus. Primum pharmacum, conſtantem animum cenſeo, tum temperantiam, & rationem quandam alimenti, ſi Medicus accedit, is incolumitatis faber eſſe poteſt, & diſſutæ per morbum valetudinis ſartor. Mirum quid arte ſuâ & induſtriâ poſſit; neque enim ſi periculoſe aliquem laborantem videat illico eſt deſperandum, quaſi *extremus vitæ terminus* ægrotanti immineat. Quoties enim emergunt, qui conclamati videbantur & jam propediem apud *Inferos* cœnaturi? & quis ſcit an concuſſiuncula hæc vel illa caſtigatio tantum paterna ſit & paucorum dierum, an ad interitum morbus? Altius, Auditores, non feror; quia ut benè Poëta,

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus;
Ridetque ſi mortalis ultra
Fas trepidat; quod adeſt memento
Componere æquus. ——— ———

DIXI.

ORATIO LXVII.

In

LAUDEM ERUDITIONIS,

habita à

JACOBO van der GRAEFF.

Solon ille relatus olim in numerum totius Græciæ Sapientum, gloriari ſolebat, *ſe aliquid quotidie addiſcentem, ſenem fieri.* Tanta enim homini inerat inſatiabilis diſcendi cupiditas atque alacritas, ut ſenio jam pene fractus, non minus acriter philoſophiæ ſtudiis incumberet, quam cum adoleſcens atque juvenis eſſet. Noverat enim vir altæ mentis, nihil eſſe in rebus humanis præclarius, nihil antiquius, quam ad doctrinæ & Eruditionis

fastigium eniti: illa enim est quæ mentem perficit & adornat, judicium format, ingenium acuit: & quanto brutis longe præstat animalium nobilissimum homo, tanto hominem homine præstantiorem facit. *Aristoteles* Philosophorum ille princeps, crasso cuidam homini sciscitanti, Quid esset discriminis inter doctos, & indoctos, haud inscite respondit, Quod inter viventes & mortuos; innuens non minus eximie quam sapienter, eos qui corporum solum vita fruerentur, quam habemus cum pecore Arcadio communem, & externis solum oculis Solem intuerentur, quem longe acutius cernunt Aquilæ; animis vero, quibus lucem ac vitam donat *Eruditio*, nihil omnino cernerent, vix ac ne vix Hominis appellatione dignos, sed mortuos verius esse quam vivos; & aura, omnis doctrinæ vacuos ætherea solum vesci, qua & asini; tantumque (si res dicenda) differre degeneres animas, quantum, à videntibus cæci. Ita profecto est, Auditores. Quid enim vana hæc, quæ tantopere miramur; quid patria, quid genus, quid forma, quid honores, quid dignitates, quid alia fortunæ ludibria, si ad rectæ rationis lancem exigantur? Nihil: Quia si abeunt, nihil auferunt, nisi semet ipsa, & in hoc fluxu & refluxu, rerum humanarum, malorum irritamenta sunt, non remedia, nisi mentem humanam natura cæcam, Sapientia *Eruditione* comitata regat & moderetur: quam qui possident, cum magno illo BIANTE in urbis patriæ captura, & excidio, inter micantes ubique gladios, rapinas militum, civium strages ac lanienas, nihil de rebus suis asportantes, omnia tamen sua secum portant, & plus satis sibi relictum putant, si eos doctrina, si *Eruditio* comitetur. Hæ enim veræ sunt opes, quæ supra omnem inconstantiæ & mutationis aleam collocatæ, nudum, naufragum, exulem ubique terrarum sequuntur, vel ad ultimam *Thulen* aut extremos *Garamantas*: in

quas

quas imber nihil poteſt ingruentium malorum, quæ nec eripi poſſunt unquam, aut temporum injuria tolli, interverti, mutari. Illæ ſunt, Auditores, quæ adoleſcentiam agunt, juventutem gubernant, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis ſolatium, & perfugium præbent, quæ delectant domi, non impediunt foris, nobiſcum peregrinantur, ruſticantur, & ad omnem ſapientiam adhortantur, & incitant: verbo, faciunt ut *homo* (qui à reliquis animantibus tribus hiſce, nempe *loquendi facultate*, *voluntatis libertate*, ac *intellectu* ſeparatur) hominis appellatione dignus cenſeri queat. Contra (ut *Romani* illius *Sapientis* verba, mea faciam) *nihil eſt, quo à ſtatuis lapideis, & inanimatis homines differunt, qui vera diſciplina rudes, & expertes audiunt.* Quemadmodum enim ſtatuæ nihil aliud niſi nudam figuram ac formam illorum quos repræſentant, exprimunt: ita quoque homo nulla doctrinæ literatura excultus, nulla *Eruditione* inſtructus, nihil præter ſolam hominis formam habere putandus eſt. Unde *Diogenes* interrogatus olim, Quodnam onus inter alia plurima, quæ portat, graviſſimum ſuſtineret Terra; Hominem, inquit, indoctum, nulla diſciplina, nulla rerum cognitione imbutum ac perpolitum. Alius item interrogatus, Quid ſibi conferret doctrina, quid *Eruditio?* Ne, inquit, in Theatro tanquam lapis lapidi inſideam: & *Socrates* cum *Gorgiam* percontaretur, An Perſarum Regem felicem eſſe arbitraretur? *Neſcio*, inquit, *quantum virtutis habeat ac diſciplinæ.* Innuens, nullam ſine ſapientia & *Eruditione* felicitatem dari de qua quis jure gloriari poſſit.

Jam quæ & quanta doctrinæ, quanta *Eruditionis* utilitas? nulla major quam quod literarum cultores non dubiis, non ſuſpenſis, ſed grandibus, ut ſic loquar, paſſibus ac concitatis gradibus ad honores & purpuram comitatur. Hac inſtructi, tanquam patriæ lumina, Reipublicæ clavo haud raro admoventur, gratiam Principum, & amorem

populi

populi demerentur, arduis negotiis præsunt, & nominis sui famam,

qua patet Orbis,

diffundunt, ut iisdem, quibus Mundi finibus contineatur, celebretur. Quid *Alexandri Magni* voto in summa fortuna defuit, præter *Homeri* ingenium? quo enim alio nomine felicem prædicat *Achillem*, cum in *Sigæo* ad tumulum ejus adstaret; nisi quod talem laudum suarum præconem habere meruerit: quot etenim ante eum Imperatorum & belli ducum ignota nunc nomina, & æterno oblivionis tumulo recondita! Quid divitiæ, quid facultates? Brevissima ad eas per literaturam est via. *Scipio Africanus* tam insignis liberalium studiorum, omnisque doctrinæ & admirator fuit & fautor, ut *Polybium* ac *Panætium* excellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit, *Vespasianus* etsi cætera parcus, ingenia artesque fovit maxime, & primus à fisco, Latinis Græcisque Rhetoribus annuos bis mille & quingentos Philippicos constituit. *Augustus* Imperator ætatis suæ doctissimos in summo honore habuit, ut *Marcum Varronem*, qui & unice amavit *Ciceronem*, *Sallustium* & *Livium* coluit, *Virgilium* & *Horatium*, aliosque quamplurimos, summa benevolentia complexus est. *Adrianus* Imperator, cum audivisset quosdam qui *Romæ* docuissent, ob decrepitam senectutem muneri suo obeundo non satis idoneos, emeritos per ætatem magnis beneficiis cumulavit. *Alexander Xenocrati* Philosopho quinquaginta talenta dono misit, ea cum ille recusasset accipere, dicens, Sibi non esse opus, interrogavit, Amicumne ullum haberet, cui esset opus: *Nam mihi*, inquit, *vix Darii opes in amicos sufficiunt*: &, ut verbo absolvam, unus instar omnium sit ille (quem Antiquitas invidendo encomio *eruditionis principem* indigitat) SENECA, qui quamvis natione non Romanus esset, non Italus, sed Hispanus, admiranda sua eloquentia, subactaque *Eruditione*, nec non

Im-

atoris munificentia, tantam æris, tantam
iæ vim contraxit, ut non *Crassum* solum Ro-
rum opulentissimum, facultatibus, hortorum
.itate & prædiorum numero longe superave-
d & *Italiam* ipsam ac provincias fœnore suo
e diceretur: possedit enim quinque, & se-
nta millia Philippicorum, teste magno illo
ium scriptore *Tacito*. Splendida, me hercule,
udita doctrinæ auctoramenta, acres ad *E-
nem* stimuli! quid enim ingenuos, quid ge-
: indolis Adolescentes in Patriæ & gloriæ
natos moveat, nisi hæc moveant?
im restat, *Studiosi* (ut tandem ad vos mea
vertat oratio,) unum, inquam, ut eam quam
›ere vobis commendavi *Eruditionem* ac do-
: præstantiam, serio ad animum revocetis,
tiæ hic omnes, si quæ se offerunt, alacri &
nti animo devorandæ; nihil enim est quod
xpugnat pertinax opera: & ut

invia virtuti nulla est via;

nulla diligentiæ, & *labori*, qui *omnia* (ut cum
loquar) *vincit improbus*. Non de nihilo *Musas*
: in celsissimo montis apice sedem suam fi-
fabulati sunt; & Sudores ac Vigilias ad ea-
.trium excubare voluit *Antiquitas*, sapientiæ
tra. Sciebant enim Viri prudentissimi, non
ıtione *Eruditionem* parari, non alia lege ac
tione obtineri. *Eruditionem* autem amare, i-
; venerari vos scio: quæ nulli præclusa est,
bus patet, omnes invitat, omnes admittit.
t natura gemmas altissime recondidit; vilia
a passim obvia sunt: ita quæ optima, non
ımmo studio eruuntur, & animi assiduo, ut
quar, vomere proscindendi & obserendi ad
›rem frugem. Non alia, *Studiosi*, ad *Eruditio-*
ia est. Laudis Herculeæ fundamentum, labor
Nec ad alium finem prudentissimis *Licurgi*
liis instituta olim gymnica *Spartanorum* cer-
ıa, palæstræ, currus Achaici, labores Isthmici.

Nulla

Nulla quoque re magis *Ulysses* quam labore cognoscitur. Si otiosus fuisset latuisset. Labor Romuleos Duces, *Scipiadas*, *Camillos*, *Fabios*, *Curios*, *Fabritios*, *Metellos*, aliaque periculis nota nomina, in excelsum Famæ theatrum extulit. Ætatem vestram si intuemini, in flore vitæ estis: non alii anni commodi magis & opportuni. Nisi ad alta nunc itis, nunquam postmodum perventuri. Occasio captanda, imo arripienda cum sese offert, arrepta semel ac serio, in luculentissimos progressus tandem erumpet; neglecta, tarditatem nostram & ignaviam non expectat. Dum enim differtur vita, transcurrit; & sero nimis vos subitura pœnitudo transacti desidiâ temporis; hæc, hæc, inquam, ut pestis fugiatur. Alacritate hic opus est & industria. Impetus dilatione & mora extinguitur, diligentia & labore augescit; & nihil tam arduum, nihil tam excelsum à natura constitutum, quo non penetret studiosa & fervida vis animi: ista vires aluntur & gliscunt si quis vel tantillum de solita contentione remiserit pessum it quidquid partum erat,

longique perit labor irritus anni.

Simulque ut progredi desierit, regrediatur necesse est. Dignus vere, quem irata *Minerva* casside sua & cuspide arceat ab adytis Sapientiæ, dum turpi marcescens otio, non tam vitam agit quam prætervehitur, nec vivit sed in vita moratur, inutile terræ pondus & fruges consumere natus. Dixi.

ORA-

ORATIO LXVIII.

in

LAUDEM ERUDITIONIS,

altera habita

AB

HUGONE BLEISWYCKIO.

NOn me fugit in novo hoc exercitii genere, nova mihi parata judicia; sive illorum, quos percellet inopinata hæc in publicum prodeundi libertas, qui tenuitatis meæ conscientia retentus, hactenus latui; sive aliorum, quibus vilescit quidquid in hac doctissimorum virorum corona profertur non satis elaboratum. Sed ut infirmitatis meæ sensu, quam non invitus agnosco, & superciliosorum hominum præmaturis judiciis, quos infantiæ suæ cepit oblivio, & qui non nisi quæ docta sunt admirari solent, haud parum commoveor: ita contra mihi subdit animum, tum humanitatis vestræ recordatio, tum instituti mei ratio. Liberalis enim & ingenui Adolescentis officium esse arbitror, studia sua protrudere, & generoso conatu ad laudum fastigia eniti: Adeo ut non in audaciæ crimen meo judicio trahi debere videantur, sed laudari, qui profectus sui qualiscunque specimina exhibere, & latinitatis studium publica aliqua Oratione profiteri non erubescunt. Hanc viam insistens, statui & ego pro ingenii mei modulo, materiam ante me auspicatam, declamatiuncula mea persequi; obnixè & qua possum animi demissione à vobis contendens, ut tenuitatem meam, & in dicendo infan-

tiam, vestro favore ac benevolentia sublevare dignemini, quo Oratio mea his veluti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit portum facilius consequatur.

Laudanda olim *Augusti* & *Tiberii* Imperatoris vota fuerunt, quorum ille *Scipionis* fortitudinem, & *Cæsaris* fortunam à Diis contendit ; hic vero tantisper ut viveret optavit, donec Reipublicæ ac Patriæ suæ prodesse posset. Sed cum rem ad rectæ rationis lancem, ut par est, exigo, longe hos omnes mihi à tergo relinquere videntur illi, qui vota sua altius protrudunt, & quibus nihil prius, nihil antiquius est, nihil magis in animo quam ut in studiorum suorum cursu, ad doctrinæ & *Eruditionis* apicem enitantur, quâ nihil ego in rebus humanis optabilius esse arbitror, nihil præclarius. Nam cum ea literarum dignitas sit, ea præstantia, ut sine iis, quid homo sit, & quid in homine Divinæ illa particula auræ, quid *Dei* imâgo, intelligi nullo modo possit; non equidem video, qua ratione Mortalium quisquam iis carere queat, quæ facem vitæ, lucem Artibus, & rebus omnibus humanis, præferunt. Hæc vera mihi & solida videntur bona, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα προσθῆκαι, quæ gloriæ ac dignitatis quidem speciem habent, sed fugacia sunt, caduca & vicissitudini rerum humanarum haud parum obnoxia. At ERUDITIO iis omnibus longe antistat. Hæc enim illa est supellex, quæ non ante dominum quàm vita destituit: cui prætextam ego nullam, nullam purpuram antepono. Hanc qui possidet Mundo ipso major est, supraque instabilem longe Mundi aleam evectus, magno erectoque animo despicit hæc inania & vana terrarum ; quibus non aliter homines plerique alligantur quàm stulti straminis vel exigui fili nodo, aut pueri astragalis suis & crepundiis. Certe inter alia quæ cœlitus dona accepimus, illustria inprimis illa, & quasi Divina sunt, quæ in litteris & disciplinis consistunt; qua-

rum ope homines non tantum brutis præstant, sed à rudi etiam & ignobili vulgo ita discernuntur, ut tanquam Dii in terris præ aliis longe eminere videantur. Non omne metallum magnes, non omne itidem ingenium genius Musarum trahit: lucrum alios & sagina inutilis insatiabilis avaritiæ, fastus alios & ambitio, alios vota profana vulgi transversos rapiunt: At qui Musarum cultores sunt, vanas istas & insipidas mentes magno judicio, pari animo fastidiunt. Quam enim in lubrico totum hoc blandientis fortunæ opus, quam fallax, & anceps alea splendentis luti! Et quid hæc omnia quæ admirantur stulti, & suspiciunt in turbido hoc rerum humanarum pelago? stant, cadunt, veniunt, abeunt, & cum affluxisse tibi credis æternum mansura, quàm repentina sæpe calamitas & miseranda inopinanter vicissitudo subsequitur. Opes etiam supra omnium *Crassorum* & *Lucullorum*, nisi virtute partæ & sapientia nixæ, quàm levi momento (ut res sunt humanæ) dissipantur ac pereunt! fulciri debent: & quo alio fulcro quam *Eruditione* ac literatura unica prudentiæ magistra? Annibali magno illi belli duci deridendum se præbuit *Phormio*, quod cum nunquam hostem, nunquam castra vidisset, de militari tamen disciplina & belli muniis, tanto coram Imperatore disserere non dubitaret: At vero quanto majori risu, imo reprehensione digni sunt illi, qui cum ad reipublicæ administrationem & imperium in alios, nati sunt, tamen propemodum nihil retinentes præter umbram Magni Nominis & inania dignitatis, quid imperare sit, nesciunt. Qua enim ratione in ferendis sententiis quid æquum, quid iniquum, quid legibus consentaneum, quid ab iis alienum sit videre poterunt, nisi litteris ipsi tincti imbutique fuerint? ad quas hi tales cæcutiunt tanquam noctuæ, & talpæ ad Solis facem. Contra, doctrina & virtus, arctissimo inter se vinculo junctæ, hominem non doctiorem mo-

do, sed meliorem reddunt; adeo ut quod in agris cultura confert, hoc animis hominum *Eruditio*; quæ si oculis corporeis cerni posset, incredibiles sui amores excitaret. Præclare *Romanus* ille *Sapiens*: *Certi sunt* (inquit) *domitores ferarum, qui sævissima animalia, & ad occursum exterrentia hominem, docent pati jugum; nec asperitatem excussisse contenti, usque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat; osculatur Tigrim suus custos; Elephantem minimus Æthiops jubet subsidere in genua, & ambulare per funem; Sic doctrina, sic* Eruditio *est artifex domandi mala; & in quo magis quam in homine? aut minus disciplina in ingeniis poterit quam in feris industria.*

Vultis exempla, Auditores? Magnos sæpe viros perdita penè ac desperata adolescentia, in Patriæ salutem natos accepimus; ut verum nimis sit & longo rerum usu comprobatum illud Poëtæ,

——— *Didicisse fideliter artes,*
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nimirum ut ager ex se infertilis, cultura tamen emendatus ad fertilitatem provocatur: sic ingenium virtutis expers, disciplina ad bonam frugem potest demutari. *Marcum Torquatum* ingenii tarditas in agrum tanquam in exilium ablegaverat; hic tamen amœnioribus imbutus litteris, periclitantem Latino tumultu Patriam, insigni triumpho restituit. *Valerium Flaccum*, quem *Roma* projectæ libidinis juvenem, virum postea omnis modestiæ ac probitatis exemplum vidit. Quid *Fabii Maximi* adolescentia turpius? quid vero illo sene per literaturam ornatius, quid augustius Roma tulit? *Themistoclis* quoque adolescentia quid licentius? at is inde juventæ suæ maculas insigni sua doctrina, rebusque strenue gestis ita eluit, ut *Græcorum* clarissimus extiterit, & prælio navali *Persis* ad *Salaminem* victis, libertatis & Patriæ assertor fuerit fortissimus. Quid *Polemo*, perditissimis moribus adolescens? ingressus Auditorium magni illius Philosophi *Xenocratis*, cum eum non

minus

minus graviter quam doctè de temperantia diſſertantem audiviſſet, adeo doctrina ejus commotus fuit, ut omnem ab eo tempore incontinentiam, ingluviem, crapulam exuerit, & ex homine luxurioſo factus ſit temperantiſſimus. Tantum ſcilicet poteſt magiſtra illa vitæ *Eruditio*, tantum inſtitutio, quæ nos ad eam ducit. Neque eſt quod miremini, Auditores: Fœcundiſſimi haud raro ſterileſcunt & ſilveſcunt ſine cultura agri: adde illam, etiam teſqua frugum copia luxuriant, & quis dubitet in animis culturam poſſe, quod in terra? Sic tamen, ut quod in terris evenit, validiori aratro, ligone, marra, raſtro, ad fœcunditatem provocanda ſit una, mollior altera: quædam ultro fœcunda, levi manu colenda; durius illa, ac non niſi per ſudorem magna promittat. Idem in ingeniis, felix ille, qui nihil negotii ſecum habet; at hic de ſe melius dici poteſt meruiſſe qui malignitatem naturæ ſuæ vicit, & ad *Eruditionem* ſe non perduxit, ſed extraxit: ut nulla malignitas tanta ſit, quam non aſſidua exercitatio corrigat.

Plura dicerem, Auditores; ſed ne patientia veſtra & attentione abuti videar, finem dicendi facio, pedemque hic figo. Illud prius à vobis, *Studioſi*, contendens, ut mea non in aures ſolum veſtras, ſed & in animos deſcendat Oratio; cumque vos ad omnem laudis cumulum natura genuerit, ratio formarit, voluntas accenderit, ne patiamini tantas dotes ulla deſidiæ labe in vobis deformari. Expendite mecum, quæſo, Quid valeat *Eruditio*, quem præbeat uſum. Sed citra laborem eam parari, ſi quis exiſtimet, diſciplinas oſcitantibus in ora delabi, & venire in ſinum dormientibus, errat; Πάντα πόνῳ ὤνια, &

——— ——— *nil ſine magno*

Ut præclare *Venuſinus*,

Vita labore dedit mortalibus.

Adhæc, quis veſtrum adeo à *Muſis* averſus eſt qui literarum decus non admiretur? quis ad ſa-

pientiam *Socratis*, ſublimitatem *Platonis*, ingenium *Ariſtotelis*, eloquentiam *Demoſthenis* non obſtupeſcat? Quis denique ſcientiæ & cognitionis ſtudio non ducitur, atque doctrinam, *Eruditionem*, artes non magnifaciat? cum nulla inſtituendæ vitæ ratio & via animo & cogitatione concipi queat, quæ literarum auxilio non indigeat; ut eas ſi quis ſuſtulerit, *Solem* ipſum de *Mundo* ſuſtuliſſe videatur. *Themiſtoclem* olim cum ſomnum capere adoleſcens non poſſet, dicere ſolitum tradunt, *ſe* Miltiadis *trophæis quieſcere volentem, identidem excitari.* At quanto eos acrius accendi ac inflammari par eſt, qui quotidie non unius, ſed innumerabilium hominum eruditione præſtantium trophæa, non è marmore & lapide peregrino conſtituta, ad exigui temporis memoriam, ſed ad omnem æternitatem conſignata literis, intuentur? Ubi enim, quæſo, iſtam egregiam indolem, quam in pleriſque veſtrum video, ubi iſtud ingenium, ad omnia ſumma natum, ubi iſtam ætatis partem, ad concipienda doctrinæ ſemina omnium aptiſſimam, aut honeſtius aut ſuavius aut fructuoſius collocare poteritis? Cogitate quantum aſſiduitas proſit, quantum intermiſſio noceat: & venatores intuemini, nihil illis arduum eſt, nihil inpervium, ſub dio pernoctant, nives, grandines, nimbos, procellas, famem, ſitim, frigus, vigilias ferunt; cum apris, lupis, urſis, aliiſque indomitæ feritatis animantibus de vita ſæpenumero decertant ac dimicant. Vos, ſi quanto illi ad prædam, tanto ad Eruditionem ardore feramini, ullam vobis, ne ad eam perveniatis, difficultatem obſtare patiemini? Abſit, abſit, Studioſi: Contra, fruimini occaſione, quæ ſeſe nunc offert, & aures veſtras ſæpe feriat, imo mentem, laudata illa vox, πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνυ. Dixi.

VIR-

VIRGO BATAVA.

Sive

ENCOMIA CLARISSIMÆ
doctissimæque
ANNÆ MARIÆ SCHURMANS,

à

Nobilissimo, Amplissimoque viro DNO. *JACOBO CATSIO nuper edita, nunc verò carmine expressa à*

J. C. S. C. Q. D. R.

Doctissimis, Clarissimisque viris,

Dnis. THEODORO SCHREVELIO,

ET

AUGUSTINO SCHREVELIO,
Illi Patri, & Scholæ Lugduno Batavæ Rectori; huic filio, Delphensis Conrectori, Collegis suis conjunctissimis
J. CRUCIUS S. D.

CArmen quod in mediis Scholæ turbis, in laudem VIRGINIS, ad animi diversionem, ex intervallo, scripsi, & horis penè suffuratis, dare vobis, & dedicare mihi visum, Viri ornatissimi, Humanitas vestra huc me impulit, & propensio in bonos, & eruditos. Nec arbitror, ingratum vobis erit munus, qui non tam quod offertur æstimare didicistis, quàm offerentis animum. Pondus si non à me, a Virgine saltem accipiat. Cujus ut verbis nunquam exæquari potest virtutum magnitudo: ita qui eam laudat, errore non peccat, aut affectu. Merentur, rem dicam, ingenii dotes, non supra sexum solum, sed fidem. Meretur eruditio, quæ varia est, in Latinis,

Græcis, Hebræis, Arabicis, aliisque linguis, & stilus in scriptione, vel ad veterem elegantiam. Quid mores? ipsa suavitas, ipsa probitas. Quid pietas? supra vulgus. Religio? strenua ejus assertrix, & Veritatis propugnatrix. Certus sum, quicunque propius tam norit, plura haud dubiè, & distinctiora, quam dixerim inventurum. Quo fit, ut etiam gloriam (ex animo fateor) in eo ponam, inter admiratores ejus numerari. Si suprà laudes nostras, ut facit, assurgat, dabitis veniam tenuitati meæ, quæ facile inveniet locum (ita ominor, & voveo) apud tam æquos arbitros rerum & ingeniorum. Nempe ut olim ferunt AUGUSTUM ex fortuito & tenui apparatu collegisse, quàm esset familiaris sibi bonus quidam civis, apud quem sequestrata Majestatis pompa cænare dignatus fuerat: idem ego judicium de vobis faciam, si hoc qualecunque vena mea (si tamen vena) ferculum gratum vobis esse intelligam. Quæso apud vos, Viri humanissimi, ita sit. Placeat; quia simplex, inaffectatum, sine fuco. De ceteris non laboro. Omnia mihi detrahantur, doctrinæ nomen & politioris literaturæ elegantia. Studium & amor utriusque maneant; quæ mecum feram in sepulchrum. Eodem & vestri amorem. Parum sollicitus, quid morosi hic aliqui & fastidientis palati homines clam insusurrent, qui alios deprimunt ut se attollant. Nati (liberè dicam) in dedecus literarum, & censuram etiam eorum quæ optima sunt. Tales videre ego soleo, & contemptum eorum majore contemptu ulcisci. Nec ante mihi aut bonis ullis placituri, quàm sibi ipsis displicere didicerint. Valete, Viri amicissimi, & diu, Reipublicæ litterariæ bono. Plura non addo. Quia ut in vita parsimoniam: sic in verbis amo. Delphis, ex musæo nostro XIV. Febr. M. DC. XXXIX.

VIRGO

VIRGO BATAVA.

MUsa sibi pretium semper, meritisque superbis
Doctrinæ debetur honos. Quid vivere longum
Fert homini, si vita procul melioribus ausis
Desidia, ac turpi nimium correpta veterno
Torpeat, & dubii tempus breve prodigat ævi?
Explorant AUGUSTA viros. Quid fœta triumphis
Gloria? quid saturæ cocco, vel murice vestes?
Quid Regum tabulata, & celsis fulta columnis
Atria? barbaricoque auro radiantia circum
Tecta juvant, Tyriis intus decorata tapetis? (bit,
Cuncta cadunt, pereuntq; & queis Fortuna super-
Tempus edax rerum, in cineres, & tristia vertit
Funera. Tuque olim toti spectabilis Orbi
ROMA, triumphatis quæ gentibus aspera cunctis
Jura dabas, legesque ignotis effera terris,
Quæ fractos didicêre tuo submittere fasces
Imperio, quid tanta tibi molimina rerum,
Victricesque Aquilæ? quid tot comitata trophæis
Bella dedêre? truces quid debellasse Tyrannos
Profuit? atque armis populos domuisse potentes
Victa jaces ignota tuis. *Quàm nescit eodem*
Stare diu Fortuna loco! quàm quidquid in alto est,
Labitur, ingentemque trahit sors magna ruinam! (nat
DOCTRINÆ stat fixus honos: Musisq; peren-
Gloria, Pieridumq; decus, dum transvolat annos,
Æternum sibi longa parat post secula nomen.
Captet Avarus opes, petat Ambitiosus honores,
Et trabeas votis ardentibus ambiat. At tu (rum
Rectius ô quanto Aonidum SCHURMANNA soro-
Deliciæ, quæ desidias, & marcida luxu
Otia, degenerumque nimis contagia morum
A cunis exosa tuis, pietatis amorem
Materno cum lacte bibis? pia femina laudum
Virtutumque exempla dabant, generosa parentum
Nomina. Mox tacito paulùm provectior ævo
Doctrinæ (neque enim piguit subiisse labores)
Fundamenta jacis, studiisque intenta, tenellam
Ætatem antevenis meritis, progressibus ornas:

Impe-

Inpatiensque moræ, doctas prætexta Camœnas
Aspicit, & primis Pallas se ostentat in annis,
Ingenii præsaga tui, laudisque futuræ
Entheus ardor agit, docilemque per ardua ducit
Mascula vis, haud tarda sequi, quacunque patenti
Ad Musas datur ire via. Nox omnis in usu est,
Et lucis pars nulla vacat: pretiumque labori
Ponis, & Aonias meditaris pectore lauros,
Doctrinæ secura tuæ: generosa calorem
Mens stimulat, viresque acuit: velut intus aquæ vis
Cũ furit, & magno oppositã premit agmine molẽ,
Perrumpit discenda labor, stant præmia cœptis,
Virtutemque rependit honos: non invia rerum
Culmina deterrent animum; sed ut altus Olympi
Celsior exurgit vertex, cum nubibus actos
Præcipitat nimbos, & rauca tonitrua cælo:
Libera sic tibi mens, per tanta negotia victrix
Emergit, similisque sui. Tu conscia rerum
Dic mihi Calliope (nec enim sine Numine tantus
Virgineus se prodit apex, & gloria Nymphæ)
Dic linguas quas una tenet, quas ore rotundo (tis
Prompta loqui, doctisq; simul committere char-
Audet ovans. Te sævus Iber, te Teuto, Britannus,
Nympha, stupent, teq; Hebrææ, Latiæq; Camœnæ
Suspiciunt, te Celta colit, te solibus ustus
Laudat Arabs: atque una inter ditissima linguis
Græcia, miratur tantas in Virgine dotes. (quam
Rarus honos! Quid enim potuit sublimius un-
Fœmineo prodire sinu? quid dignius? At nec
Hoc durus stat sine labor. Præconia poscit
Ingenitus majora pudor: juvenilibus annis,
In linguis sudasse parum. mentemque animumq;
Nobilior jam cura coquit, nec sufficit uno
Eminuisse modo. Magni præcepta Platonis,
Doctaque scrutari Stagiræi scripta Magistri,
Est animus, dum fata sinunt, Sophiæque latentis
Arcanas penetrare vias, Academia, nec non
Jam Latium, jam Stoa placent, jam Cecropis arces,
Brachmanũq; Scholæ: dũ non nisi splendida spiras,
Æternumque struis ventura in secula nomen,
Dum-

Dumque artes ex arte trahis. Quis mente repostas
Virgineæ virtutis opes, quæ Musa labores
Digna canat? seu vasta juvat confinia celsi
Ingenio lustrare Poli, gelidumque Booten
Eridanumque, lyramque, aquilam: tum quidquid
Naturæ miratur honos: seu viscera terræ (ab alto
Rimari sit cura, tibi, pecudesque, ferasque,
Aut plantas quas fœta parit, pictasque volucres,
Indigenasque maris, medioque natantia ponto
Monstra: tui totidem sunt argumenta laboris.
Sed terris me Sacra vocant. Sat maxima VIRGO
Sat Musis, studiisque datum. Quid scita, quid artes
Humanas didicisse juvat, si nulla salutis,
Nulla DEI nos cura tenet? Sed quantus avitæ
Relligionis amor! quanta à puerilibus annis
Numinis æterni reverentia! quantus in ore
Virgineo pietatis honos! seu te ardua cerno
Eloquio insigni pandentem Oracula Verbi,
Et divinarum trutinando cacumina rerum
Cœlestes tentare vias: seu te igneus ardor
Accensam rapit in nodosa Sophismata. Quis te
Acrius errori insultat? Tu fraude latentes
Argutosque dolos, & quæ Mendacia Mundo
Intulit, & stygio dæmon revocavit ab Orco,
Docta necas, cæcasque pia face discutis umbras.
Plena animi, velut in pugnam volat incola Ponti
Sarmata, Amazonio vel Thrax bellator amictu.
Nempe DEO devota semel, non claudicat unquam
Relligio, sed bella malis erroribus infert,
Invictasque acuit jurata in prælia vires,
Nixa Deo, egregiæque intus sibi conscia causæ,
NIL MEDIUM HIC, stãt arma armis. Cõcordia sũma
Discordes habuisse animos, & strage calentes. (est
Pergis adhæc, neq; enim veterũ satiata laborum
Is curis SCHURMANNA comes sublimibus. Alta
Ingenium sublime decent. Quid prisca revolvam
Sanctorũ monumenta Patrũ? quid docta Rabinûm
Scripta? quid arguti subtilia dogmata Thomæ?
Quid Floros, Tacitosque, & Grajis credita fastis?
Eximiosque olim natos ab Apolline Vates
Com-

... animas, ſummoſq; vi...
Occultum nihil eſſe ſinis, ...
Intrat, & abſtruſos perrum...
Nec minor interea moru...
Æmula cura tibi. Patrios j...
Quid juvat, & proavos? quid ...
Dedecorant culpæ, aut caſto...
Non ita. Sed mediis celſus ...
Virgineæ virtutis apex. Non ...
Non Circe innocuam potuit ...
Aut ſcelerum ſuadere modos. ...
Quantus in ore lepos, vultuq...
Quanta fides, pietaſque animo...
Gratia. Præclaris, neque eni...
Artibus emicuiſſe ſatis, nec do...
Aonidumque, virûmque ſimul ...
In partem venêre manus. Ven...
Poſteritas, cum Lyſippos in VI...
Parrhaſioſque Orco reduces, re...
Ingenii monumenta, vagus mir...
Omnigeniſque elementa ſuis exp...
Excuſis certare typis, nec cedere ...
Tantus amor calami! ...

ea pulsare manu, citharaque, chelyque
ısam resonare tuas Amaryllida musas.
emper scrutanda placent. Districta jocoso
ur decori virtus, mentisque benigna
eries, doctique sales. Alterna Camœnas
landa juvant. Non intermissa colonis
tas exhaurit agros; studiisque negatum,
liu si fessa sui sub mole fatiscant.
quies animo. Magnus sic fertur Achilles
um strepitus inter, lituosque, tubasque
sse jocis. Non si Parnassia Musæ
mihi, sacrosque aditus, atque aurea pandant
a, commemorare tuæ præconia laudis
ım, nostroque amplecti singula versu.
d mihi fœminei quondam miracula sexus,
lum immortale decus) doctasque Sibyllas,
am, Telesillam, & Graccham cana Vetustas
s? ingenio claram quid Græcia mendax
am, & quæ sacra tuis sunt nomina fastis?
ajor se prodit honos: superéminet omnes
MANNÆ Aonio prolutum nectare pectus,
so mens nata Polo. Te Fama nepotum
i mirata decus, vitæque labores,
tras, pelagusque vehat, lauroque superbum
n eat, quà se Thracum Mavortia tellus
, & algentem Rhodope procurrit in Æmum:
acedûm per saxa fremit, spumantibus undis
, herbosæque tegunt Alcymona ripæ.
ıni libasse satis. Quas mobile vulgus
imio miratur opes, sublimis ab alto
is, & vani rides ludibria Mundi.
li servire DEO sententia: quæque
rahunt, retrahuntq; sequi; licet ima dehiscat
loco, montesque ruant compage soluta
ites, quatiatq; amplum timor hosticus Or-
sis infracta manes, & conscia cœli (bem,
speras, meditaris opes, castæque decorus
ıitatis honos, pietasque infixa medullis,
idum præbent rebus solamen in arctis.
so donec tandem feliciter ævo

Eme-

Emeritam terris animam, saturamque dierum,
Mundi Mens Æterna, & inenarrabile Numen
Suscipiat, vastoque olim te inscribat Olympo.

Eidem.

Dum fronti fucum indulget, pedibusq; choreas
Fœmina deliciis dedita tota suis.
Dumq; vagos hæc culta nimis meditatur amores:
Illa rotat pictæ syrmata longa togæ.
Hæc patrias ostentat opes: illa inter Amantum
Basia, spem thalami desidiosa fovet.
Quàm benè tot VIRGO pene inter millia, sola,
Et sapis ipsa aliis, & sapis ipsa tibi.
Dum magno devota DEO, pellacia Mundi
Gaudia, & illecebras intemerata fugis.
Et genio suffulta tuo, sublimibus ausis
Ingenii, celsum nomen ad astra vehis.
Scilicet hic studiis labor est, ea cura perennis
Nobiliora intus pectora sollicitat.
Obscuros pessundat apex: fastigia laudum
Sola suo merito mens generosa petit.
Perge modò, & doctas didicisse fideliter artes,
Sit pre.or ingenii sedula cura tui.
Quo tandem seros diductum nomen in annos
Laudibus extolli posteritatis amet.
Fœmineumque decus mirentur secula. Nam si
Innocuus puræ Relligionis amor,
Et laudem pietas ullam sincera meretur;
Et sua non fictus præmia candor habet.
Eximiæ siqua est DOCTRINÆ gloria, & almis
Virgineum musis excoluisse animum:
Si doctis placuisse viris: si gloria, linguis
Innumeris doctos sit superasse viros:
Hic meritus tibi surgit honos, hæc gloria soli
Competit, hæc famæ laurea digna tuæ.
Nam quod Luna ignes inter præclara minores;
Hoc inter doctos ANNA MARIA viros.

FINIS.

